
ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXVI - SERIES II - VOL. I



ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXXIV

t

I

Annus XXVI - Ser. II 20 limitari i 1934 Vol. I - Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATAE MARIAE BERNARDAE SOTJBIROUS VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA FESTO IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. M. V. DIE VIII MENSIS DECEMBRIS, ANNO MDCCCCXXXM PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Augustum Milani a Viro Eminentissimo Camillo Lamenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, Emus D. Antonius Bocci. Secretarius JÀtterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. Quae hodie Deipara Virgo, omni prorsus labe ab origine expers, in quavis catholici orbis parte peculiari ritu colitur, eadem profecto, sollemnis huius horae momento, Iesu Christi Vicario de caelo arridet; ipse siquidem, in hac fulgenti Petrianae Basilicae maiestate, ubi decessor suus f. r. Pius IX, plaudente Purpuratorum Patrum Collegio, Episcoporum ceterique cleri ordine, universoque christiano populo, Immaculatae Conceptionis dogma definivit ac sanxit, beatam Mariam Bernardam Soubirous, cuius prodigiales ad Masabiellensem specum visiones habitae hoc catholicae doctrinae caput superno modo illustrare ac veluti confirmare visae sunt, sanctarum virginum fastis inserturus est. Gaudeatis igitur omnes, ac vos in primis, qui huiusmodi causam tam sollerter, tam scite docteque perorando dixistis. Si enim angelorum sanctorumque agmina laetantur, quae aeternam participant in supernis sedibus beatitatem, si ob augendam in terris fidelissimae suae famulae gloriam magna Dei Parens gaudet, cur nos omnes effusis non afficiamur laetitiis, qui validissimam novensilis huius caelitis

tutelam experturi sumus? — Etsi tamen Augustus Pontifex summopere exoptat perorationi vestrae concedere, etsi cupit vehementer humano generi, tot necessitatibus periculisque anxio, novum hoc heroicae virtutis exemplum proponere, vult nihilo secius, antequam pontificalem sententiam ferat, Deo nos omnes instemus ut — interposita deprecatione B. V. Mariae, castissimi eius Sponsi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, totiusque Curiae caelestis — uberiorem superni luminis effusionem sibimet ipsi largiatur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

II. Iteratae perorationi vestrae respondere iubeor hanc esse Summo Pontifici mentem, ut sententiam suam non ante ferat atque pronuntiet, quam Spiritus Sancti Paraclyti auxilium usitatis supplicationibus ab omnibus imploretur. ^

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni, Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Revmi Domini responsio:*

III. Iam surgite omnes; Petrus ipse, in Successore suo perseverans, locuturus est. Inerrans igitur eius oraculum, memores non deficientium Iesu Christi pollieitationum, venerabundi auditote.

Tum Ssmus Dominus Noster, omnihus aperto capite sur gentibus, Ipse sedens in Cathedra mitramque gestans, de plenitudine Apostolici ministerii, sollemniter sic pronunciavit:

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem Fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam **MARIAM BERNARD AM SOUBIROUS SANCTAM** esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die XVI Aprilis, inter Sanctas Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Pa£gtris et Fi£glii et Spiritus® Sancti.

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium, haec juit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTEI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Maximopere laetamur, quod Nobis iterum licet, per huius Anni Sancti decursum, novos in Ecclesiae viridariis colligere sanctitudinis flores, eosque, caelesti suavitate fragrantés, totius catholici orbis admirationi proponere. Quae enim Lapurdensis puella, paucis abhinc annis, Beatorum caelitum laurea a Nobis decorata est, eam in praesens, miris novisque coruscantem signis legitime comprobatis, sollemni hac amplificatione cultus, magno cum animi Nostri gaudio, honestari decrevimus. Qua in re aeterni Numinis consilium, non admirari non possumus. Cum enim hoc eodem anno, humanae Eedemptionis memoriae peculiari ratione dicato, quintum ac decimum lustrum exeat, ex quo ad Masabiellensem specum Deipara Virgo, omni labe ab origine expers, se innocentissimae huic puellae conspiciendam dederit, videtur equidem Deus ipse, qui rerum gesta temporumque eventa suo nutu moderatur, huius celebrationis faustitatem augere voluisse. Quidquid enim in Bernardae Soubirous laudem confertur, id ipsum in Immaculatae Virginis decus profecto redundat, quae illam ita materno animo adamavit, ut eidem, etsi humillimae ovium custodi, munus concrederet et suas efferendi glorias et homines ad paenitentiam revocandi.

Iamvero, quemadmodum « quae stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia »,[1] ita sanctissima eius Mater, Animadvertendum siquidem est, cum B. V. Maria pontificalem sententiam prodigiali prorsus modo collustrare cuperet, qua decessor Noster f. m. Pius IX, hoc eodem die, hac in eadem Basilica, Immaculatae Conceptionis dogma plaudentibus omnibus sanxerat, non sapientissimos hominum adiisse, sed indoctam pistorum filiam, nulla

[1] **I *Cor.*, I, 27.**

re alia, nisi suavissimi animi sui candore, praedivite; eamque ita allocutam esse: « Immaculata Conceptio ego sum ». Cum catholicam fidem in mortalium animis excitare, eorumque deflexos mores ad rectum christianae virtutis iter revocare vellet, non ad potentissimos hominum, non ad eos se convertisse, qui opibus affluèrent populorumque fortunam auctoritate sua regerent, sed ad illam potius, de qua reapse asseverari posset: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum » ;[1] « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt » .[2] Itaque, auspice caelestis aulae Begina, eiusque famula operam oboedienti animo praestante suam, ad praeruptam Masabiellensem rupem excelsum ad aethera erigitur trigeminum templum; atque illuc undique gentium christifideles singillatim turmatim confluunt, divinam opem impetraturi. Grande spectaculum, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, quod omnes, iique etiam miseri, qui catholicae fidei lumine non recreantur, non admirari non possunt! Lapurdum, en suspicite Immaculatae Virginis Mariae decus ac gloriam; Lapurdum, en suspicite itidem Mariae Bernardae Soubirous singulare comprobatae sanctitatis monumentum. Quot homines illic, vel a christianae veritatis via aberrantes, in Ecclesiae Matris gremium sese receperunt; vel vitiorum coeno deleniti, ad frugem bonam revocati sunt! Quot homines illic ad perfectioris vitae institutum volenti animo ingrediendum divino quodam sunt instinctu allecti; quot denique infirmi aegrotique validam perfectamque valetudinem superna sunt virtute assecuti!

Atque sollemni hac hora, in hac scilicet Lapurdensis puellae consecratione, optamus Nos etiam ad illum Immaculatae Virginis specum mente animoque venerabundi adesse; optamus Nos etiam caelestem Matrem, hoc die eidem sacro, supplices vobiscum adprecari ut, praeclaris Bernardae Soubirous virtutum laudibus nobis singulis ad imitandum propositis, sanctissimis eius vestigiis insistere ne desistamus. Eius nempe christianam animi demissionem humilitatemque imitemur; eius fidem, impensam eius, qua

[1] MATT., V, 3.

[2] MATT., V, 8.

aestuabat, caritatem. Utque ipsamet caelestibus afflatibus fidelissime nullo non tempore respondit, ita nos quoque, cum ad meliora sanctioraque superni Numinis gratia vocamur, libentes volentesque respondeamus. Quodsi iam innocentissimam eius vitam aemulari non possumus, eius tamen paenitentiae studium, pro nostra cuiusque vitae condicione, persequi contendamus.

Cupimus praeterea incensas ad Immaculatam Dei Matrem eiusque famulam dilectissimam admoveri preces pro catholico orbe universo; ut omnes nimirum, per huius Anni Sancti decursum, divinae Redemptionis muneribus fruantur, quae Christus Dominus nobis suo sanguine acquisivit; ut omnes demum illam assequantur, quam mundus dare non potest, pacem, quaeque recti ordinis tranquillitate nititur studiosaque christianorum praeceptorum observantia. Faxit utique Deus — deprecatrice Immaculata Virgine Maria eiusque fidelissima ancilla Bernarda Soubirous — ut « Redemptionis suae fructus in nobis iugiter sentiamus, per Christum Dominum nostrum. Amen ». [1]

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria quinta, die XXI Decembris anno MDCCCCXXXIII, in consueta Aula Palatii Apostolici fuit *Consistorium secretum,* **cuius acta ex ordine referentur.**

I. - ALLOCUTIO SSMI D. N. ET RELATIO CAUSARUM

Ssmus Dominus Noster Reverendissimus Patres Cardinales brevi, congruenterque ad inchoandam actionem, allocutus est.

Deinde Revmus Cardinalis Laurenti, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita et de miraculis: Beati Ioannis Bosco, confessoris sacerdotis, fundatoris Piae Societatis S. Francisci Salesii et Filiarum

[1] Ex Off. Fest. Corp. Christi.

B. M. V. Auxiliatricis; Beati Pompilii M. Pirrotti, confessoris sacerdotis professi Ordinis Clericorum regularium pauperum Matris Dei scholarum piarum; Beatae Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento, virginis, fundatricis Sororum Ancillarum Ssmi Sacramenti et a Caritate; Beatae Ludovicae de Manilae, viduae Le Gras, confundatricis Societatis Puellarum a Caritate; ac recensuit acta, quae in causis Beatificationis et Canonizationis eorumdem Beatorum earumdemque Beatarum, Sacrorum Rituum Congregatio, accurato praevio examine, admittenda ac probanda censuit.

Belatione expleta, Ssmus Dominus Noster, Revmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit; et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

II. - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Sanctissimus has proposuit Ecclesias.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Chersonesitanae, praefecit R. D. Albertum Levarne, quem deputavit Nuncium Apostolicum in Republica *Salvador* **et in Republica** *Honduras.*

Cathedrali Ecclesiae Berolinensi, R. P. D. Nicolaum Bares, hactenus Episcopum Hildeshiensem.

Cathedrali Ecclesiae Saskatoonensi, nuper erectae, R. P. D. Gerardum Murray, hactenus Episcopum Victoriensem in insula Vancouver.

Cathedrali Ecclesiae Brixiensi, R. D. Hyacinthum Tredici, Vicarium generalem archidioecesis Mediolanensis.

Cathedrali Ecclesiae Puniensi, R. D. Salvatorem Herrera y Pinto, ex Ordine Fratrum Minorum.

Cathedrali Ecclesiae Cajamarcensi, R. D. Ioannem Iosephum Guillen y Salazar, e Congregatione Missionis.

Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae in Isauria, R. D. Paulum Richaud, canonicum cathedralis ecclesiae Versaliensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Benjamin Roland-Gosselin, Episcopi Versaliensis.

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam constitutos Sacrorum Antistites renunciavit, videlicet:

ARCHIEPISCOPOS

Darensem, **Torqiiatuni Dini, Delegatum Apostolicum in Aegypto, Arabia, Erythraea, Aethiopia, Palaestina, TransJordania et insula Cypro.**

Traianopolitanum in RJiodope, **Marium Zanin, Delegatum Apostolicum in Sinis.**

EPISCOPOS

Camulianensem, **Bernardum Kevenhoerster, Praefectum Apostolicum de Bahama.**

BarranqtiiUensem, **nuper erecta dioecesi, Aloisium Gallistum Leiva Charry.**

Premisliensem Latinorum,* **Franciscum Barda, iam Episcopum Mediensem.**

Helenopolitanum in Bithynia, **Adalbertum Tomaka, Auxiliarem R. P. D. Francisci Barda, Episcopi Premisliensis Latinorum.**

Malacensem, **Hadrianum Delvals.**

Signinum, **Fulvium Tessaroli.**

Sancti Thomae de MeUapor, **Carolum de Sa Fragoso.**

Coccinensem, **Abilium Vas das jSTeves.**

' *Glaromontanum,* **Gabrielem Piguet.**

LJngolismensem, **Ioannem Baptistam Megnin.**

Pictaviensem, **Eduardum Mesguen.**

Trecensem, **Iosephum Heintz.**

Mnensem, **Henricum Bernard.**

Chaleidensem, **Gallum Steiger, Abbatem** *nullius* **de Peramiho.**

Petnelissensem, **Ioachimum Ammanti, Abbatem** *nullius* **de Ndanda.**

Berenieensem, **Alfonsum Matthijsen, primum Vicarium Apostohcum Lacus Alberti in Africa Centrali.**

Amathusium in Palaestina, **Guillelmum Cobben, Vicarium Apostolicum de Finlandia.**

P r u si ens em, **Rodulfiim Orler, Vicarium Apostolicum de Bahr-el-Ghazal.**

Calydoniensem, **Hermannum Schoppeïrey, Vicarium Apostohcum de Sinyangehow.**

Jaurinensem, **Stephanum Breyer, iam Episcopum tit. Trisipensem.**

Denique Beatissimus Pater ratam se habere dixit electionem in Synodo Episcoporum Melchitarum canonice factam R. P. D. Agapii Naoum ad Ecclesiam metropolitanam Tyrensem.

III. - POSTULATIO PALLII

Posthaec per legitimum Procuratorem factam postulationem Pallii pro Ecclesia cathedrali Claromontana (ex privilegio) benignissime admisit.

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Secreto Consistorio feliciter absoluto, fuit in continenti Consistorium publicum pro solemni peroratione Causarum Beatorum Ioannis Bosco et Pompilii M. Pirrotti, confessorum, sacerdotum, et Beatarum Michaelae a Ssmo Sacramento, virginis, Ludovicae de Marillac, viduae Le Gras, de quibus supra.

Praestita itaque de more a Reverendissimis Patribus Cardinalibus Beatissimo Patri obedientia, Illmi Domini Ioannes Guasco, Christophorus Astorri, Augustinus Lenti et Robertus Mucci, Sacrae Congregationis Aulae Advocati, relatis breviter vita et miraculis Beatorum confessorum, ac Beatae virginis Beataeque viduae, pro earumdem Canonizatione respective inst,iterunt.

Quibus in genua provolutis, R. P. D. Antonius Bacci, Apostolicarum Litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistris Pontificalis Solii, cappa indutus, Sanctitatis Suae nomine his verbis respondit.

« Quam pro amplissimo vestro munere digne perorastis causam, ea profecto eiusmodi est, ut Summi Pontificis mentem ad assentiendum summopere commoveat. Etenim Beati caelites, de quibus agitis, quamquam instar caeli siderum alii alio splendore in Ecclesiae fastis enitent, omnes tamen ita virtutum laudibus excellunt, ita mutabilibus signis per eos a Deo patratis refulgent, ut quantum possit ac valeat ad sanctissime conformandos animos, ad resque praeclare agendas divinae Redemptionis opus, luculenter inde patefiat. Id siquidem egregie praestitere Beati confessores Ioannes Bosco et Pompilius Maria Pirrotti, qui non modo ad summum sanctitatis fastigium omni nisu contenderunt, sed etiam, pro sua cuiusque temporum condicione, iuventutem praesertim christianis praeceptis christianisque moribus instituentes, ad Iesu Christi regnum per se per suos amplificandum tantopere elaborarunt. Id praestiterunt itidem Michaela ab Augusto Sacramento ac Beata Ludovica de Marillac, quae turbulentissimis aetatis suae temporibus, cum divinae potissimum caritatis muneribus ac solaciis indigerent homines, tam sollertem atque impensam ad eam assequendam deducendamque in usum dederunt operam, ut nullum prorsus esset aerumnarum genus ab iisdem neglectum, quaelibet vero corporum animorumque infirmitas pro facultate relevata.

« Cur igitur non exoptet Sanctitas Sua, Beatos hos caelites sanctitudinis diademate decorare, eosque omnibus ad intuendum ad imitandum proponere? — Vult tamen ut in re sane gravissima, quae cum intemerata catholicae religionis integritate arcte coniungitur, tradita a maioribus instituta

nulla ex parte praetermittuntur. Quapropter necessarium autumat, antequam inviolati magisterii sui sententiam dicat, semipublicum, quod vocant, haberi Consistorium, in quo et Purpuratos Patres et eos omnes, qui aderunt, Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos iudicium cuiusque suum de more rogabit. Atque per me interea vos admonet universos ut, ad uberiorem sibi impetrandam superni luminis copiam, Sanctum Paraclytum Spiritum adprecemini ».

Posthaec Beatissimus Pater, zVpostolicam benedictionem solemniter impertiens, concionem dimisit.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

URBIS

DE NOVAE S. ROBERTI BELLARMINO PAROECIAE IN REGIONE VULGO « PARIOLI» ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae maiori religionis incremento aeternaeque omnium christifidelium saluti, eorum potissimum, qui fere sub oculis Nostris commorantur, prospere et bene eveniant, ea sedulo studio decernere Nos admonet supremi apostolatus quo fungimur officium. Iamvero cum nostra hac aetate tantus in Almae Urbis extremis regionibus domorum incolarumque numerus creverit, novas illic paroecias erigere et canonice constituere prorsus necessarium visum est. In vasta quoque inter Flaminiam et Salariam vias regione, vulgo *Parioli* **nuncupata, plura fidelium millia suum in praesens fixerunt domicilium ac propterea novum ibi, Dei favente gratia, ad spiritualia iis subsidia facilius procuranda, exstrui templum coeptum est, divi Roberti Bellarmino Cardinalis et Ecclesiae Doctoris nomine dicandum. Nos itaque haec considerantes, conlatis cum dilecto filio Nostro Francisco, titulo S. Mariae Novae, S. R. E. Presbytero Cardinale Marchetti Selvaggiani, Nostro in Urbe Vicario in spiritualibus generali, consiliis, obtento vel sappleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, novam in regione illa paroeciam erigere statuimus. Quare a finitimis S. Teresiae et S. Crucis in via Flaminia paroeciis territorium aveUimus ac seiungimus, ab eodem Cardinale Vicario Nostro definiendum,**

atque ex eo novam ac distinctam paroeciam, S. Roberti Bellarmino nuncupandam, suprema Nostra auctoritate, erigimus et canonice constituimus; illamque, derogantes, quatenus opus sit, regulis vel peculiaribus constitutionibus, quibus Societatis Iesu alumni ecclesiastica beneficia recipere prohibentur, *pleno iure* **in perpetuum committimus praefatae Societati, cuius flagrans in animarum salutem studium certissimos Nos facit non modo illam ad paroecialem curam omni qua par est diligentia incumbere, verum etiam S. Roberti Bellarmino quod supra diximus templum, tum sacerdotum frequentia tum sacrarum supplicationum splendore, magis ac magis in dies ita micare pòsse, ut templum ipsum florentissimae spiritualis vitae fons et centrum, Deo auctore, sit futurum. Novae autem ita erectae paroeciae ecclesiam paroecialem sacram hanc aedem, etsi nondum perfectam, divi Roberti Bellarmino titulo Deo dicandam, decernimus ac declaramus; simulque concedimus ut, donec templum illud perfectum fuerit, in eius crypta divina mysteria et sacrae functiones meliore quo fieri possit modo interea peragantur. Eidem insuper paroeciali ecclesiae eiusque pro tempore parochis omnia concedimus iura, insignia, privilegia et praerogativas, quibus ceterae paroeciales Urbis ecclesiae earumque parochi iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eisque pariter onera omnia et obligationes imponimus, quibus ceteri Romae curiones subiciuntur: atque peculiare eis onus imponimus duos saltem coadiutores habendi, qui in pastoralibus muneribus obeundis validum ipsis praestent adiumentum. Pro eiusdem vero paroeciae dotatione, honestaque parochi eiusque vices gerentium substentatione, praeter domum paroecialem, congruam Nos ipsi dotem assignabimus.**

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra diximus dilectum filium Nostrum in Urbe Cardinalem Vicarium deputamus, cui propterea necessarias et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, cum potestate controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis exemplar redigendi et in Vicariatus tabulario illud asservandi. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universàlibusque Conciliis editis, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis

quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, quibus omnibus per praesentes auctoritate Apostolica derogamus. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die decimatertia mensis Maii, in festo S. Roberti Bellarmino, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH. P. Card. BOGGIANJ
Cancellarius S. B. E.

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
Vicarius Generalis Sanctitatis Suae

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XLVII, n. 57. - G. **Stara** Tedde.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM PRAEFECTURA DE SINYANGCHOW IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam, — Ea omnia, quae catholicae fidei magis magisque propagandae faciant* ut supremum officium Nostrum postulat, iugi studio providere satagimus. Iamvero cum praefectura apostolica de Sinyangchow, in Sinis, quam sex abhinc annis curis sodalium Societatis Divini Verbi demandavimus, optima in re catholica incrementa, Deo iuvante, susceperit, Moderator generalis praedictae Societatis Nos enixe rogavit, ut eandem praefecturam ad potiorem vicariatus gradum eveheremus. Nos autem, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositis, omnibusque rei momentis mature perpensis, oblatas Nobis preces exaudiré libenter decrevimus. Quare motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam de Sinyangchow ad ampliorem dignitatem

vicariatus apostolici, eodem servato nomine, evehimus. Porro statuimus, ut territorium praedicti vicariatus apostolici sub-praefecturas civiles de Sinyangchow, Loshan, Kwangsban, Shangcheng, Kushih, Sihsien, Kwangchow, Chengyang, Sintsai, Junan, Shangtsai, Hiangçheng, Shenkiu complectatur, atque curis praedictae frugiferae Societatis Divini Verbi concreditus maneat.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esso' ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXHI, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis StaUis.*

Ii

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE BANGUEOLO ET DE NYASSA IN AFRICA CENTRALI ERIGITUR MISSIO SUI IURIS DE LOANGWA.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam.—Quae catholico nomini magis latiusque propagando utilia Nobis videantur, sollicito studio et vigilanti cura providere satagimus, prout exigit supremi Apostolatus munus, quo in terris fungimur. Quamobrem cum venerabilis frater Arcturus Hinsley,» Archiepiscopus titularis Sardianus, Delegatus Apostolicus in Africa, a Nobis instanter expostulaverit, ut pars quaedam territorii a vicariatibus apostolicis de Bangueolo et de Nyassa, in Africa centrali, Patribus Societatis Missionariorum Africae concreditis, distraheretur, et in novam Missionem sui iuris erigeretur,ut christianae fidei progressui in praedictis territoriis a,ptius provideretur, huiusmodi votis concedendum benigne censuimus. Quare collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei adiunctis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, e vicariatu apo-

stolico de Bangueolo plagam quae ad meridiem et ad orientem vertit, a vicariatu vero de Nyassa illam quae ad septemtrionem, separamus sive seiungimus, et ex hoc territorio sic separato seu diviso novam missiosionem sui iuris, cui nomen facimus « de Loangwa », quamque curis committimus praedictae Societatis Missionariorum Africae, erigimus atque constituimus. Limites vero huiusmodi Missionis sui iuris hi sunto: ad orientem lacus Nyassae; ad meridiem fines civiles provinciae septentrionalis et protectorats de Nyassaland, limites districtus de Fort-James usque ad flumen Loangwa, huiusque fluminis cursus; ad occidentem praefectura apostolica de Bröken-Hill et fines Congi belgici; ac septentrionem flumen Chambezi usque, ad lacum ubi illud inflectitur; deinde iidem limites ac districtus de Isoka usque ad fines vicariatus apostolici de Tanganika; fines denique huiusmodi vicariatus usque ad praedictum lacum Nyassae.

Haec volumus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxni mensis Maii, an. MDCCCCXXXIH, **Pontificatus Nostri decimosecundo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

Iii

FINES IMMUTANTUR VICARIATUS APOSTOLICI DE ANTSIRAEÈ

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Catholicae fidei provehendae studium, quo continenter urgemur, efficit ut ea omnia quae ad sacras Missiones pertinent, peculiari cura tractemus. Quapropter cum venerabiles fratres Ordinarii vicariatuum apostolicorum sive de Tananariva, sive de Antsirabè in insula Madagascar nuper a Nobis expostulaverint ut fines mutarentur quibus ad septemtrionem circumscripsimus anno MDCCCCXVIH **tunc erectam praefecturam apostolicam de Betafo, quam ad gradum vicariatus apostolici postea eveximus, novo indito nomine de Antsirabè, oblatis Nobis precibus benigne annuere censuimus, eo quod memorati fines septemtrionales locorum positioni minus respondeant. Quare, collatis consiliis**

cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis,- motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, statuimus ut in posterum limites vicariatus apostolici de Antsirabè ad septemtrionem versus hi sint: gradus xix latitudinis australis a mari Mozambiquensi ad fines provinciae civilis de Itasy orientem versus; dein limites meridionales eiusdem provinciae usque ad flumen Kitsamby, exinde fines septentrionales districtuum civilium de Faratsiho et de Manalalondo, dein fines orientales de Faratsiho usque ad altitudinem urbis eiusdem nominis, ex quo puncto usque ad fines occidentales provinciae civilis de Vatomandry, linea quae sequitur flumina de Onivè et Kelilalina.

Haec volumus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, vel in posterum spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxm mensis Maii, an. MDCCCCxxxm, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. MICHAELEM* EPISCOPUM TUSCULANUM S. R. E. CARDINALEM LEGA, PRAEFECTUM S. C. DE SACRAMENTORUM DISCIPLINA, DENA AB INITO SACERDOTIO EXPLENTEM LUSTRA.

PIUS PP XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quum perlibenter cognoverimus, te, proximo festo die ex nomine tuo, dena ab inito sacerdotio lustra fauste celebraturum, id laeto quidem animo tibi gratulamur, meritasque Deo, bonorum omnium Largitori, gratias tecum agimus et habemus. Profecto tot memoria beneficiorum, quae per sacrum Ordinem in te divinitus conlata sunt, simulque rerum recordatio, quas egregie peregisti, tibi tuisque periucunda continget. Inde enim a su-

scepto sacerdotio, ipse statim ingenium, vires, studium operamque omnem in Ecclesiae famulatum proximorumque utilitatem contulisti, ac tua virtute in illo praesertim enituisti laboris honorisque campo, qui ad Ecclesiae ius ac forum pertinet, quum in Pontificio Seminarii Romani Athenaeo ius canonicum tradendo, tum causis agendis definiendisque in Sacrae Romanae Rotae Tribunali, cui quidem, tamquam Auditorum Decanus, sedulo diuque praefuisti. Huius autem industriae navitatisque tuae praeclara exstant documenta ipsa a te conscripta de iure volumina. Haec quidem ac cetera tua in Ecclesiam promerita Romani Pontifices Decessores Nostri plane agnoscentes, te muneribus et honoribus exornarunt amplissimis. Nos vero Ipsi, qui usque a Pontificatus Nostri exordiis testes sumus de sollertia ac studio, quibus non solum in Sacra Congregatione de Sacramentorum disciplina, cui praees, sed in aliis quoque Patrum Purpuratorum Consiliis partes tibi demandatas assidue alacriterque impleas, atque probe novimus qua prudentia ac sollicitudine Tusculanae dioecesi, quam tibi concredidimus, modereris, proximam nacti opportunitatem, te, venerabilis frater Noster, debita laude publice libenterque afncimus, et, communem laetitiam cumulare volentes, faustitatem tuam paternis votis omnibusque prosequimur. Quapropter Deum clementissimum exoramus, ut, ipso Principe niilitiae Angelorum deprecatore, te seros in annos, meritorum similiter plenos, ad Ecclesiae utilitatem gloriamque benigne sospitare velit. Caelestium interea munerum praenuntia, simulque dilectionis Nostrae testis apostolica esto benedictio, quam tibi, venerabilis frater Noster, propinquis amicisque tuis, nec non laborum tuorum sociis cunctisque fidelibus, pastorali tuae vigilantiae commissis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Septembris, anno MDCCCCXXXIII, Pontificatus Nostri duodecimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. CAROLUM DALMATTUM TIT. S. EUSEBII S. R. E. PRESB. CARD. MINORETTI, ARCHIEPISCOPUM IANUENSEM, OB L NATALEM SACERDOTII EIUS, OCTAVO SIMUL IMPLETO SAECULO AB EVECTA DIOECESI IN METROPOLITANAM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam Benedictionem. — Nobilissima, cui praesides, Ecclesia, dum octavum impletum saeculum, ex quo metropolitana dignitate est insignita, sollemni pompa proxime recolet,

tibi ipse dena lustra ab initio sacerdotio feliciter peragenti, ut libenter audivimus, communem gratulationem effusamque laetitiam significabit; et iure quidem meritoque, quum nota sint planeque comperta praeclara tua promerita, quae a primaevo iuventutis flore adhuc tibi comparasti, munera praesertim sive magistri sive parochi antea gerens, Ecclesiaeque deinde Cremensis et istius tanti ponderis ac splendoris gubernacula tenens. Neque minus profecto tua virtus in scribendo docendoque eluxit, quum rei philosophicae ac theologicae aut oeconomicae socialique studiose vacasti, ipsis ephemeridibus coetibusque catholicis summa sedulitate praesidendo aut egregiam operam navando. Haec quidem praeclare gesta clarissimasque virtutes iucunda complectentes memoria, Nos, qui plura tibi existimationis ac benevolentiae Nostrae iam dedimus testimonia, maxime quum te laeti romanae purpurae splendore decoravimus, hanc novam feliciterque oblatam faustitatis tuae occasionem praetermittere nolumus,- quin gratulanti^ tibi animi Nostri sensus suaviter aperiamus. Quapropter sacra illa sollemnia quae proxime istic peragantur, tum in metropolitanae istius sedis honorem, tum praecipue in laudem sollertes ipsius Metropolitae, prima sacerdotii gaudia iubilari hoc anno redintegrantis, summa Nostra voluntate participamus, vehementerque a Deo efflagitamus, ut ipse, dilecte fili Noster, longum adhuc in aevum sanus integer que serveris, et fidelium grex tuae vigilantiae commissus gratiarum calestium copia salutariumque fructuum ubertate locupletetur. Interea, quum etiam acceperimus, iucundi eventus faustitate, consilium susceptum fuisse largiorem a fidelibus stipem colligendi ad novam Seminarii sedem opportuniore loco condendam, ut iubilare tibi donum offeratur, Nos, qui sacrae iuventutis institutionem ad christiani populi incrementum permagni facimus, tuos Nostrosque carissimos obsecramus filios, ut, pro sua quisque facultate, piis optatis liberaliter obsecundent. Hac enim ratione sciant ipsi stipem oblaturi, se et Nobis, sicut tibi, rem gratissimam facturos, et sibi ipsis universaeque "archidioecesi praeclarum donum frugiferumque esse allaturos. Caelestium denique gratiarum conciliatrix praecipuaeque Nostrae dilectionis testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilcte fili Noster, tuo Episcopo Auxiliari cunctoque clero ac populo tibi commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die i mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, anno MDCOCCXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

B ANIALUCBNSIS-SBBENIOENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

R. P. D. Iosephus Stephanus Garié, Episcopus Banialucensis, con-; sentiente R. P. D. Hieronymo Maria Mileta, Episcopo Sebenicensi, Apostolicae Sedi supplices porrexit preces ut vicus *BosansJca Uniëta,* **pertinens ad paroeciam de** *Bos. Graiiovo* **dioecesis Banialucensis, pro bono eiusdem vici fidelium, aggregare tur paroeciae de** *Kijevo* **dioecesis Sebenicensis.**

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, de consulto quoque Emi ac Rmi D. Card. Praefecti Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, a qua dioecesis Banialucensis dependet, nec non praehabito favorabile voto R. P. D. Hermenegildi Pellegrinetti Archiepiscopi titularis Adanensis et Nuntii Apostolici in Iugoslavia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter vi praesentis Consistorialis decreti statuit ut praefatus vicus *BosansJca Uniëta* **a paroecia de** *Bos. Grahovo* **et a dioecesi Banialucensi avellatur atque paroeciae de** *Kijevo,* **ad dioecesim Sebenicensem pertinenti, perpetuo uniatur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.**

Ad haec autem exsecutioni mandanda. Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum R. P. D. Hermenegildum Pellegrinetti, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 21 Iulii 1933.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

21 Novembris 1933. — **Cathedrali nuper erecta eecclesiae Barranquillensi, praefecit R. D. Aloisium Callistum Leiva Charry, presbyterum dioecesis Garzonensis.**

25 Novembris. — **Cathedrali Ecclesiae Premisliensi Latinorum, R. P. D. Franciscum Barda, hactenus Episcopum titularem Mediensem.**

•— **Titulari episcopali Ecclesiae Helenopolitanae in Bithynia, R. D. Adalbertum Tomaka, canonicum capituli cathedralis Premishensis Latinorum, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Francisci Barda Episcopi eiusdem dioecesis.**

1 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Signinae, R. D. Fluvium Tessaroli, Archipresbyterum-parochum S. Antonii in oppido** *Canneto suWOglio,* **dioecesis Mantuanae.**

4 Decembris[1] — **Cathedrali Ecclesiae S. Thomae de Meliapor, R. D. Carolum de Sa Fragoso.**

— **Cathedrali Ecclesiae Coccinensi, R. D. Abilium Vas das Neves.**

7 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Claromontanae, R. D. Gabrielem Piguet, Vicarium generalem dioecesis Augustodunensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Engolismensi, R. D. Ioannem Baptistam Megnin, Vicarium generalem dioecesis Molinensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Pictaviensi, R. D. Eduardum Mesguen, Archipresbyterum cathedralis ecclesiae Corisopitensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Trecensi, R. D. Iosephum Heintz, Archipresbyterum loci vulgo** *Mezières,* **archidioecesis Rhemensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Emensi, R. D. Henricum Bernard, parochum in dioecesi Claromontana.**

13 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Jaurinensi, R. P. D. Stephanum Brey er, hactenus Episcopum tit. Trisipensem.**

29 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Gerundensi, R. D. Iosephum Cartaña Inglés, Archipresbyterum metropolitanae ecclesiae Tarraconensis.**

[1] **Sic corrigendum in praecedentis vol. p. 492.**

III

DESIGNATIONES PEO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Emus ac Emus Dnus Eustachius Ilundain et Esteban, Cardinalis Archiepiscopus Hispalensis, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Cordubensis.

Quam designationem Ssmus Dominus Noster in Audientia diei 25 Novembris 1933, Emo Cardinali Secretario concessa, benigne approbare dignatus est.

Item Emus Archiepiscopus Westmonasteriensis designavit semel pro semper ad normam can. 1594 § 2, pro appellationibus a suo tribunali, Ordinarium Cardiffensem.

Archiepiscopus Sancti Bonifacii, ad eundem effectum Ordinarium Winnipegensem.

Quas designationes Ssmus Dominus Noster per rescripta Sacrae Congregationis Consistorialis diei 16 Decembris 1933 adprobare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

TAKVISLNA

OPTIONIS DOMORUM

Die 10 deeembris 1932

SPECIES FACTI. — **Ab antiquissimis iam temporibus Capitulum ecclesiae cathedralis Tarvisinae aliquot in usum canonicorum privatas domus possidet, quarum assignatio regitur iure optionis, ad normam constitutionum capitularium, quae non semel postremis his temporibus immutatae sunt. Antiquiores, anno 1858 typis editae et a Pio IX approbatae, quae in novam formam vetera statuta annorum 1342 et 1432 redegerunt, ordinem optionis et in praebendis et in domibus ita describunt: « Ordo in optionibus hic esto: Decanus, ut ut non antiquior, ceteris, ratione dignitatis, primus eligat; ahi deinceps ordine possessionis, ita ut nemo optare possit, nisi qui praecedat, ius suum non exerceat ». Quae praescriptio ad literam transcripta est in alia earundem constitutionum editione, anno 1905 typis edita.**

At anno 1914, aucta a Pio Pp. X pluribus privilegiis ecclesia cathedrali, pluribusque ob rerum vicissitudines obsoletis, novae conditae sunt constitutiones, ab eodem Pontifice approbatae. In his ordo optionis qui antea in praebendis et in domibus unus idemque erat, nunc scinditur. Et quoad domos statuitur: «Sunt enim quinque proprio nomine domus, quarum usus canonicis munere antiquioribus datur, si optent »; quod praescriptum sanxerunt et novissimae constitutiones, quae anno 1921 ad Codicem aptatae sunt.

Exinde, cum de hoc iure praecedentiae Decani ratione dignitatis in domorum optione novissimae constitutiones sileant, praesens quaestio orta est, num, nempe, his attentis, ius illud peremptum sit.

ANIMADVERSIONES .— Si spectetur, quo consilio constitutiones anni 1914 exaratae sunt, nullum dubium esse videtur quin vetus hac de re praescriptum abolitum fuerit. Etenim, cum ob rei publicae mutationem, plura in antiquis constitutionibus obsoleta viderentur, et nonnulla privilegia amissa et legum capita abrogata, ipsaeque canonicorum oeconomicae conditiones deteriores factae sint, nova necesse fuit condere statuta, quae vetera, tamquam nova lex, reformarent. Hoc edicitur in ipso constitutionum anni 1914prooemio: «Plures hodie sunt causae quamobrem eadem statuta ex parte emendanda videantur ».

His attentis, si statuta novissime condita, lectionem veterum constitutionum corrigendo, de iure praecedentiae Decani nihil habent, recte arguitur ius illud Capitulum immutare intendisse, ut legitur in Reiffenstuel (lib. I, tit. II *De const.,* § .19, n. 491): « Nova lex, seu constitutio Principis tollit priorem sibi directe contrariam, etiamsi de ipsa non faciat mentionem». Nec ius ipsum firmatum'fuisse videtur consuetudine, si qua sit ab anno 1914 usque in praesens invecta, quae nec constans est, nec ob brevis temporis lapsum legitima. *

At contra, in primis animadvertere praestat optionem de qua agitur, non esse reprobatam canone 396 § 2 Codicis I. C, cum, iure quo utimur, prohibitae non sint optiones « ad domos, praedia aliaque a praebendis canonicalibus distincta » (Commissio Pontif., die .17 Februarii 1930).

Quod factum spectat,, patet indubie ius praecedentiae Decani in subiecta materia pervetustum esse, idque ratione dignitatis sibi quaesitum, quae causa et nunc exstat, quia et nunc «prima Collegii dignitas est Decanus ». Iam enim a saeculo xiv hoc iure Decanum potitum esse eruitur ex constitutionibus anni 1858, quae, si substantiam spectes, eaedem sunt ac vetera Capituli Tarvisini statuta, in novam formam redacta: «Leges ita compositae — ita in his constitutionibus — primum anno 1342 deinde

anno 1432, eodem contextu, Apostolicae Sedis confirmationem obtinuerunt », et hac ratione concinnatae sunt, «ut, salva antiquarum legum substantia, nova in omnibus forma ac novus ordo adhiberetur ». Quapropter in plerisque constitutionum articulis, antiquae legis capitum notulae in margine adiectae sunt: quod est in capite III, art. 4, de hoc iure Decani pertractante.

Agitur proinde de iure in cuius possessione centenaria vel immemoriali Decanus est, quaeque praesumptionem inducit concessi privilegii Apostolici, ad normam canonis 63 §2: «Possessio centenaria vel immemorabilis inducit praesumptionem concessi privilegii ». Et « privilegium, nisi aliud constet, censendum est perpetuum» (can. 70), nisi expresse ab auctoritate ecclesiastica fuerit revocatum, de quo in casu non constat.

Accedit praxis et observantia, et ipsa immemorialis, qua ius illud roboratur; observantia autem «in omni materia reputatur optima interpres, magis vero ac peculiariter in ista praecedentiae » (De Luca, *De praeemin.,* **disc. 23, n. 11).**

Silentium proinde recentiorum constitutionuni, his perpensis, nihil operatur, praesertim si animadvertatur quod haud peremptorie constet mentem Capituli in iis condendis fuisse ius illud abrogandi. Rogati enim ut hanc mentem panderent ii, qui anno 1914 in novam formam constitutiones redegerunt, nullam probabilem dixerunt rationem de hac mutatione inducta, nec ullam fuisse hac de re disputationem declararunt, rati quod Decano, ob sui ipsius dignitatem, tamquam Praesidi Capituli, hoc ius ex se ipso competeret, quin expresse illud memorare opus esset.

Tandem, perquisitis Capituli regestis, constat postremis quoque his temporibus Decanum ceteros canonicos praeivisse in iure optionis in *ecclesiam y* **in** *domum,* **in** *clausuram.*

RESOLUTIO. **- His omnibus perpensis, in Congregatione plenaria diei 10 Decembris 1932, dubio proposito:**

An Decano Capituli cathedralis Tarvisini ratione dignitatis ius praecedentiae competat in optione domorum super ceteros canonicos, in casu.

Emi Patres responderunt:

Affirmative.

Facta autem de his Ssmo DNO nostro Pio div. Prov. Pp. XI relatione, per Secretarium huius Sacrae Congregationis in audientia diei 16 Decembris 1932, Sanctitas Sua hanc resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

LYCIEN. SEU BENEVENTANA

CANONIZATIONIS B. POMPILII MARIAE PIRROTTI A SANCTO NICOLAO, CONFESSORIS SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS CLER. REG. PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem in casu et ad effectum de quo agitur.

Illud fuit S. Iosephi Calasanctii singulare in Ecclesiam et civilem societatem meritum, quod ad populares pro puerorum christiana institutione exercendas scholas novam religiosam Societatem, hoc peculiari praefixo saluberrimo fine, primus omnium condiderit: quae Romae saeculo XVII ineunte primum orta, aerumnosis superatis vicissitudinibus, late postea per Italiam atque Europam universam propagata est. Huius Calasanctianae familiae lectissimus nos ac nobile ornamentum B. Pompilius Maria Pirrotti exstitit, qui saeculo XVIII decurrente sanctitatis laude excelluit. Ortus is est anno 1710 honestissimo genere, Calvoduni, vulgo *Montecalvo* in Hirpinis, intra Beneventanae archidioeceseos fines; supremum vero diem in oppido Campi, Lycien. dioecesis in Salentinis, anno 1766 obiit, aetatis suae quinquagesimo septimo. Innocentissime transacta adolescentia et mature Calasanctiano ordini adlectus, per totum vitae cursum, qua pueros in scholis docendo, qua populis late per Italiam verbum Dei praedicando, mirum apostolatum exercuit, quem insigni vitae sanctitate, iugi corporis mortificatione atque assiduo orationis studio aluit et roboravit.

Dum in terris ageret, tanta erat eius fama sanctitatis, ut incredibili studio ad eum audiendum populi frequentissimi accurrerent, immo et irruerent, ut olim turbae ad Iesum regnum Dei evangelizantem. Nec post beatam eius mortem haec fama deferbuit, sed in Italia praesertim meridionali vivida tanti viri memoria in benedictione perstitit.

Beatificationis honores die 26 Ianuarii anno 1890 a Leone XIII glor. mem. collati ei fuere, qui processibus huius causae instruendis, quum olim Beneventanae Delegationi praeesset, ipse interfuerat.

Quum autem post indultam Servo Dei venerationem nova miracula eius intercessioni tribuerentur, resumpta causa eiusdem Summi Pontificis auctoritate, Apostolici processus de duabus sanationibus, quae miraculo adscribendae videbantur, adornati sunt. Institutus est alter in Curia IUerdensi in Hispania, Neapoli alter: quorum legitima forma per huius Sacri Ordinis decretum die 10 Decembris anno 1900 probata est.

Mathildes Iruegas Cárcamo y Abuin, in oppido *Tamarite* **provinciae de Huesca in Hispania, bona eatenus valetudine usa, septimo aetatis anno infirmata est: ac post purulentam otitem infectivis febribus divexata et macie confecta, quadragesimo fere ab incepta infirmitate die, nempe decimotertio Decembris anni 1892, bronco-pulmonite catarrhali, una cum pleurite, repentino incursu correpta est. Morbus adeo flagravit, ut vix post tres dies, omni a medico curante relicta spe, animam iam agere videretur prope moritura puella. Tum vero eo supremo discrimine, postquam eius pater infirmae corpori tertio particulam ex B. Pompilii reliquiis admovit, omni cessante morbo, se bene valere puella, stupentibus qui aderant, edixit. Eadem die, decimasexta Decembris, accedens medicus omnia mortalis infirmitatis symptomata evanuisse mirabundus invenit; nec postea, quae subito convaluerat, eodem umquam morbo tentata est. Miraculum medicus a curatione conclamavit, eique Peritus qui dicebatur in hisce causis** *ad opportunitatem* **et duo, ut Peritiores, a Sacra Congregatione adlecti adstipulantur. Quorum uterque accurata trutina, cribrata quaquaversus re, in memoratam morbi diagnosim et in miraculum asserendum in tam repentina et perfecta sanatione conveniunt.**

Miraculum alterum Neapoli contigit. Dominica Maria Melisci, nubilis? quae inde a decimo sexto aetatis anno levi quodam tumore, parvae avellanicae nucis ad instar, in dextera mamilla per aliquot annos laboraverat, eius incommodum non amplius postea sensit, domesticisque curis bona fruens valetudine incumbebat. At non modico temporis spatio interiecto, repente, die decimaquarta Septembris anno .1891, aetatis suae circiter quadragesimotertio, in eadem mamilla vivo atque acuto perculsa dolore eam tumefieri conspicit. Quo turgore brevi crescente, accitus medicus duriorem grandiorisque molis in interna mamilla massam deprehendit, omnes neoplastici tumoris mali moris notas praesef er entern. Praescriptis, experimenti causa, nonnullis medicamentis, quae in irritum cessere, et nova post aliquot dies peracta inspectione, certior iam factus medicus de maligno tumore, ferro eum abscindendum suadet. Haeret prae metu infirma, ac in re trepida ad B. Pompilii opem implorandam fidens confugit. Tribus vel quatuor interiectis diebus, tumor, pluribus inspicientibus, inopinato evanuisse deprehenditur, cessante dolore. Quod aliquot post dies, instituto examine,

medicus a curatione, nullo praegressi tumoris invento vestigio, confirmat. Miraculum ipse agnoscit, duobus aliis in Neapolitana Curia accitis medicis consentientibus. Idem pariter periti omnes, qui apud hanc sacram Congregationem votum protulere, sentiunt.

Antepraeparatoria de his miraculis coram Emo Cardinali Seraphino Cretoni fel. rec. Causae Ponente seu Relatore, die 22 Decembris mensis anno 1903 Comitia habita-sunt; deque iisdem die 15 Ianuarii anno 1905 in Praeparatorio coetu iterum disceptatum est. Supervenientibus postea variis temporum difficultatibus, causa haec diu si luit. Novissime, facultate facta a Ssmo D. N., iterum causa examini subiecta est, ideoque nova altera Praeparatoria Congregatio habita est die 20 Iunii mensis vertentis anni: Generalis vero coram Eodem Ssmo D. N. die 7 mensis huius. In hac Emus Cardinalis iUexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An et de qvÂbus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Quotquot aderant Emi Cardinales, Officiales et Consultores votum suum prot alere. Ssmus benigne haec excepit: Suam. autem sententiam interim Patrem luminum precaturus ad hanc diem proferre distulit, decimam secundam mensis huius, Dominicam vigesimam tertiam post Pentecosten. Arcessitis itaque Emis Cardinalibus Camillo Laurent!, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, necnon R. P. Salvatore Natucci, Eidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, Eucharistico sacrificio religiosissime peracto, edixit:** *Constare de duobus miraculis, B. Pompilio Maria Pirrotti intercedente, a Deo patratis:* **videlicet:** *de instantánea perfeetaque sanatione tum Malhildis Iruegas Cárcamo y Abuin a gravissima pleuro-pulmonite catarrhali, tum Mariae Melisci ab epitheliomate glandulari malignae indolis in ubere dextero exorlo et quam celerrime in dies percrescente.*

Hoc autem decretum -promulgari et in acta S. E. C. referri mandavit.

Die 12 Novembris anno 1933.

C. Card. LAUEENTI, *Praefectus.*

L. *m* S.

A. Carinci, *Secretarias.*

II

VALENTINA IN HISPANIA

CANONIZATIONIS B. MARIAE MICHAELAE A SS.MO SACRAMENTO FUNDATRICIS SORORUM A SANCTISSIMO SACRAMENTO ET CARITATE.

SUPER DUBIO

*An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beatae ab Apostolica *8ede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.*

« Vanitas vanitatiim et omnia vanitas » (Eccl. 1,2) dicit Sapiens, quae divina verba ita auctor aurei libelli de Imitatione Christi evolvit: a Ista est summa sapientia per contemptum mundi tendere ad regna caelestia. Vanitas igitur est divitias perituras quaerere, et in illis sperare. Vanitas quoque est honores ambire et in altum se extollere » (Im. Chr., lib. I, c. I, 11-14). B. Maria Michaela, e nobilissima gente hispanica, divitiis, quibus affluebat, vitae commodis honoribusque spretis, humillimo ministerio in perditarum aut periclitantium mulierum salutem totam se mancipavit, innumerasque animas in caulam Domini reduxit. Ut autem difficillimum hoc tamque salutare opus in aevum perseveraret, Sororum a Ssmo Sacramento et a Caritate Institutum fundavit, quod, per orbem diffusum, Beatae Matris vestigia persequitur.

Die 24 Augusti mensis anno Domini 1865 cholerica lue correpta Valentiae, quo, ut sais praesertim spiritualibus filiabus in eo discrimine opem et solamen praeberet, ultro accurrerat, piissime decessit aetatis suae anno quinquagesimoseptimo. Sanctitatis fama, quae viventem honestavit, ea vix demortua latissime diffusa est, non dubiis supernaturalibus signis accedentibus. Quapropter anno 1902 Leo XIII fel. rec. Commissionem introductionis causae sua manu signavit, servatisque de iure servandis, Ssmus D. N. Pius Papa XI Beatificationis honores die 7 Iunii mensis a. sacro 1925 eidem concessit. Eodem anno, resumpta ad Canonizationem causa, Apostolici processus super duabus miris sanationibus eius intercessione a. Deo, ut ferebatur, patratis fuerunt adornati, de quorum vi iuridica die 4 Maii anno 1931 ab H. S. C. decretum est.

Hac alma in Urbe tribus abhinc annis prior sanatio evenit. Maria losepha Montaguti otite media purulenta chronica sinistrae auris laborabat una cum temporalis ossis carie, non sine endocranicae complicationis metu, quae atrocissimis doloribus eam divexabat. Morbus, medicorum iudicio, adeo erat gravis, ut chirurgica actio osseam cariem abscissura

necessaria visa sit. Omnia ad operationem parata, infirmae capilli ad hoc abrasi: ieiuna, uti assolet, pridie Maria permanet, de nocte B. Mariam Michaèlam invocat et quietum somnum capit. Stata hora die 16 Octobris anno 1930 ad aulam, in qua chirurgice pertractanda- est, accedit; sed dum in eo sunt chirurgi ut manus apponant, perfecte sanatam stupentes inveniunt, et de hospitali eadem die dimittunt.

Duo periti physici sanationem fere post biennium perseverare testantur. Miraculo sanationem hanc unanimi consensu tres periti a S. C. adlecti, duo es curantibus medici aliique sine ulla haesitatione tribuunt.

Soror Maria ad Mves, ex Instituto a B. Maria Michaela fundato, an. 1919 ex Hispania, unde orta, ad S. Iacobi urbem in Chilena Bepublica fuit missa. Quo vix pervenit, gravi intestinali morbo tentari coepit. Sex post annos appendicotomiae subiecta, parumper quidem convaluit, sed mox, interiecto mense, pristinus morbus adeo ferbuit, ut de eius vita curantes medici fere desperarent. Verum, scientia et arte in irritum cedentibus, B. Mariae Michaelae intercessio suppetias venit.

Novendiales preces Maio mense eodem anno 1925 ab ipsa infirma et consororibus ad eius implorandum patrocinium inceptae sunt. Ultima earum die, septima Iunii mensis, hora ante meridiem fere sexta, paucis scilicet elapsis horis, habita diversi occidentalis meridiani circuli ratione, a sollemni Mariae Michaelae Beatificatione in Vaticana Basilica peracta, Soror Maria extemplo sanatam se sentit, surgit e lecto, cum consororibus communem vitam illico instaurat, communibusque cibis vescitur. Perfecte sanatam periti physici eam edicunt. Morbus, qui Mariam affecit, a peritis definitus est: *enterochólites ulcerosa, tubercularis.*

De ambabus his sanationibus in Antepraeparatoria Congregatione coram Emo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, disceptatum est die 28 Martii mensis hoc anno, dein in Praeparatoria coram R mis Cardinalibus die 4 Iulii mensis, demum in Generali coram Ssmo D. N. die 31 nuper elapsi mensis. In qua idem Rmus Cardinalis Verde dubium proposuit: *An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beatae venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Omnes seu PP. Cardinales, seu Officiales Praelati, seu Consultores sua edidere suffragia.- Sanctitas*vero Sua sententiam dare distulit, et ingeminari preces ad divinum lumen implorandum adstantes hortatus est.**

Convocari itaque Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum et Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Catucci, Fidei Promotore generalem, meque infrascriptum Secretarium iussit, Sacrisque piissime peractis, edixit: *Constare de duobus miraculis, B. Maria Michaela a Ssmo Sacramento intercedente, a Deo*

patratis: **nempe:** *De instantánea perfectaque sanatione tum Mariae Montaguti ab otite media purulenta chronica laeva in aure cum temporalis ossis carie, tum Sororis Mariae ad Nives ab insanabili enterocholite ulcerosa tuberculari.*

Hoc autem decretum publicari et in acta S. **E. C. referri iussit.**

Die 12 Novembris a. D. 1933.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

TAURINEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNIS BOSCO CONF. SACERDOTIS ET FUNDATORIS PIAE SOC. S. FRANCISCI SALESII ET INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.

In hodierna sancti Evangelii lectione ea nobis Christi Domini verba recolenda proponuntur, quibus futura Ecclesiae incrementa divinus Conditor praenunciabat: *Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod... minimum quidem est omnibus seminibus, quum autem creverit... fit arbor, ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius* **(Matth. 13,31-32).**

Hac equidem humilitatis nota fere semper obsignata videre est eorum operum initia, quae a Deo promanant, eoque magis, quo mirabiliores in posterum divina Providentia futuros successus disponit. Haec sponte animum subeunt, si mente consideres unde et quomodo originem duxerit magnificum illud christianae educationis opus, quod, auctore B. Ioanne Bosco, brevi temporis spatio, quaquaversus per orbem diffusum, vigere miramur.

Humilem vidisses, iuvenili adhuc aetate, sacerdotem, demisso habitu, hilari vultu, in deserto fere prato, ad Taurinensis urbis fines, derelictos urbanae plebis adolescentulus, a se amanter conquisitos, ludis exercere, iocis recreare, ac deinde in paupere quodam quasi tugurio adunatos suavi adloquio divina edocere, atque ad pietatem mirabiliter attrahere.

In eam tunc temporis suburbanam, dictam *Valdocco,* **plagam, ex aliis antea locis eiectus variisque persecutionibus iam exagitatus, sed grandia**

de éo disponente Deo, inops et a multis despectus confugerat, quasi peregrinus cum suis dilectis adolescentibus tecto carens.

Sed aestuabat ille divina caritatis flamma, atque immensae molis opus, quod, Spiritu Sancto afflante, animo volvebat, in actum mirabiliter deducturus erat. Sane quae postea promanaverint ex eius opera beneficia, qualive auctu increverit utraque ab eo condita religiosa familia, comperta res est, sed quibus quantisque tanti viri laboribus, qua animi contentione, qua invicta inter omnigenas difficultates patientia, vix mente concipias, vix verbo eiferas.

In oppido Castrinovi Astensis die 16 Augusti anno .1815 humili genere ortus, supremum diem Augustae Taurinorum die 31 Ianuarii mensis anno 1888 oppetiit.

In eo asperrimo temporis tractu, tot populorum motibus agitato, tot rerum novarum cupiditatibus gliscente, tot in Ecclesiam Dei commotis persecutionibus, B. Ioannes Bosco, inter ceteros suscitatus sanctissimos viros, vere surrexit *ut gigas cid currendum viam.*

Sanctitatis fama celebrem, miraculis a Deo post mortem illustratum Ssmus D. N. Pius Papa XI Beatorum caelitum fastis die secunda Iunii mensis anno 1929 adscripsit. Resumpta insequenti anno ad Canonizationem causa, super duabus miris sanationibus Apostolici processus tum Arimini tum Oeniponte adornati sunt, quorum iuridica vis per Sacrae huius Congregationis decretum Aprili mense elapso anno comprobata est. De his sanationibus in Antepraeparatorio coetu coram Emo Cardmali Verde, Causae Ponente seu Eelatore die 26 Iulii mensis anno 1932 disceptatum est. Verum cum miraculum, quod Oeniponte ferebatur evenisse, fuisset sepositum, Bergomi super alia sanatione Apostolicus processus fuit constructus, cuius validitas decreto diei 1 Februarii anni huius fuit recognita, et cuius relevantia in Antepraeparatoria Congregatione coram eodem Emo Cardinali Ponente examini fuit subiecta. Quum nonnulla magis perspicue super priore sanatione declaranda essent, suppletivus processus Arimini habitus est, et priori adlectus.

Prior sanatio Arimini contigit.

Anna Maccolini, ab Octobri mense anno 1930 influentiali bronco-pulmonite fuit affecta, quae usque ad Februarium mensem sequentis anni perduravit. Circa medium Decembrem eodem anno 1930 morbo huic phlébites in sinistro crure et coxa accessit, qui morbus adeo in integrum artum invaserat, ut is duplo maior appareret, sublato motu. Porro phlébites vel in iuvenibus est gravis, in senibus autem multo gravior ob gangrenae discrimen ex arteriosclerosi. Unde duo curantes medici, qui in edicenda diagnosi concordabant, perpensa infirmae septuaginta quatuor annorum

aetate et praesertim influentiali affectione, prognosim fere certo infaustam quod ad ipsam vitam infirmae edidere: impossibilem autem esse phiebitis sanationem in instanti omnes rei medicae magistri docent. Iamvero Anna nocte quadam sub eiusdem anni finem, invocato B. Ioanne Bosco per triduanas preces et per particulae ex eius reliquiis artui appositionem, in instanti et perfecte a phlébite sanata est, artu non amplius dolente nec turgido, Uber factus est motus, libera flexio. Perfectam esse sanationem, praeter curantes medicos, periti physici, qui Annam post decem a sanatione menses, et nuper sex abhinc mensibus inspexerunt, testantur.

Tres periti ab H. S. C. adlecti unanimiter cum curantibus in diagnosim, prognosim et in miraculum agnoscendum conveniunt.

Nec minori evidentia miraculum alterum renidet. Catharina Pilenga nata Lanfranchi, arthritica diathesi afficiebatur. Arthrites genua praecipue et pedes attigerat cum organicis laesionibus, et quidem sub gravissima forma, ad functionem quod attinet, non autem ad vitam. Incassum eurationibus omnibus cedentibus, quas ab anno .1903 adhibuerat, Lapurdum bis accessit, sed cum ne secunda quidem vice, Maio mense ineuntis anni 1931 sanationem a B. Virgine obtinuisset, antequam Lapurdo proficisceretur, Eamdem sic est deprecata. « Quoniam hic, Lapurdi, sanata non sum, da saltem ob religionem, qua erga B. Ioannem Bosco teneor, ipse meam sanationem Taurini valeat obtinere ». Evidens est tum Beati invocatio tum in generalem B. Mariae Virginis mediationem fiducia. E Gallia redux, dum in iisdem versabatur conditionibus, die 6 Maii ad taurinensem B. Mariae Virginis Christianorum Auxiliatricis Basilicam accedit: a sorore et ab auriga adiuta de curru descendit, in templum ingreditur, et contra urnam, B. Ioannis corpus continentem, sedet et orat. Paulo autem post per viginti circiter horae momenta genuflexa manet. Surgit, ad altare Beatae Virginis accedit, iterum genua nectit. Tunc, veluti in se reversa, sanatam se agnoscit; nullo adiuvante libere exinde, omnibus stupentibus qui eam gradiendi impo- x t entern noverant, ambulat, currus et scalas ascendit et inde descendit non amplius impedita. Sanatio usque adhuc perseverat, ut tres periti physici testantur. Miraculum curantes medici, testes omnes et periti ab H. S. C. ex officio deputati conclamante

De his itaque sanationibus secunda vice, in Praeparatoria Congregatione coram Emis Cardinalibus disceptatum est die 25 elapsi mensis Iulii: demum die 14 mensis huius in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XI, in qua Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur,* **Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum quisque**

pandidere suffragium. Beatissimus vero Pater, intento animo iis exceptis,, aliquantisper cunctandum duxit, a Deo lumen imploraturus.

Diem autem hanc 19 Novembris mensis anno 1933, Dominicam XXIV post Pentecosten selegit, ut suam panderet sententiam. Quapropter Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem meque infrascriptum Secretarium arcessiri mandavit, iisque adstantibus, pronunciavit: *Constare de duobus miraculis, Beato Ioanne Bosco intercedente, a Deo patratis:* **nempe:** *De instantánea perfectaque sanatione tum Annae Maccolini a gravi phlébite in artu sinistro; tum Catharinae Pilenga natae Lanfranchi a gravi morbo arthritico chronico in genibus et pedibus.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 19 Novembris anno Domini 1933.

C. Card. LATJBENTI, *Praefectus,*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius»*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DUBIUM

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit:

An indulgentiae, invocationibus et precibus sic dictis iaculatoriis adnexae, acquiri possint, ceteris paribus, a fidelibus quibuslibet etiam per mentalem tantum earum recitationem?

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica die 17 Novembris 1933 respondendum censuit: *Affirmative.*

Facta autem de hoc relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XI in audientia habita ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 1 vertentis mensis, Sanctitas Sua resolutionem approbavit, confirmavit *et* **publicandam permisit.**

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 7 Decembris 1933.

L. **Card.** LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ® S.

S. Teodori, *Secretarius.*

II

DECRETUM

INDULGENTIIS DITATUR DIES ROMANO PONTIFICI SACER

Iamdudum in pluribus catholici orbis partibus laudabiliter mos exstat ut singulis annis, plerumque iuxta anniversarium festum electionis vel coronationis Summi Pontificis, peculiaris dies statuatur, sive ad solemniter celebrandas Romani Pontificatus laudes, eiusque innumera beneficia

recolenda, in totum mundum hactenus derivata, sive ad gratias Deo persolvendas oh incolumitatem vitae Supremi Ecclesiae Moderatoris, simulque ad necessarium auxilium, ab eodem bonorum omnium Largitore impetrandum, pro regenda Ecclesia, tot difficultatibus obnoxia.

Quapropter procul dubio decebat, ut christifideles, tam pium obsequium ac sincerum amorem erga Sedem* Apostolicam ostendentes, quando praefato Festo die sacris functionibus intersunt, aliquam haurirent remunerationem e spirituali illo thesauro, quem Ecclesia possidet et cuius Romanus Pontifex est Supremus Administrator.

Ssmus igitur D. N. Pius, divina Providentia Pp. XI, paterna benevolentia preces excipiens ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore, ad salutarem ac memoratum finem porrectas, in audientia eidem concessa die 15 vertentis mensis, indulgentiam *plenariam* singulis fidelibus concedere dignatus est, qui, rite confessi ac sacra Synaxi refecti, eodem Festo die saltem uni e supradictis functionibus religiosis interfuerint, atque ad mentem eiusdem Summi Pontificis oraverint: partialem vero indulgentiam decem annorum, iis omnibus, qui devote et saltem corde contrito pariter interfuerint uni e dictis functionibus, ad Summi Pontificis intentionem exorantes.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Litterarum Apostolicarum expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 29 Decembris 1933.

L. Card. LATTEI, *Paenitentiarius Maior.*

L. $ S.

•I. Teodori, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI -

Martedì, 28 Novembre 1933, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'Augusta presenza del Santo Padre, ha avuto luogo la Congregazione *Generale* della Sacra Congregazione dei Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, componenti la stessa Saera Congregazione, hanno discusso e dato il voto sul *tuto* per la solenne Canonizzazione del Beato Giovanni Bosco, fondatore della Società Salesiana e delle Figlie di Maria Ausiliatrice, nonché sul martirio e causa del martirio dei Servi di Dio Rocco Gonzalez de Santa Cruz, Alfonso Rodríguez e Giovanni del Castillo, sacerdoti della Compagnia di Gesù, uccisi, come si asserisce, in odio alla fede.

Martedì, 13 Dicembre 1933, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Canonizzazione del Beato Giuseppe Benedetto Gottolengo, Fondatore della Piccola Gasa della Divina Provvidenza e Canonico della Collegiata del Corpus Domini in Torino, ha avuto luogo la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Riti, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi componenti la stessa Sacra Congregazione dei Riti, per discutere su due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione del suddetto Beato, e che vengono proposti per la di lui solenne Canonizzazione.

Venerdì, 22 Dicembre 1933, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessando Verde, Relatore della Causa di Canonizzazione del Beato Corrado da Parzham, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Antipreparatoria* con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi facenti parte della medesima, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del suddetto Beato, e che vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 2 Gennaio 1934, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret, Arcivescovo titolare di Traianopoli e fondatore della Congregazione dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuore di Maria, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Antipreparatoria* con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dello stesso Ven. Servo di Dio, e che vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Coa Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

29 Novembre 1933. Monsig. Valentino Nalio, della Pia Società del Beato Giovanni Bosco, *Consultore della Sacra Congregazione degli AA. EE. SS.*

3 Dicembre » Le Loro Eccellenze Revme Monsig. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosia, Monsig. Bartolomeo Cattaneo, Arcivescovo tit. di Palmira, *Consultori della Sacra Congregazione « de Propaganda Fide ».*

15 » » S. E. Revma Monsig. Giuseppe Cesarlo ïf*Membro de Ila Pont. Commissione per la Russia.*

16 » » S. E. Revma Mons. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosia; S. E. Revma Mons. Mario Besson, Vescovo di Losaana, Ginevra e Friburgo; l'Illmo e Revmo Mons. Giovanni Teodori; l'Illmo e Revmo Mons. Alberto Canestri, *Consultori della Sacra Congregazione Orientale.*

4 Gennaio 1934 gli Emi e Revmi Sigaori Cardiaali Pietro Segura y Saenz e Angelo Maria Dolci, *Membri della Sacra Congregazione Ceremoniale.*

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

13 Aprile 1933 Monsig. Stefano Gojdics, dell'Amministrazione Apostolica. di Eperies.

» » » Monsig. Eugenio Dobò, della medesima Amministrazione Apostolica.

12 Ottobre » Monsig. Gaetaao Colajacomo, della diocesi di Segni.

» » » Monsig. Filippo Marini dell'archidiocesi di Fermo.

» » » Monsig. Alfredo Bonelli, dell'archidiocesi di Gaeta.

» » » Monsig. Adolfo De Vio, della medesima archidiocesi.

9 Novembre » Monsig. Enrico üe Hausen, della diocesi di Bamberga.

» » » Monsig. Andrea Boschetti, dell'Ammiaistrazioae Apostolica io Uzhorod.

» » » Moasig. Alessaadro Kaauer, della medesima Amministrazione Apostolica.

» » » Monsig. Carlo Skowronski, della diocesi di Warmia.

16 » » Monsig. Giovanni Schütz, della diocesi di Treviri.

16 Novembre 1933	Monsig. Nicola Irsch, della medesima diocesi.
» » »	Monsig. Carlo Hirsch, dell'archidiocesi di Vienna.
» » »	Monsig. Luigi Schattenholzer, della diocesi di S. Ippolito.
». » »	Monsig. Paolo Meyer, della diocesi di Basilea.
» » »	Monsig. Giuseppe Sollini (Roma).
23 » »	Monsig. Venceslao Pfibek della diocesi di Budejovice.
» » »	Monsig. Venceslao Repa, della medesima diocesi.
» » »	Monsig. Giovanni Roubal, della medesima diocesi.
». » »	Monsig. Ludovico Matousu, della medesima diocesi.
»• » »	Monsig. Agostino Dokupil, della diocesi di Neosolio.
» » »	Monsig. Daniele Briedon, della medesima diocesi.
»• » »	Monsig. Garlo Leone Rehák, dell'archidiocesi di Praga.
30 » »	Monsig. Ignazio Majewski, della diocesi di Vladislavia.
» » »	Monsig. Ladislao Kuc, della diocesi di Tarnovia.
» » »	Monsig. Giuseppe Ghrzaszcz, della medesima diocesi.
29 Dicembre »	Monsig. Giuseppe Rossi (Roma).

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa:

9 Novembre 1933	N. U. Giuseppe Antonio De Szczuka, della diocesi di Lomza.
.21 » »	Barone Carlo Maria von Elverfeldt, della diocesi di Berlino.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S. :

12 Ottobre 1933	Monsig. Pio Ramaggi, della diocesi di Segni.
». » »	Monsig. Angelo Gentilezza, della medesima diocesi.
2 Novembre »	Monsig. Giuseppe Magin, della diocesi di Spira,
»• » »	Monsig. Felice Zalewski, della diocesi di Pinsk.
16 » »	Monsig. Romano Lechner, della diocesi di S. Ippolito.
»• » »	Monsig. Emilio Beichel, della medesima diocesi.
» •» »	Monsig. Filippo Hofer, dell'archidiocesi di Vienna.
» » »	Monsig. Giovanni Schummer, della diocesi di Aquisgrana.
30 » »	Monsig. Federico Brand, della medesima diocesi.
»• » »	Monsig. Pietro Kotarski, della diocesi di Vladislavia.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

.27 Luglio 1933	Sig. Camillo Pourbal, della diocesi di Luceoria.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

30 Novembre 1933	Monsig. Giorgio Sommer, della diocesi di Spira.

NECROLOGIO

4 Ottobre 1933. **Monsig. Guglielmo Agostino Hickey, Vescovo di Providence.**
21 Novembre » **Monsig. Damiano Granglon, Vescovo tit. di Utina.**
29 » » **Monsig. Garlo Fernandez da Silva Tavora, Vescovo di Caratiliga.**
30 » » **Monsig. Luigi Niella, Vescovo di Corrientes.**
1 Dicembre » **Monsig. Giovanni Beda Cardinale, Arcivescovo tit. di Chersona, Nunzio Apostolico in Portogallo.**
5 » » **Monsig. Antonio M. lannotta, Vescovo di Aquino, Sora e Pontecorvo.**
8 » » **Monsig. Giuseppe Chartrand, Vescovo di Indianapolis.**
9 » » **Monsig. Giuseppe Kessler, Vescovo tit. di Bosporo.**

Annus XXVI - Ser. II 1 Februarii 1934 Toi. I - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. xi

m SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATAE IOANNAE ANTIDAE THOTJEET, VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA DIE XIV MENSIS IANUARII, ANNO SACRO MDCCCCXXXIV PERACTA-

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Vincentium Sacconi a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, Rmus D. Antonius Bocci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. - Non nna de cansa exoptat Beatissimus Pater perorationi vestrae concedere, atque adeo Beatam Ioannam Antidam Thouret, virginem, summis religionis honoribus decorare. Eius siquidem praecellens in omni genere virtus, mirabilium rerum fulgore a Deo comprobata, id ab eo profecto postulat, cui divinitus in terris datur sanctitatis iudicem esse, adsertorem, vindicem. Praeterea, cum annus humanae Redemptionis memoriae sacer tot afferat christianae perfectionis adipiscendae opportunitates, non id desiderari consentaneum est, quod ad hanc eamdem perfectionem assequendam maximum videtur invitamentum atque exemplum: praeclaram nempe morum sanctimoniam, quae in. nostrorum heroum vita praefulget, in totius orbis luce collocari. Ac nostis etiam in quae tempora inciderimus: nec pauca, nec levia discrimina in praesentia conquerimur; maiora in posterum formidamus. Cum igitur humanae opes necessitatibus impares videantur, caelestibus deprecatoribus atque patronis magis cotidie magisque indigemus. Quibus quidem deprecatoribus atque

patronis etsi percupit Sanctitas Sua Beatam Ioannam Antidam Thouret inserere eamque omnibus ad imitandum proponere, vult tamen ut, servato omnibus in rebus Apostolicae Sedis .instituto ac more, antequam causam rite decernat, caelitum chori ad impetrandam sibi superni luminis copiam usitatis supplicationibus implorentur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:* *

IL - Quod instantius, pro munere vestro, postulastis, quod caelestium agmina, a nobis omnibus implorata, in supernis sedibus praestolantur, id Augustus Pontifex ad rem deducere paratus est. Oportet tamen ut antea « Spiritus sapientiae et intellectus » per translation hymni concentus ab omnibus invocetur.

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit : quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

III. - Oculos animosque erigite omnes. Summus Pontifex iam in eo est ut decretoriam ferat eamque immutabilem sententiam suam. Assueta triumphis laetetur Ecclesia; inferi contremiscant ab insonti virgine devicti; caelestes in supernis sedibus quod Petrus, adhuc vivens, decreturus est, ratum confirmatumque habeant.

Tum vero Ssmus Dnus Noster, sedens, ex Cathedra Divi Petri sollemniter pronunciavit :

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei catholicae et christianae Eeligionis augmentum auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam **IOANNAM ANTIDAM THOURET SANCTAM** esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die XXIV Augusti, inter Sanctas Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Palßtris et Figgili et Spiritus**£g** Sancti.

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

« Omnia possum in eo qui me confortât » . [1] Pulcherrima haec Apostoli gentium sententia memoriae Nostrae succurrit, cum fortia praeclaraque rerum gesta mente repetimus, quibus vita honestatur Ioannae Antidae Thouret, quam nuper, non sine maximo animi Nostri gaudio, in sanctarum virginum numerum sollemni ritu rettulimus. Ea etenim fuit virili fortitudine praedita, ut ipsamet aperte profìteretur « se omnia prorsus perficere posse, quidquid a Deo praeceptum cognovisset, eius quidem virtute subnixa, etiamsi oporteret ad fines orbis terrarum contendere ». Verumtamen qua erat pari animi demissione, haec adiicere sollemne habebat « non opitulante Deo, non aspirante caelestis gratiae flamine, nihil omnino se posse ». Haec profecto singularis animi strenuitas, cum evangelica humilitate coniuncta, si in totius enituit mortalis suae vitae cursu, at tum potissimum eluxit cum, grassante per Galliam gravissima illa rerum commutatione, quae humana divinaque iura permiscebat, ad publicos deducta magistratus, ab iisdemque idcirco in crimen vocata, quod iniustis Reipublicae legibus non obtemperaret, impavide fìrmissimeque respondit. Quibus in diifìcillimis rerum adiunctis, ex divina illa Iesu Christi pollicitatione vim profecto hauriebat certitudinemque: « Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis » . [2] Atque spes non deficiens animique tutissima tranquillitas ex alia Redemptoris nostri sententia eidem procul dubio oriebatur: « Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint

[1] ***puivp.*, iv , *n*.**

[2] MATT., X, 19-20.

omne malum adversum vos, mentientes, propter me: gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cselo».[1]

Quae magnanima firmitas atque fortitudo, christiana fide caritateque roborata, haud minus in Ioanna Antida Thouret tum excelluit, cum funestum illud discidium in religiosarum sororum Congregatione ab ipsamet condita erupit, tectaque honoris cupiditate conflatum est. Hac enim in lamentabili rerum iactura, hoc in invidiae aestu simultatisque, eam cernere erat sapientissimas normas responsionesque edere, invicto animo difficultatibus obsistere, veritati servire, caritati instare, curis laboribusque numquam parcere. Quodsi interdum humanae opes desiderabantur, divina tamen auxilia atque solacia, perpetuis precibus impetrata, numquam deerant. Videris enim eam, quotiens vel in semet ipsam, vel in religiosam familiam suam novum ingrueret periculum, ad Deum fidenti animo confugere, eidemque se suaque omnia concredere. Ac praesertim in divinam Eucharistiam, quae eidem «f rumeni um electorum» fuit «et vinum germinans virgines », [2] in almam Dei Matrem, inque caelestes Congregationis suae Patronos flagranti ferebatur caritate.

Quid igitur mirum, si tot ei licuit discrimina superare, exsntlarè labores diffìcultatesque evincere? Quid mirum, si citatiore cotidie gradu ad sanctissima ac perfectissima quaeque contendere enitebatur^ Cum enim animus ad superna consurgit ac divina gratia alitur, nullius veluti negotii est adversa perpeti, praeclaraqiie edere facinora.

Iamvero Nos, venerabiles fratres ac dilecti filii, nostris praesertim temporibus novum hoc sanctitatis decus atque exemplum ad colendum, ad imitandum proponere maximopere consentaneum putamus. Hodie enim, si umquam alias, cum tantae rerum angustiae undique premant, ad strenuam eiusmodi animi fortitudinem eniti eaque muniri, nobis omnibus pernecesse est. Praesentibus malis procul dubio nullum aliud occurrit par remedium, nisi christiana virtus enixis precibus impetranda,

[1] MATT., V, 11-12.

[2] ZACH., IX, 17.

catholica fide alenda, divinaque adaugenda caritate. Ioanna Antida Thouret, ut in mirabilis suae vitae decursu haec omnia praestitit, ita nobis in praesens, de caelo arridens, ad hoc evangelicae perfectionis culmen assequendum omnes invitat suaque voce allicit. Eius igitur vocem libentes volentesque audiamus: ita quidem ut « quam solemni veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur; quam beatissimam praedicamus, ad eius beatitudinem tota aviditate curramus; cuius delectamur praeconiis, eius patrociniis sublevemur»,[1] ut cum ea aliquando regnare possimus per infinita saecula saeculorum. Amen.

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMI PUB LI CUM

Die XV mensis Ianuarii MDCCCCXXXIV, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium semipublicum* **de canonizatione Beatorum Ioannis Bosco et Pompilii M. Pirrotti a S. Nicolao Confessorum itemque Beatarum Michaelae ab Augusto Sacramento virginis et Ludovicae de Manilae viduae.**

Huic consultationi Beatissimus Pater hisce verbis initium dedit.

VENERABILES FRATRES

Tametsi certum omnino est, ex immutabili Iesu Christi pollicitatione, ubi de rebus fidei ac morum causa agatur, praesentissimum Nobis, utpote Apostolorum Principis successori, ad praecavendos errores auxilium numquam deesse, voluimus tamen, cum de Beatis Confessoribus Ioanne Bosco ac Pompilio Maria Pirrotti, itemque de Beatis Michaela ab Augusto Sacramento virgine et Ludovica de Marillac vidua ad Sanctorum caelitum

[1] **Cfr. S. BERN. AB.** - Serai. **11 de Festo Orna. SS.**

honores evehendis consultantur, rem totam ea, qua par erat, iudiciorum severitate pertractari.

Itaque huiusmodi negotium Supremo Consilio demandavimus sacris ritibus tuendis, quod causam omni ex parte pervestigaret, suamque sententiam Nobis probandam deferret. Id quidem, ut nostis, superiore tempore quam diligentissime factum est. Habita praeterea sunt Consistoria duo: alterum secretum, publicum alterum; atque omnia ex Apostolicae Sedis instituto ac more peracta. Iam nunc nihil aliud reliquum est, nisi ut, hoc in amplissimo consessu, vos omnes rogemus ut lumen quoque prudentiae vestrae, ad gravissimi huius incepti definitionem, menti Nostrae porrigatis. Hac ducti ratione iussimus legitima singulorum Beatorum vel Beatarum commentaria unicuique vestrum reddi; ex quibus uberiorem certioremque notitiam haurire possetis. Ne gravemini igitur, venerabiles fratres, alius ex alio, prout vestrae postulat dignitatis gradus, mentem vestram religiose Nobis aperire.

Exceptis vero adstantium suffragiis, Beatissimus Pater haec addidit:

Ex mirabili huiusmodi suffragiorum vestrorum consensione haud mediocri Nos laetitia afficimur; eo vel magis quod Nobis licet totius catholici orbis explere vota, atque novis, per huius Anni Sancti decursum, deprecatoribus ac patronis militantem Ecclesiam donare. Nobis igitur decretum est hos caelites summis sanctitudinis honoribus decorare; atque adeo sollemnes id genus ritus, eo quo decet apparatu ac pompa, in Vaticana Basilica peragere. Ut vero tempus de more praefiniamus cuique caerimoniae debitum, canonizationi Beatae Michaelae ab Augusto Sacramento diem IV proximi mensis Martii dicimus ac statuimus; Beatae vero Ludovicae de Marillac diem XI eiusdem mensis; Beati confessoris Pompilii Mariae Pirrotti diem eiusdem mensis undevicesimum; ac denique Beati Ioannis Bosco confessoris consecrationi diem primum condicimus ac decernimus proximi mensis Aprilis, sollemnia scilicet Resurrectionis D. N. Iesu Christi. — Atque interea vos omnes, quotquot adestis, enixe in Domino

adhortamur ut, ad rem fauste feliciterque exsequendam, caelestem Nobis opem precibus conciliare ne desistatis.

Tum R. P. D. Carolus Respighi, Praefectus Apostolicarum Caerimoniarum, absente Procuratore fiscali Camerae Apostolicae, Protonotarios Apostolicos praesentes consueta formula rogavit ut de actis in Consistorio semipublico, instrumentum confluerent ad perpetuam rei memoriam.

Et R. P. D. Dominicus Iorio, ex Protonotariis Apostolicis adstantibus senior, idem spopondit, dicens « Conficiemus », conversusque ad Cubicularios de numero Participantium qui erant circa Solium, eosque appellans, prosecutus est « Vobis testibus ».

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CARTHAGINENSIS IN INDIIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS NOVAE DIOECESIS BARRANQUILLENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maxime quidem iuvat ad christianam plebem uberius pascendam faciliusque gubernandam recta Ecclesiarum circumscriptio; quarum territorium si nimis pateat, in partes dividi et novas exinde ab Apostolica Sede dioeceses erigi oportet, prout id iuxta locorum temporumque adiuncta in Domino opportunum censeatur. Cum itaque ad melius consulendum spirituali christifidelium regimini in Columbianae Reipublicae regione *Atlàntico* **nuncupata commorantium, quae latissimae archidioecesi Carthaginensi in Indiis pertinet, valde expedire visum sit ut nova ibi erigatur dioecesis, Nos ad id absque mora deveniendum duximus. Quapropter, praehabito tum venerabilis fratris Pauli Giobbe, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Thebaide et in Columbiana Republica Apostolici Nuntii, tum Carthaginensis archidioecesis Ordinarii favorabili voto, atque suppleto quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, ea quae sequuntur Apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus.**

I. Ab archidioecesis Carthaginensis in Indiis territorio, in Columbiana Republica, universam quam memoravimus regionem *'Atlántico* **avelhmus et separamus atque ex ea novam ac distinctam erigimus dioecesim** *Barranquillensem* **nuncupandam ab urbe** *Barranquilla,* **in qua episcopalem sedem constituimus et cui propterea omnia concedimus iura, honores et praerogativas episcopalibus civitatibus propria.**

II. Huius novae dioecesis Episcopi cathedram in paroeciali ecclesia Deo in honorem S. Nicolai a Tolentino dicata figimus; eamque propterea ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus, donec nova aedificetur cathedralis ecclesia; eidemque interim eiusque pro tempore Episcopis omnia concedimus honores insignia, favores et privilegia, quibus aliae cathedrales ecclesiae earumque Antistites ex iure communi vel legitima consuetudine in America meridionali fruuntur, ac ipsis onera omnia et obligationes imponimus quibus cathedrales ecclesiae earumque Episcopi adstringuntur.

III. Ipsam vero cathedralem Ecclesiam Barranquillensem metropolitanae Ecclesiae Carthaginensi in Indiis sufixaganeam constituimus; eiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico Archiepiscopi Carthaginensis subiicimus.

IV. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus canonicorum Capitulum in nova hac dioecesi modo instituatur, indulgemus ut pro canonicorum Capitulo Consultores dioecesani iuxta can. 423 et seqq. Codicis iuris canonici interim eligantur.

V. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, in Barranquillensi dioecesi saltem parvum Seminarium iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas erigatur. Interea vero iuvenes ad statum ecclesiasticum vocati ad Seminarium archidioecesanum Carthaginensem in Indiis mittantur, itemque ab hac quoque nova dioecesi, eiusque sumptibus alendi, bini delecti iuvenes, aut modo saltem unus, in Seminarium Pium Latinum de Urbe non intermissa vice mittantur, ut sub fere oculis Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur.

VI. Quod autem attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut, simul ac huius dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici omnes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant.

VII. Volumus insuper ut documenta omnia et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt, quam primum fieri poterit, a cancellaria archidioe-

cesis Carthaginensis, a qua Barranquiliensis originem trahit, huius dioecesis cancellariae tradantur, ut in eius archivo serventur.

VIII. Episcopalem mensam novae huius dioecesis, praeter Curiae emolumenta, cetera bona constituent, quae ad hunc finem destinata erunt.

IX. Nobis denique et Apostolicae Sedi facultatem reservamus novam ineundi circumscriptionem dioecesis istius, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem fratrem Paulum Giobbe, Archiepiscopum Ptolemaidensem in Thebaide, in Republica Columbiana Nuntium Apostohcum deputamus; eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et controversias dirimendi in exsecutionis actu forsan orituras; eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis computandos authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis actorum. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae statuta sunt, infringere vel contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit,

indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo secundo, die septima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno undecimo.

Fr. ANDREAS Card. FRÜHWIRTH *S. B. E. Cancellarius*

Fr. RAPHAËL G. Card. ROSSI *S. C. Consistorialis a Secretis.*

Ioseph Wilpert, *Becanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XLVI, n. 28. **- M. Riggi.**

II

ABBATIAE «NULLIUS» S. MAURITII AGAUNENSIS

FINIUM DELIMITATIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis cura omnium Ecclesiarum, Supremo Pastori divinitus commissa, ad ea quoque protenditur, quae circumscriptiones ecclesiasticas respiciunt illudque hac in re postulat ut unicuique dioecesi, praelaturae vel abbatiae *nullius* **proprii ac determinati assignentur limites, quo tutius iurisdictionis ordo servetur commodiusque christifidelium gubernationi consulatur. Cum autem pervetusta abbatia** *nullius* **S. Mauritii Agaunensis sui territorii fines usque nunc haud omnino definitos ac distinctos habuisset, adeo ut quoad nonnullas eiusdem territorii partes ambigeretur utrum ad abbatiam ipsam an potius ad finitimam dioecesim Sedunensem pertinerent, Nos precibus ab utroque Ordinario Sedunensi et Agaunensi ad id oblatis annuentes, ad dubia nec non discrepantias et offendicula quaeque sive in iurisdictionis exercitio sive in quibuslibet ecclesiasticis negotiis tractandis inde scatentia plane auferenda, opportunum duximus memoratam abbatiam pressius circumscribendam. Quapropter, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, ac praehabito voto venerabilis fratris Petri De Maria, Archiepiscopi Iconiensis, ac Nuntii Apostolici in Helvetia, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, haec quae sequuntur Apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus.**

Territorium proprium abbatiae *nullius* **S. Mauritii Agaunensis posthac comprehendat monasterium Agaunense cum adnexo collegio, inclusis tum monasterii tum collegii propriis septis, et cum oratorio Dominae Nostrae de Saxo; item domum Sororum Sancti Mauritii de** *Verolliez* **cum sacello SS. Martyrum de** *VeroUiez,* **nec non orphanotrophio et senum hospitio; atque insuper paroecias de** *Gho'èco, Lavey-Mordes, Vernayaz, Salvan, Pinhaut,* **quarum fines iidem erunt ac limites sui cuiusque municipii civilis. Eadem praeterea abbatia quinque retinebit paroecias regulares seu pleno iure unitas, quarum territorium ad dioecesim Sedunensem pertinet, videlicet: paroeciam** *S. Sigismundi* **cum cappella hospitii S. Iacobi, et paroecias de** *Verossaz, Gollonges, Fvionnaz, Aigle-Leysin,* **quarum canonica provisio ad iuris communis normam fiet.**

Eebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus quem supra memoravimus venerabilem fratrem Nuntium Apostolicum in Helvetia eidemque propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, facto onere ad Sacram Congregationem Consistorialem peractae exsecutionis actorum exemplar intra sex menses ab bis Litteris datis computandos transmittendi. Volumus denique ut hae Litterae Nostrae duplici originali exarentur, earumque transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus et decrevimus ea omnia rata firmaque permanere auctoritate Nostra volumus ac iubemus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus. Nemini vero ullo umquam tempore hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die decimaprima mensis Octobris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. THOMAS PIUS Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
a Secretis S. C. Consistorialis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus,*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XLVII1, n. 69. - G. **Stara Tedde.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

AD EMUM P. D. CAIETANUM SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE PRESBYTERUM CARDINALEM BISLETI TITULO SANCTAE AGATHAE GOTHORUM, QUEM DEPUTAT AD VICE SACRA DEDICANDUM SEMINARIUM REGIONALE BENEVENTANUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Paterno animo benignoque ab ipso quidem Pontificatus Nostri exordio Seminaria ceteraque omnia studiorum Instituta respeximus, in quibus iuvenes clerici, qui in spem Ecclesiae succrescant, ad apostolicum munus, ad quod divino quasi afflatu vocantur, se apte praeparant, ita ut possint aliquando ad mundum reversi, praesertim hoc saeculo errorum pleno, modis opportunis ac strenue rem christianam tueri et defendere. At huiusmodi inter Instituta hac in re praecipue spem bonam faciunt et consolationem Nobis adhibent non mediocrem Seminaria illa, quae, cum in singularem ecclesiasticarum regionum provinciarumve utilitatem sint constituta, plurium dioecesium simul iuvenibus educandis clericis efformandisque inserviunt. In eis enim facilius in studiorum curriculo iuvenes versantur validis doctoribus auxiliisque adiuti; neque solum ipsi quidem ad pietatem excoluntur, sed doctrinam quoque quam maxime idoneam et temporibus accommodatam apte addiscunt. Nos propterea « id instituti genus in quo sapientia aeque ac munificentia Decessorum Nostrorum Pii Pp. X et Benedicti Pp. XV spectata est » (Litt. pont. *Officiorum omnium)* **non modo sartum tectum servare, sed etiam quantum est in Nobis omni ope in maius provehere volumus. Ideoque cum plura ex huiusmodi regionalibus Seminariis, quae Decessores ipsi Nostri exstruenda curavere, aliquot post annos ab eorundem erectione minus apta videantur ad eos omnes excipiendos, qui eadem debent iuxta statutas leges celebrare, immo sint plane insufficientia; Nos, quibus totius Ecclesiae regimen incumbit atque onus praesertim advigilandi ut sacri operarii, numero pariter ac scientia et sanctitate satis praediti, in messem Domini sine intermissione mittantur, de hac re statuimus quam primum providendum; et revera iam variis in locis novas atque opportunas aedes, quae plane responderent ad sanctum finem, quem rec. mem. Decessores Nostri supra laudat! sibi proposuere, erigendas mandavimus atque efficimus. Nil mirum itaque si multarum etiam Beneventanae provinciae ecclesiasticae dioecesium necessitates hac in magni momenti re probe noscentes**

aliud proprium regionis Beneventanae Seminarium Maius constituere voluimus, illudque in civitate Beneventana, historicis sacris memoriis celeberrima, exaedificari iussimus, clericis e tota provincia ecclesiastica excipiendis. Ex eadem enim provincia clerici in philosophicas ac theologicas disciplinas incumbentes usque adhuc bipartiti vel in Seminarium Regionale Campanum Neapoli ad Pausylipon erectum, vel in Seminarium Regionale Aprutinum Theatina in civitate exstans, ab Episcopis suis mittebantur. Nam Decessor Noster Pius Pp. X ita iam suo tempore constituerat, manentibus tamen integris in urbe Beneventana illius archidioecesis tum maiore tum minore Seminario. Verum ob mirabiles vocationum ecclesiasticarum progressus duo regionis Campanae atque Aprutinae Seminaria nunc procul dubio vix sufficiunt tironibus propriae regionis suscipiendis. Cum igitur res maxime urgeat, et novum aedificium Beneventanum aere Nostro exstructum nunc tandem expletum sit ac paratum ad trecentos circiter alumnos e tota provincia ecclesiastica Beneventana excipiendos, illud hoc anno, ob decimi noni saecularis anniversarii celebrationem a salutifera Redemptione nostra Iubilaei sacro, sollemniter inaugurandum censemus. Quapropter, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, hisce Litteris apostolicis Nostraque auctoritate, ipsa in nova aede, Beneventanae urbis in loco quem vocant ab Angelo et S. Felice exaedificata, ex nunc Seminarium Regionale Beneventanum a Nostro Nomine nuncupandam, et sub protectione tam S. Aloisii quam Sanctae Theresiae a Puero Iesu a Nobis ipsis positum, canonice erigimus et constituimus. Nobis autem ius servamus leges quamprimum statuendi, quibus Seminarium illud regionale, nunc canonice erectum, sub moderamine Sacrae Congregationis de Seminariis ac Studiorum Universitatibus ad tenorem can. 1357 Codicis iuris canonici regendum sit. Nos idcirco, cum de re agatur, quae Nobis quidem valde cordi est, ut publice quoque significemus magnam erga Institutum ipsum benevolentiam Nostram, illud, quasi Nosmetipsi praesentes adstemus, profecto dedicari volumus. Te igitur, dilecte fili Noster, cuius est munus moderandi Sacram de Seminariis deque Studiorum Universitatibus Congregationem, hisce Litteris Nostris eligimus ut hac in re personam Nostram geras, Nostroque nomine eiusdem Seminarii regionalis Beneventani sollemnem dedicationis ritum concelebres; ita plane liquebit quanti Nos rem istam faciamus, quamque inde exspectemus ubertatem fructuum cum magnis earumdem regionis Beneventanae dioecesium bono atque utilitate. Hac spe freti, in caelestium munerum auspicium, quae in hanc causam copiosissima a Deo precamur, itemque in publicum paterni animi Nostri luculentumque testimonium, apostolicam benedictionem tibi, •dilecte fili Noster, singulis quoque provinciae ecclesiasticae Beneventanae

Episcopis, nec non doctoribus alumnisque novi Seminarii Regionalis amantissime in Domino impertimur.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Octobris anno MDCCCCXXxm, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

AD EMUM P. D. CAIETANUM. SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE PRESBYTERUM CARDINALEM BISLETI, TITULO S. AGATHAE GOTHORUM, QUEM DELEGAT AD INAUGURANDUM VICE SACRA SEMINARIUM REGIONALE SALERNITANUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Vixdum, imperscrutabili divinae Providentiae consilio, in hac veritatis Cathedra, in qua Nobis incumbunt totius Ecclesiae curae, conlocati fuimus, omnes subito Nostras cogitationes in ea contulimus ecclesiastica Instituta, in quibus succrescentes in spem Ecclesiae iuvenes clerici habent quo apte planeque excolant animum atque ingenium, ac vivae quidem ipsi facti imagines Iesu Christi, ad muneris administrorum Domini perfunctionem ac dispensationem mysteriorum Dei sese perfecte praeparent. Quod si paternum animum Nostrum ad ea omnia huiusmodi Instituta ab exordio usque Pontificatus Nostri rettulimus, multo vehementius benigniusque illa praesertim Seminaria respeximus, quae, cum in singulare regionum commodum sint condita, plurium dioecesium simul instituendis clericis inserviunt; in iisdem quidem, ut tibi alias, dilecte fili Noster, scripsimus, « sapientia aeque ac munificentia Decessorum Nostrorum rec. mem. Pii Pp. X et Benedicti Pp. XV spectata est » (Litt. Pont. *Officiorum ommum).* **Permagno yero cordis Nostri gaudio Seminariorum horum progressus miramur, qui in omnibus sane fiunt, sed praecipue ita in numero eorum, qui ecclesiasticam postulant militiam, ut iam iam tyrones quasi extrudantur ab ipsamet angustia loci, qui propterea minime appositus est ad omnes excipiendos; plura enim ex aedificiis quae Decessores Nostri supra memorati exaedificanda curarunt, quamvis tum temporis satis idonea et ampla, nunc revera non sufficientia videntur. Qua propter Nos, qui «id instituti genus cum sartum et tectum servare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope provehere »** *{Offic, omnium,* **ut supra), de hac re constituimus providendum, sive aedes quae exstiterant ampliando, sive alia e novo aedificia exstruendo, quae plane responderent ad finem, quem Instituta eadem sibi**

proponunt. Hac igitur de causa cum Campanum quoque Seminarium Regionale, Neapoli, ad Pausilypon erectum, modo clericis excipiendis e dioecesibus Campaniae vix sufficeret, propterea que alumni sive e regione Salernitana sive e Lucania aptam sedem amplius non haberent, in qua pietati pariter ac philosophicis-theologicis disciphnis daretur opera, sicut decet, novum aliud Seminarium Maius pro iisdem e Salernitana aut e Lucana regione dioecesibus exaedifieaudum statuimus et mandavimus. Idem vero aedificium, sumptibus Nostris exstructum, in loco *Cupa Cupeti* **quam vocant, civitatis Salernitanae, illius nempe regionis quam religiosa ac civilia gesta, sed sacrae memoriae praesertim illustrant tum Apostoli Sancti Matthaei, tum Summi Pontificis Decessoris Nostri Sancti Gregorii septimi, iam nunc feliciter perfectum est, ac promptum paratumque ad plus quam quadringentos alumnos recipiendos; ideoque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, hisce Litteris Apostolicis Nostraque auctoritate, ipso in aedificio ex nunc Seminarium regionale Salernitanum, a Nostro nomine nuncupandum et sub caelesti protectione Beatae Mariae Virginis ab Angelo salutatae a Nobis ipsis declaratum, canonice erigimus et constituimus, illudque presbyterorum e clero saeculari curis in Domino committimus. Nos autem cum sedulo argumentemur quantum boni utilitatisque ex eodem novo Instituto sit operandum, et publice quoque significemus magnam erga idem Nobis carissimum opus benevolentiam Nostram, ipsum dedicari volumus, quasi Nosmetipsi praesentes adstemus. Quare, te, dilecte fili Noster, emus est in primis ea omnia moderari quae ad Seminaria atque ad Studiorum Universitates spectant, hisce Litteris Nostris eligimus et constituimus ut personam Nostram hac in re sustinens, Nostroque nomine Seminarii regionalis Salernitani sollemnem dedicationis ritum concelebres. Ac fore confidimus, ut ex ipso novo Salernitano caenaculo sacrorum alumni aliquando prodeant magno pro Dei gloria et salute animorum ardore succensi, atque ita Domini Iesu imagines facti, ut «Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus » (Gal. II, 20) cum Apostolo Paulo unusquisque eorum confiteri queat. Hac spe laeti, in caelestium munerum auspicium, quae in hanc occasionem amplissima imploramus, itemque in paternae Nostrae caritatis pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, singulis regionis Salernitanae et Lucanae Episcopis, doctoribus atque alumnis amantissime in Domino impertimur.**

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Octobris anno MDCCCCXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

TARBIENSIS ET LOURDENSIS-BAIONENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

R. P. Dominus Petrus Gerlier, Episcopus Tarbiensis et Loürdensis, plene assentiente R. P. Domino Francisco Maria Gieure, Episcopo Baionensi, ab Apostolica Sede postulavit ut pars septentrionalis territorii paroeciae de *Crouzeilles* ad dioecesim Baionensem spectantis ab eadem paroecia dismembraretur atque viciniori paroeciae de *Madiran,* ad dioecesim Tarbiensem et Lourdensem pertinenti, in perpetuum aggregaretur. Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei utilitate perspecta, annuente quoque R. P. D. Aloisio Maglione, Archiepiscopo Caesariensi in Palaestina, Apostolico Nuntio in Gallia, praesenti Consistoriali decreto statuit ut memorata septemtrionalis territorii pars paroeciae de *Crouzeilles* cum suis incolis ab eadem paroecia et a dioecesi Baionensi separetur atque paroeciae de *Madiran,* et dioecesi Tarbiensi et Lourdensi in spiritualibus et temporalibus perpetuo aggregete; ita ut fines eiusdem dioecesis Tarbiensis et Lourdensis in hac parte posthac praefiniantur: ad occidentem a limitibus rivi vulgo dicti *le petit Bergons,* et ad meridiem partim a finibus septemtrionalibus paroeciae de *Bertraeq* et partim a linea parallela praesentibus finibus septentrionalibus paroeciae de *Crouzeilles,* sed ab eisdem distanti, meridiem versus, spatio unius chilometri.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum Nuntium Apostolicum in Gallia, ipsi tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere mittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authen-

ticimi exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 Maii 1933.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

(L. 93 S.)

V. Santoro, *Adsessor.*

II

REGINAE GRADECENSIS - LITOMERICENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

Mauritius Picha, Episcopus Reginae Gradecensis, plene assentiente Episcopo Litomericensi, supplices preces S. Sedi nuper porrexit ut pagus *Bystré* ad dioecesim Reginae Gradecensis pertinens, a propria ecclesia paroeciali *Libëtdt,* a qua longe distat, dismembraretur, et viciniori paroeciae *LouJcov,* dioecesis Litomericensis, aggregaretur, quo satius illorum fidelium bono consulatur.

Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, ac habito voto R. P. D. Petri Ciriaci, Archiepiscopi Tarsensis et Nuntii Apostolici in Cecoslovachia, praefatis precibus annuens, hoc Consistoriali decreto pagum *Bystré,* de quo supra, a paroecia *Libëtdt* et a dioecesi Reginae Gradecensis separat atque paroeciae *LouJcov,* dioecesis Litomericensis, in perpetuum aggregat.

Ad haec vero exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est eumdem R. P. D. Petrum Ciriaci, eidem omnes tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 9 Decembris 1933.

Fr. R. C. Card. Rossi, *Secretarius.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

DESIGNATIONES PEO APPELLATIONE

Emus ac Rmus P. D. Iosephus Card. Mae Rory, Archiepiscopus Armachanus, designavit semel pro semper, ad normam can. 1594 § 2, pro appellationibus a suo tribunali Ordinarium Clogheriensem;

Item R. P. D. Eduardus Iosephus Byrne, Archiepiscopus Dublinensis, designavit Ordinarium Kildariensem et Leighliensem.

Quas designationes Sacra Congregatio Consistorialis die 24 Iannarii 1934 approbavit.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

TERGESTINA

DISTRIBUTIO NUM CHORALIUM

Die 18 iunii 1932

SPECIES FACTI. — **Praebenda uniuscuiusque canonici in Capitulo Tergestino quadruplici constat elemento:** *a)* **congrua, vulgo dicta** *legali,* **quae singulis canonicis unoquoque mense a publico aerario solvitur;** *b)* **parva congrua, vulgo dicta** *locali,* **quae ex massa communi percipitur;** *c)* **compensatione pro locanda domo habitationis item a publico aerario accepta;** *d)* **summa congruae adiuncta, vulgo** *aumenti triennali, quadriennali e quinquennali,* **intuitu servitii ab unoquoque capitulari praestiti. Ex his augmenta** *triennalia et quadriennalia* **percipiuntur ratione servitii praestiti etiam ante nominationem in canonicum;** *quinquennalia* **vero ob servitium chori.**

Cum apud idem Capitulum hucusque deesset fundus distributionum, ad hunc efformandum iuxta canonem 395 § 1, per novas constitutiones separatio fuit praescripta tertiae partis tantum congruae *localis* **et congruae** *legalis,* **exclusis indemnitate pro locanda domo habitationis et memoratis augmentis.**

Statutis tamen nondum ab Episcopo approbatis, rogata fuit haec Sacra Congregatio, utrum summae adiunctae et indemnitates pro locanda domo ab unoquoque canonico integre percipi jjossint, quin ex his aliquid immitti debeat in distributionum massam.

ANIMADVERSIONES. — Inter bona dotem beneficii constituentia etiam domus adnumeranda est, quae est beneficiarii habitatio. Ait enim Wernz, *Ius Decr.,* tom. III, tit. VI, n. 180: «Bona beneficialia ex communiter contingentibus constant *domo,* quae ipsi beneficiato in usum est concessa, etc. » Cfr. Vermeersch, *Epitome,* lib. III, *De rebus,* part. 5, n. 743. Quod etiam supponit Codex I. C. canone 1410, in quo dicitur : « Dotem beneficii constituunt sive *bona,* quorum *proprietas* est penes ipsum ens iuridicum, sive certae et debitae praestationes... ».

Ast non eo ipso quod beneficiarlas domum obtinet, haec beneficii dotem constituere dicenda est. Nam Card. De Luca, *De pensionibus,* disc. 6, n. 15, cum ageretur de domo canonicali, utrum nempe inter reditus et fructus canonicatus computanda sit in ordine ad solutionem pensionis ipsum canonicatum gravantis, ait: «Quo vero ad alterum punctum supra» insinuatum *domus canonicalis,* an computanda esset in valore, advertebam procedi pariter cum aequivoco circa applicationem dictarum decisionum *Mediolanen,* coram Ghislerio et Dunozetto. In hac enim materia recepta est distinctio, per quam bene conciliantur "decisiones quae desuper pro utraque opinione habentur. Aut enim *domus est fixe annexa* praebendae canonicali, et recte venit in valore iuxta dictas decisiones; aut obtinetur *ex beneficio antianitatis* et *per optionem,* et secus, iuxta decis. 116 Cavaler. et in dicta *Romana* 10 Ian. 1646, coram Cerro, ac habetur particulariter actum infra in *Mediolanen.,* disc. 15». Et in hoc disc, n. 6 addit: «Prout ex eadem distinctione pendet decisio super computatione huiusmodi praebendarum vel domorum sub valore, ut advertitur supra in *Romana - Pensionis super canonicatu 8. Angeli,* disc. 6, et in decisionibus in eadem causa editis, quoniam in primo casu ... veniunt in valore, secus autem in altero, in quo *non iure beneficii seu canoniae,* sed *in praemium antianitatis ac servitii* talia bona tamquam temporalia et diversa a canonia obtineri dicuntur, quamvis qualitas canonicalis sit huiusmodi praemii causa seu occasio, cum sine illa praestari non potuisset servitium, pro cuius praemio Ecclesia hanc mercedem tribuit». Cfr. quoque *De aliénât.,* disc. 53, n. 5.

Quapropter ut domus habitationis pars dotis habeatur, beneficio fixe adnexa esse debet. Dos enim beneficii in bonis consistit, quae beneficiario competunt ex solo titulo officii vel ratione servitii; et proinde illa bona ita beneficio adnexa esse debent ut beneficiario cedant propter functiones ecclesiasticas seu onera quae constituunt naturam illius officii seu muneris, et non propter aliquod peculiare et determinatum opus aut servitium in aliquo casu praestitum, nec propter alium titulum extrinsecum.

Hinc si beneficiario aha obveniunt emolumenta vel reditus occasione tantum alicuius actualis servitii vel operis vel functionis, etsi opus exercea-

tur vi muneris seu omen, illa non sunt inter bona dotem beneficii constituentia adnumeranda; eo vel minus si reditus vel emolumenta tribuantur beneficiario ex causa tituli extrinseci, quae cum ipsa ratione vel natura beneficii proprie non connectitur.

In casu canonici Tergestina non domum obtinent habitationis, sed a Gubernio pro domo compensationem pecuniariam accipiunt, quae omnibus et singulis canonicis conceditur eo ipso quod canonicatum consequuntur. Unde huiusmodi indemnitas unicuique canoniae fixe adnexa dicenda est et inter bona illius dotem constituentia computanda, etiam ad effectum distributionum massae efformandae, ad normam canonis 395 § 1.

Non idem vero dicendum est de augmentis; quae, quum canonicis tribuantur ratione antianitatis et servitii praestiti, in praebendam non veniunt neque ad distributiones conferunt.

RESOLUTIO. - **In plenariis comitiis huius Sacrae Congregationis, habitis die 18 Iunii 1932, ad propositum dubium:**

An et quinam proventus immittendi sint in massam distributionum, in casu ;

Emi Patres respondere censuerunt:

Affirmative quoad indemnitatem domus, negative quoad indemnitatem servitii.

Pacta autem relatione Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI in audientia diei 21 subsequentis per infrascriptum huius Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Provid. Pp. XI decretis sacri Consilii christiano nomini propagando praelucere dignatus est:

Die 27 Novembris 1933. — **Cathedrali Ecclesiae Malacensi, R. D. Hadrianum Devais, e Societate Parisiensi Missionum ad exteros.**

28 Novembris. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Traianopolitanae in Rhodope, R. D. Marium Zanin, quem constituit Delegatum Apostolicum in Sinis.**

11 Decembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Chalcidensi, R. D. Gallum Steiger, O. S. B. Congregationis a S. Ottilia, Abbatem *nullius* dePeramiho.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Petnelissensi, R. D. Gulielmum Ammani, O. S. B. Congregationis a S. Ottilia, Abbatem *nullius* de Ndanda.

— Titulari episcopali Ecclesiae Berenicensi, R. D. Alfonsum Matthijsen, e Societate Missionariorum Africae (Pères-Blancs), primum Vicarium Apostolicum Lacus Alberti.

—» Titulari episcopali Ecclesiae Prusiensi, R. P. Rodulphum Orler, e Societate Veronensi Missionariorum Filiorum Ss. Cordis Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bahr-el-Ghazal.

13 Decembris. —-j **Titulari episcopali Ecclesiae Calycloniènsi, R. D. Hermannum Schoppelrey, e Societate Verbi Divini (de Steyl), quem constituit Vicarium Apostolicum de Sinyangchow.**

19 Decembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Amathusiae in Palaestina, R. D. Guillelmum Cobben, e Societate Presbyterorum Ss. Cordis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Finlandia.**

II

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594 §3 infrascripti Ordinarii, pro appellationibus a sua curia designaverunt Tribunalia II instantiae ut infra; approbante Ssmo in Audientia diei 13 Novembris 1933:

ORDINARII:	TRIBUNALIA:
Vicarius Ap. de Hanoi . .	**Vicariatus Ap. de Thanh-Hoa**
» » » Haiphong .	**» » » Buichu**
» » » Bac Ninh .	**» » » Buichu**
Praefectus Ap. de Langson .	**» » » Bac Ninh**
Vicarius Ap. de Phat-Diem .	**» » » Hanoi**
» » » Thanh-Hoa	**» » » Vinh**
» » » Hung-Hoa	**» » » Hanoi**
» » » Buichu.	**» » » Haiphong**
» » » Vinh . . .	**» » » Thanh-Hoa**
» » » Hué . . .	**» » » Quinhon**
» » » Quinhon	**» » » Hué**
» » » Kontum . .	**» » » Hué**
» » » Saigon . .	**» » » Phnom-Penh**
» » » Phnom-Penh	**» » » Saigon**

Vicarius Ap. de Laos	**Vicariatus Ap. de Vinn**
» » » Bangkok . . .	**Dioecesanum Malacense**
Superior eccl. miss, sui iuris de Bajaburi	**Vicariatus Ap. de Bangkok**

Item Vicarius Ap. Shiré designavit ad eundem effectum curiam vicariatus ap. de Nyassa, approbante Ssmo in Audientia diei 4 Ianuarii 1934.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

LYCIEN. SEIT BENEVENTAN.

CANONIZATIONIS E. POMPILII MARIAE PIRROTTI A SANCTO NICOLAO, CONFESSORIS, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS CLER. REG. PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM.

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Beatus Apostolus Paulus, ad Thessalonicenses scribens, qualia apostolici viri debeant esse munia ac dotes, per haec verba indicat: *memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione,* **de sua autem praedicatione addit:** *Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute et in Spiritu Sancto et in plenitudine multa* **(I Thess. I. 2, 5). B. Pompilius Maria a S. Nicolao, non Calasanctianae Familiae tantum, sed et totius Ecclesiae splendidissimum ornamentum, in apostolico quo functus est munere, Pauli vestigia mirabiliter sectatus est.**

In oppido vulgo dicto Montecalvo, prope Beneventum, ex Hieronymo Pirrotti et Ursula Bozzuto, piissimis coniugibus avita generis nobilitate claris, die Sancto Archangelo Michaeli sacro, anno 1710 natus est puer, qui insequenti die sacro baptismi fonte tinctus fuit, cuique Dominici nomen fuit impositum. Dominicum parentes singulari cura educarunt, ac post exactum infantiae tempus non dubiis argumentis intellexerunt

filiorum ad altiora vocatum a se educari. Praevenit enim Dominus eum gratia sua, quae in eo vacua non fuit. Admirabantur parentes ac necessarii in puero singularem iudicii maturitatem, et morum gravitatem, adeo ut puerile nil saperet, neque in deliciis quidquam haberet praeter pietatis exercitia.

Tenerrimam in Beatissimam Virginem religionem fovebat, quam suavissimo matris nomine appellabat, eiusque gloriam tamquam amantissimus filius omni studio curabat, quam pietatem usque ad ultimum vitae spiritum omnimode coluit. Animarum zelo succensus, inde a pueritia, pauperes et parvulos ad se advocabat, eosque christianam catechesim docebat, et eleemosynis eorum inopiam sublevabat. Nec raro accidit ut vestibus se exueret ut egentes operiret. Tirocinium itaque in saeculo iam iniverat perfectioris illius vitae cui mature se addixit.

Mundo valedicens, sexdecim annos natus, festo die Purificationis B. M. V., Ordinis clericorum regularium pauperum Matris Dei Scholarum piarum habitum Neapoli, summo animi gaudio, induit, assumpto nomine Pompilii Mariae a S. Nicolao. Die Annuntiationi B. M. V. sacro, insequentis anni, sollemnia religiosa vota nuncupavit. Theate et Ferenti per aliquot annos sacris disciplinis incubuit. Sacerdotio auctus, docendi munere in variis suae Religionis collegiis egregie est perfunctus, verus Calasanctianus consodalis, qui in pueris erudiendis non tantum eorum mentes litterarum luce illustraret, verum etiam corda eorum igne pietatis accenderei, unde talem sibi benevolentiam conciliabat, ut, domo egrediens, videretur adolescentulorum turnus non tam stipatus, quam obsessus.

Neapoli tironum magister est constitutus, magno cum suorum alumnorum emolumento, quorum animis S. Iosephi Calasanctii spiritum inserere sategit, atque interim apostolicum ministerium in animarum salutem impensius exercuit. Calumniis et persecutionibus impetitus, ne talis gloriae corona apostolicis eius laboribus deesset, hac illae vagari coactus est, ubique sanctitatis vitae et animarum zeli insignia relinquens exempla. Asperrimis paenitentiis redacto in servitutem corpore, altissimo orationis spiritu Deo coniunctus, aliisque praeternaturalibus donis copiose ditatus, vere *opere potens et sermone,* **verbo Dei praedicando, quoad licuit, sese effuso animo impendit; innumerisque signis comprobante Deo apostolici viri operam, eos uberrimos fructus inde retulit, ut accurrentes frequentissimos populos ad paenitentiam revocaret. Equidem eius praedicatio** *non fuit in sermone tantum, sed et in virtute et in Spiritu Sancto et in plenitudine multa.* **(I Thess., c). Sed quod insigne quoddam est Pompilii Mariae proprium ac singulare, ideoque silentio non praetereundum, ille est ardor, quo Sacratissimi Cordis Iesu nascentem devotionem adeo in nostra Italia propagavit, ut unus inter primos**

habendus sit huiusmodi cultus apostolus. Nec minore prosecutus est caritate augustissimum Altaris Sacramentum, cuius crebram, imo quotidianam frequentationem, tunc temporis labe iansenistica infecti, alacriter promovit.

Innuendus etiam nobis est mirus eiusdem amor in animas Purgatorio detentas, quas quidem omni ope, Confraternitati etiam Neapoli instituta, iuvandas curavit.

Anno 1766, die 15 Iulii mensis, Campi in Salentinis, Sacramentis refectus, divino potius amore abreptus, quam morbo, sanctissimam animam Deo reddidit.

Plurimis, ut ferebatur, miraculis innumeris que gratiis Deus Pompilio devotos cumulavit, ita ut, vix temporum adiuncta sivere, beatificationis causa promota fuerit. Gregorius XVI sa. me. Commissionem introductionis Causae Augusto mense anno 1839 sua manu signavit. Heroicis virtutibus et miraculis a Deo Pompilii patrocinio patratis ad iuris normam comprobatis, Beatificationis honores a Leone XIII fel. rec. anno 1890 eidem fuere collati. Quoniam nova post Beatificationem miracula ferebantur, eo intercedente, patrata, Causa ad Canonizationem die 4 Septembris anno 1892 fuit resumpta, et Apostolici instructi processus. Servato autem iuris ordine haec approbata fuere per decretum die 12 mensis huius editum.

Ut autem causa ad Canonizationem properare posset, discutiendum supererai dubium: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* **Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, in Generali S. R. C. Coetu coram Ssmo D. N. die 14 mensis huius dubium hoc proposuit discutiendum. Rmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores unanimi consensu in affirmativam convenere sententiam, quam Beatissimus Pater laetus excepit, suamque aperire mentem ad diem hanc distulit 26 Novembris mensis, Dominicam ultimam post Pentecostem Sacra itaque Hostia devotissime litata, arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, edixit: « Tuto** *procedi posse ad Beati Pompilii Mariae Pirrotti a S. Nicolao Canonizationem ».*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 26 Novembris anno Domini .1933.

C. Card. LAURENTI, *S. E. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VALENTIE". IN HISPANIA

CANONIZATIONIS B. MARIAE MICHAELAE A SS.MO SACRAMENTO, VTRG. FUNDATRICIS SORORUM ADORATRICUM ANCILLARUM SS.MI SACRAMENTI ET A CARITATE.

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Salvator ipse praecipuum immensae suae caritatis opus nobis pandit per ea sancti Evangelii verba: *Venit Filius hominis quaerere, et salvum facere quod perierat.* **(Luc. 19, 10). Ac profecto inter caetera misericordiae opera quibus dulcissimi Eedemptoris nostri veluti cooperatores efficimur, nullum aliud tam sancte copiosae eius redemptionis fructus auget et extollit, quam animas a peccati coeno ad virtutis tramitem revocare. Speciali providentis Dei consilio ad tam arduum opus superiore saeculo heroica suscitata est femina, Maria Dolores Michaela Desmaisières Lopez de Castillo, Vicecomitissa de Jorbalan, quam iam inter Beatos a Ssmo D. N. relatam, Michaelam a Ssmo Sacramento, ex indito sibi ipsi nomine dicimus. Orta ea est Matriti die 1 Ianuarii mensis anno 1809, nobilissimo genere a parentibus non minus christianis moribus quam illustri prosapia spectatissimis. Vivido ingenio puella praeclarisque naturae donis exornata, sub piissimae praesertim genitricis custodia, ut suavissimus virtutis flos crevit, peculiari inde a teneris annis ad miseros adiuvandos instinctu inclinis. Quum tredecim esset annorum, pauperes puellas in domesticas aedes collectas edocere in deliciis habuit, atque egenis, quo poterat modo, opem ferebat. Patre sub idem tempus demortuo, mirabili pietate viduae genitrici multis afflictae doloribus, amantissime adfuit. Sed quo flagrarci caritatis ardore enituit, quum saevissima cholerica epidemia anno 1835 Hispaniam depopulata est. Infirmos visitare, curis fovere, ad pietatis sensus excitare, omni deposito metu, solemne habuit, quin etiam manuum suarum labore, subsidia pro eis largiora studuit corrugare. Trigesimo aetatis suae anno orbata matre, licet infirma valetudine laborare coepisset, caritatis exercitiis, cum aliis piis nobilibus mulieribus impensius se dedit; nec erubuit quandoque ad ecclesiarum fores, ut miseris opitularetur, emendicare. Hospitale S. Ioannis de Deo quum visitaret, nova quaedam humanae**

miseriae teterrima facies ei apparuit, perditarum nempe mulierum infelicitas, quae ibi ad contractam luem curandam degebant.

Horrere primum animo, deinde veluti contremiscere vehementi quodam misericordiae motu ut miserrimis illis humanae malitiae victimis succurreret. Quo defixa proposito, iam ad propriae vocationis metam gradum facere coepit, Convictum seu Collegium instituendo, quo periclitantibus et paenitentibus puellis refugium pateret.

Sed ne deesset erga fratrem pietatis officio, Lutetiam Parisiorum primo, deinde Bruxellas, eum legatione fungentem sequuta est. Quibus in urbibus, medias inter aulae regiae delicias et honores, caritatis operibus exercendis, infirmis in suis tuguriis invisendis, miseriis omnigenis sublevandis miro fervore studuit, suique victrix putrida tractare ulcera et demissa quaeque in pauperum servitio implere officia non abhorrait. Matritum exeunte anno 1848 redux, aliquanto post Collegii a se instituti regimen assumpsit.

Tum vero calumniis agitata, irrisionibus ac persecutionibus impetita, ut demens habita, ab omnibus derelicta, nutantem tot procellis animum Deo fiducialiter commisit, unde accepto robore, firmissima in proposito stetit. Iamque sericis abiectis vestibus, vilique laneo indumento tecta ad religiosum virginum condendum coetum pro arduo, quod susceperat, opere promovendo, animum admovit. Impense interim orationi instare, asperrimisque paenitentiis carnem mortificare satagebat, quumque bona sua generose in tam nobile opus profudisset, laboriosa ipsa paupertate victitabat.

Sed iam eius sanctitas lucere coperat. Maxima in aestimatione habita est a Ven. Antonio Claret, Archiepiscopo S. Iacobi in Cubana insula, quo moderatpre conscientiae aliquando usa est. Eeginae Isabellae, quae eam saepius ad se advocabat, Regique ipsi acceptissima fuit, suoque demisso habitu in regiam aulam paupertatis Christi decus invehebat: suoque hortatu fecit ut in ea magnificentissima regia domo ad christianae modestiae normas multa, corrigerentur.

Sed iam, donante Deo, in festo Epiphaniae Domini anno 1859, cum aliis septem sodalibus prima religiosa vota nuncupavit aptissimisque conditis regulis, Institutum Ancillarum Ssmi Sacramenti et a Caritate fundavit, quod ab Apostolica Sede non multo post approbatum confirmatumque est. Valentiae occubuit die 24 Augusti anno 1865, cholerico morbo. Eo pridie pervenerat, nullo retenta impedimento, ut infirmis sororibus atque alumnabus suis opem praestaret.

Celso animo femina, aequa pariter misericordiae et fortitudinis laude insignis, cum multa frangere debuerit obstacula, tum seipsam imprimis

suique animi naturalem impetum Cruci Domini generosa subiecit, ut firmo humilitatis fundamento solidata seque aliosque altius ad Deum eveheret. Congregatio religiosa ab ea condita feliciter propagata miros late edit in salutem animarum fructus.

Quod vero in virginali eius animo tam vividam excitavit caritatis flammam, tam invictum contra ásperas rerum vices robur, fuit illud tenerrimum pietatis studium, quo inde ab adolescentia erga Ssmum Eucharistiae sacramentum ferebatur. Tribus et amplius horis coram Eucharistico tabernaculo fervide orans perstare solebat, quotidiana communione, praeter eorum temporum morem, iam tunc quum in saeculo degeret, reiciebatur; a Ssmo Sacramento nuncupari voluit, eique adorando Institutum a se conditum devovit.

Beatificationis sollemniis die 7 Ianuam mensis anno sacro 1925 peractis, quum nova prodigia, ea intercedente, dicerentur a Deo patrata, Novembri mense anni eiusdem, Canonizationis causa resumpta est. Apostolicae inquisitiones peractae sunt, et duo miracula, per sacrae huius Congregationis decretum die 12 mensis huius latum, approbata sunt.

Unum, iuxta morem, discutiendum erat dubium: *An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* **Quod in Generali Congregatione coram Ssmo D. N. die 14 mensis huius habita, Rmus Cardinalis Alexander Verde, causae Ponens seu Relator, proposuit. Unanimi affirmativo suffragio Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores responderunt. Beatissimus Pater quid de re indicaret in hanc diem 26 mensis huius, Dominicam ultimam post Pentecosten, palam facere distulit.**

Quare arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti S. R. C. Praefecto et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, divino sacrificio pie celebrato, statuit: « Tuto *procedi posse ad B. Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento Canonizationem».*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 26 Novembris anno Domini 1933.

C. Card. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. **Carinci,** *Secretarius.*

III

TAURINEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNIS BOSCO CONF. SACERDOTIS ET FUNDATORIS PIAE SOC. S. FRANCISCI SALESII ET INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Quum decimonono saeculo decurrente amarissimi maturescerent quaquaversus eorum germinum fructus, quae large anteacta aetas in perniciem christianae societatis severat, tunc maxime in Italia multis agitata est Ecclesia procellis, quas in eam asperrima tempora atque hominum malitia concitaverant. At simul miserentis Dei consilio factum est, ut iis validis Ecclesia tunc etiam fulciretur auxiliis, quae extremam propulsarent ruinam, nostroque populo incolumem servarent eam sinceram Christi fidem, quam pretiosissimam prae omnibus hereditatem ab Apostolis acceperat. Sane, ea difficili aetate praeterlabente, spectatissimos sanctitate viros inter nos exsurgere vidimus, quorum praeclara opera muros Israel disiicere hostilis impetus non valuit.

Quos inter celsitudine animi et rerum gestarum magnitudine supereminere cernimus Beatum Ioannem Bosco, qui per ásperas praetereuntium temporum vias veluti miliaris columna superiore saeculo stetit, signans populis salutis iter. Suscitavit enim *eum Deus,* **ut Isaiae utar verbis,** *ad iustitiam et omnes vias eius direxit* **(Is. 45,15). Equidem B. Ioannes Bosco, Spiritus Sancti operante virtute, in exemplum nobis fulget ut sacerdos secundum cor Eius, iuventae incomparabilis educator, novarum Religiosarum Familiarum conditor, et sanctae fidei propagator.**

Humili genere, ruri, apud pagum vulgo dictum *Castelnuovo d'Asti* **e Francisco et Margarita Occhiena, pauperibus quidem sed moribus et christiana fide claris, die 16 Augusti mensis anno 1815 natus est Ioannes. Biennis patre orbatus sub prudenti sanctaque matris disciphna ad omnem pietatem adolevit. Eluxit statim in puero egregia indoles, cui aere addebatur ingenium cum tenacissima memoria, ita ut, quum scholas celebraret, quidquid a magistris tradebatur quam citissime arriperet, et condiscipulos longe et discendi celeritate et intelligendi acumine superaret.**

Dura laboriosaque paupertate ad fortia quaeque roboratus, matre probante, B. Iosepho Cafasso f autore, in Cheriense Seminarium est ingressus," in eoque per sexennium summa cum laude studiis incubuit. Die 5 Iunii mensis anno 1841, Augustae Taurinorum sacerdotio auctus est.

Paucos post menses ecclesiastico collegio taurinensi ad S. Francisci Assisiensis adlectus, sub B. Iosephi Cafasso disciplina omnibus sacerdotalibus muniis in nosocomiis, in carceribus, in audiendis confessionibus, in Dei verbo praedicando, magno animarum emolumento functus est.

Quibus sanctissimis ministeriis edoctus et praeparatus, vividiorem eius animo excitatam peculiarissimam vocationem percepit, quam inde ab adolescentia, afflante Deo, persenserat, adulescentulos, praesertim derelictos, in salutis tramitem adducere. Perviderat enim prudentissimus vir quo praecipuo momento id esset ad universam societatem praeservandam ab imminenti ruina; atque huic operi perficiendo generosum animum eo conatu feliciter admovit, ut inter christianae iuventutis educatores primas absque dubio aetate nostra retulerit. Nullis difficultatibus, persecutionibus nullis, ab hac immensae molis opera retrahi umquam potuit; tanta erat in eo erga periclitantes adolescentes caritas, tam firmum iuvenes Christo donandi propositum. Adolescentes, quos in compilas derelictos inveniebat, amanter advocabat, et suavissima caritate, sanctorum Francisci Salesii et Philippi Nerii spiritu plenus, eos alliciebat, ludis ac iocis recreabat, adeo ut hi frequentissimi ad eum, tamquam ad patrem amantissimum, undequaque accurrerent. Sed haec divina pro eis caritas, ei supernaturali prudentiae iungebatur, ut ad perfectissimam educationis methodum pervenerit, in paedagogica disciplina vere excellentissimum ac tutissimum signans iter.

Porro ex ipso indito suae institutioni nomine, quam *Oratorium-* **appellavit, facile videas cui firmo fundamento totum aedificium fuerit superstructum, christianae scilicet doctrinae ac pietati, quo sublato, frustra quaeras iuvenum animos a vitiis eripere atque ad altiora erigere. Id tamen ea suavitate peragebat, ut veluti sponte iuvenes pietatem haurirent atque amarent, non vi sed amore ducti; eorumque animos semel sibi conciliatos ad bona quaeque sectanda facile adducebat. Idque erat ei fixum, ut potius praeveniendo, quam necessitate puniendi, adolescentium animi corrigerentur; quod quanto difficilius, tanto efficacius ad sanctos inducendos mores. Quos vero fructus inde perceperit, facta edicunt; nec defuere adolescentes, qui ad christianam usque perfectionem, atque ad heroicum virtutum exercitium perducerentur. Salesiana** *Oratoria,* **adhuc eo vivente, mire contra innumeras difficultates multiplicata, modo per totum orbem diffusa sunt, innumerasque animas Christo adducunt.**

Ut autem horum perennitati prospiceret, et iuvenum educationi aptius

consuleret, B. Iosepho Cafasso et Pio Papa IX sa. me. suadentibus, *Piam Societatem S. Francisci Salesii* **et tractu temporis Institutum** *Filiarum Mariae Auxiliatricis* **fundavit.**

Utriusque Familiae, domus ad mille quingentas, Sodales universi propemodum ad viginti millia per totum orbem modo numerantur: millia millium utriusque sexus iuvenum ab his in scientiis et omnigems artium disciplinis instituuntur: infirmorum, immo et leprosorum, curam eius filii et filiae volenti animo suscipiunt; nec desunt qui contagione affecti caritatis victimae mortem oppetiere. Tanti Patris digna sobóles!

Nec silentio praetereunda *Cooperatorum* **institutio; fidelium videlicet consociatio, plerumque laicorum, qui Salesianae Societatis spiritu animati, et cum ea ad omne caritatis opus parati, validum auxilium parochis, Episcopis immo ipsi Summo Pontifici pro rerum adiunctis praeberent.** *Actionis Catholicae* **nobile rudimentum! Pius IX Consociationem hanc approbavit. B. Ioanne adhuc vivente, octoginta millia Cooperatorum numerabantur.**

Verum animarum zelus, quo cor eius aestuabat, intra catholicarum regionum limites non est passus contineri, sed dilatans spatia caritatis, ad barbaras gentes Christo adiungendam missionales viros e Sua religiosa familia misit. Primis, qui duce Ioanne Cagherò, sanctae et gloriosae memoriae^ ad extremas Americae meridionalis oras evangelizandas progressi sunt, iam plurimi successere Salesiani alumni, qui hac illae per orbem Christum ethnicis gentibus strenue inferunt.

Quot quantaque pro Ecclesia et Romani Pontificis iuribus tuendis patraverit passusque sit, difficile est dictu. Itaque de B. Ioanne sicut de Salomone legitur, dici profecto potest: *Dedit illi Deus sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam quae est in littore maris* **(3 Reg. 4, 29Ì. Dedit illi Deus sapientiam, quia terrenis omnibus abdicatis uni Dei gloriae et animarum saluti inhiabat.** *Da mihi animas,* **aiebat,** *cetera tolle:* **dedit illi prudentiam, quia aptissima elegit ad tantum opus media.**

Animi demissionem summopere coluit; orandi studio ita excelluit, ut eius mens iugiter in Deo conquiesceret, licet a plurimis negotiis distrahi videretur.

Singulari erga B. Virginem, christianorum Auxiliatricem, pietate ferebatur, et ineffabili animi gaudio gestivit, quum nobile templum Augustae Taurinorum in eius honorem aedificare ei datum est, ex cuius summitate Virgo Auxiliatrix, universis Salesianis aedibus de Valdocco, Mater et Regina dominatur.

Die 31 Ianuarii mensis anno 1888 Augustae Taurinorum sancte in Domino quievit. Percrebrescente sanctitatis fama, constructis ordinaria auctoritate processibus, Beatificationis huius Dei Famuli causa a Pio X

fel. rec. anno 1907 introducta est. Sollemnia vero Beatificationis in Vaticana Basilica, universa Ecclesia plaudente, die secunda Iunii mensis anno 1929, celebrata sunt. Insequenti anno resumpta causa, super sanationibus, quae divino miraculo videbantur tribuendae, adornati sunt processus. Per decretum diei 19 Novembris anni huius duo miracula, eo intercedente, a Deo patrata approbata sunt.

Unum supererai discutiendum Dubium, nempe: *An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* **Dubium hoc Emus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, in Generali S. E. C. Coetu coram Ssmo D. N. die 28 Novembris mensis proposuit. Omnes, quotquot aderant, Emi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores unanimiter in affirmativam convenere sententiam, quam laetanti animo Beatissimus Pater excepit, Suam vero edere ad hanc diem distulit, tertiam Decembris mensis, Sacri Adventus Dominicam primam, S. Francisco Xaverio, Operis Propagandae Fidei atque Missionum omnium caelesti Patrono sacram. Sacrosancto itaque Eucharistico sacrificio ferventer litato, arcessitis Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, edixit: «Tuto** *procedi posse ad B. Ioannis Bosco Canonizationem».*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 3 Decembris anno Domini 1933.

C. Card. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Giovedì, 18 Gennaio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'Augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Generale,* **nella quale gli Eoli e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione della Beata Teresa Margherita Redi, del Sacro Cuor di Gesù, Suora Carmelitana, e che vengono proposti per la solenne Canonizzazione della stessa Beata. Inoltre hanno dato il voto sul** *tuto* **per la solenne Beatificazione dei Servi di Dio Rocco Gonzalez e Compagni, Martiri, della Compagnia di Gesù.**

Martedì, 23 Gennaio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti ***Preparatoria,*** **nella quale dagli Emi e Revmi Signori Cardinali, dai Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi componenti la medesima, è stato discusso:**

I. Su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Giuseppe Benedetto Cottolengo, Confessore, Fondatore della Piccola Casa della Divina Provvidenza in Torino, che vengono proposti per la sua solenne Canonizzazione :

II. Sopra di un miracolo che si asserisce operato da Dio ad intercessione del Ven. Servo di Dio Antonio M. Claret, Arcivescovo tit. di Traianopoli e Fondatore della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, miracolo che viene proposto per la Beatificazione del Vea. Servo di Dio.

Infine è stato discusso sulla validità del Processo sopra di un miracolo che si asserisce operato per intercessione della Ven. Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, Fondatrice delle Suore di S. Andrea.

Martedì, 30 Gennaio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti ***Preparatoria,*** **con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Corrado da Parzham, Confessore dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, miracoli che vengono proposti per la solenne Canonizzazione.**

Infine è stato discusso il dubbio sulla riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Giovanni Leonardi, Confessore, fondatore della Congregazione dei Chierici Regolari della Madre di Dio.

An. et Toi. XXVI 10 Martii 1934 (Ser. II, v. I) - Niun. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. xi

LITTERAE DECRETALES

BEATAE MARIAE BERN ARD AE SOUBIROUS, E CONGREGATIONE NIVERNENSI SORORUM CARITATIS ET INSTITUTIONIS CHRISTIANAE, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid Immaculatae Beatissimae semper Virginis omnipotentis Dei Matris gloriam praedicat, novo et inexplebili replet gaudio omnes gentes, quae nunquam eam desinunt conclamare beatam. Quis vero plus ac melius quam piissima Lapurdensis Virgo, utpote Immaculatae Virginis nuncia, nostris hisce temporibus, per totum catholicum orbem, gloriam illam diffudit, quae in singularissimo ab omni labe immunis Deiparae Conceptionis privilegio quam maxime refulget? Iamvero quemadmodum respexit Deus *humilitatem Ancillae suae,* ita Angelorum hominumque Regina humilitatem respexit Famulae suae Mariae Bernardae Soubirous, ubique terrarum blandulo *Bernadette* nomine gallice vocitatae. Quae in dioecesis Tarbiensis in Gallia oppido Lourdes nata die septima Ianuarii mensis, anno millesimo octingentesimo quadragesimo quarto, e Francisco et Aloisia Castérot parentibus, pauperibus quidem, at morum honestate et religione praestantibus, biduo post lustralibus aquis regenerata est. Inde iam ab infantia illa adversis fuit obnoxia vicibus. Sextum namque vix mensem attingentem, mater eam tradere cogitur nutrici, cui nomen. Maria Lagües-Aravant e vico *Bartrès,* optimis moribus et christiana reli-

gione imbutae, quae, infante suo orbata, per quindecim menses maternas curas et amorem erga puellam contulit. Infantilia ad suos reversa, ob rei familiaris inopiam, curis et alimentis opportunis deficientibus, infirma coepit valetudine laborare, qua usque ad obitum excruciata fuit. Aetate et gratia interim succreseebat puella, quae labente anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo ad famulatum prius apud suam amitam Bernardam, dein penes suam nutricem adigitur; postea vero ad ovium quoque ac agnorum praecipue custodiam adhibetur. Absque ulla litterarum cognitione et fidei rudimenta vix edocta, sive domi, sive apud nutricem, omnia suae aetatis munera virtutesque perfectissime exercuit. Indoles quidem erat ei prompta et vivida, sed obedientia adeo praefulsit ut numquam in eam peccare visa sit. Modestia autem, ingenuitate, morum suavitate, vitaeque innocentia ita excelluit, ut omnibus admirationi fuerit. Praeterea, quamvis illius institutio neglecta fuit, nihil tamen ipsa omisit ut dominicam precationem, salutationem angelicam, symbolum ac marialis rosarii recitationem probe addisceret; quibus orationibus, rosario praesertim^ magnopere intentam se exhibuit. Desiderio quoque primitus sese Angelorum Pane enutriendi flagrans, e pago *Bartrès* ad suos reverti instítit, ut ad illum suscipiendum se pararet.

Iamvero mirum non est si Deipara Immaculata, simplicitatem humiMtatemque Bernardulae demirata, eam pluribus apparitionibus et alloquiis recreavit; quae quidem quomodo evenerint, quum omnibus nota et luce clariora et quam plurimis miraculis comprobata sint, pauca tantum Nobis de illis enarrare liceat.

Primo apparitionis die, qui fuit undecimus Februarii mensis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo, quarto nempe a dogmatica definitione de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione, pleno meridie, Bernardula una cum sorore Antonia et amica Ioanna Abadie, ad specum *Massabielle,* ad sinistram Gavi fluminis ripam, prope Lapurdum oppidum, arida ligna colligens, cum pervenisset, extemplo strepere circa se et permisceri omnia, quasi ventorum vi subito coorta sentiens, cum, contra id quod sentiebat, quieta omnia atque immota cerneret, huc illuc volvens oculos ac forte aciem in specum intendens, matronam conspicit, humana specie longe nobiliorem, albo velamine frontem redimitam, utrinir que circa humeros defluente veste indutam nive candidiore, una cum caeruleo circa latera cingulo in simplicis nodi modum religato, bipartito ad pedes descendente, atque rosarii coronam manu gestantem. Obstupescens puella tanta perculsa mentem imagine et allücinationibus se credens obnoxiam ad signum crucis, firmissimum adversus diabólicas fraudes munimentum, confugit. Verum non ante id efficere potuit, quam pia Mater ipsa se signo

crucis signavit atque ad sacri Rosarii recitationem, coronam manu advolvens, exemplo suo puellam excitavit. Quod in ceteris etiam apparitionibus, quae duae de viginti fuere, praestitit. Altero autem apparitionis die puellae in cordis sui simplicitate, diabolicam fraudem timens, lustralem aquam in matronam effudit; sed beata Virgo, leniter arridens, benigniorem illi vultum ostendit. Cum vero tertium apparuisset, puellam ad specum per quindecim dies invitavit, et saepius eam alloquuta pro peccatoribus orare; terram deosculari, paenitentiam agere est hortata; deinde imperavit ut sacerdotibus ediceret aedificandum ibi esse sacellum, solemnisque supplicationis more illuc accedendum. Mandavit insuper ut e fonte, qui sub terra adhuc latebat, sed mox erat erupturus, aquam biberet, eaque se abstergeret: Denique festo die Mariae ab Angelo salutatae, sciscitanti enixe puellae suum nomen beatissima Virgo, palmis iunctis pectori, admotis sublatisque ad caelum oculis ac paululum erga puellam acclinis « Ego sum — inquit — Immaculata Conceptio ». — Interea alia mira, stupentibus omnibus, non defuere: siquidem praeter eruptum e terra fontem, cuius aqua hausta non pauci infirmi sanitatem recuperant, cereus accensus minime offendit puellae digitos, quae, in eestasim rapta, in aliam fere naturam conversa ac veluti angelus videbatur; et, percrebrescente beneficiorum fama, quae in sacro specu a fidelibus recepta dicebantur, in dies augebatur hominum concursus, quos loci religio ad *Massabielle* **specum vocàbat. Itaque prodigiorum fama et Bernardulae candore motus Tarbiensis Episcopus, iuridica instituta inquisitione, quarto ab enarratis anno, die octava Ianuarii mensis, in hanc devenit sententiam:** *Immaculata Dei Mater revera apparuit Bernardae ßoubirous die undecima Februarii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo et sequentibus;... et fideles certi de apparitionis veritate esse possunt:* **atque Virginis Immaculatae cultum in eodem specu permisit.**

Verum ob ipsas mirandas apparitiones et ob frequentiorem in dies ex totius orbis catholici regionibus ad specum concursum, plura Dei Famula incommoda ac molestias perferre coacta est praesertim a civili magistratu publicae securitatis ratione; ctimque, supernaturalibus accedentibus signis, magis succresceret in populo puellam tanto privilegio donatam videndi cupiditas, loci parochus eam omnibus ventitantibus subducere pro viribus adlaborans, in Lapurdense Mvernensium Sororum Caritatis et Institutionis Christianae hospitium veluti alUmnam excipiendam curavit, ibique illa sacram synaxim, ad quam magna cum diligentia sese paraverat, die tertia lumi mensis angelica pietate primum recepit; atque per annos sex rehgioms ac litterarum studio et exercitiis sedulo incumbens, aegris quoque opem ac solatium attulit. Interea gravi morbo correpta et a medicis conclamata^ sumptis nonnullis aquae guttulis ex prodigioso fonte haustae',

illico sanitati restituitur, quin tamen unquam perfectam sanitatem adepta sit, potissimum ob asthmaticum morbum, quem aequo animo usque ad extremos mortalis aevi dies constanter tulit.

Anno dein millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, consilio et auctoritate Nivernensis Antistitis, qui cum ea de religiosa vita amplectenda iam egerat obiectasque difficultates explanaverat, inter quas supra diximus Sorores *de Nevers* **enixe admitti postulavit; attamen adversae valetudinis causa per biennium adhuc in Lapurdensi praefato hospitio permanere debuit, ubi tanquam religiosam, sese gerens sollicitam de aegrotis curam habuit. Tandem voti compos facta, mense Iulio, anno millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, specu de** *Massabielle* **ac suae institutionis hospitio summopere sibi dilectis, ut divinae vocationi obtemperaret, consalutatis atque relictis, Nivernum petiit, atque novitiatum magna cum laetitia ingressa est. Postridie, antistita iubente, coram omnibus sororibus apparitiones omnes, quibus Immaculata Dei Mater sese frui dignata fuerat, candide et simpliciter enarravit, eam praesertim mirum in modum referens, in qua suum Deipara nomen manifestavit; ac deinceps de iisdem apparitionibus, nisi obedientia adacta, haud amplius loquuta est.**

Sacro habitu suscepto, magnoque cum fervore tyrocinio inito, in lethalem morbum incidit; qua de re professionem religiosam in extremis emisit; quam postea, sanitate recuperata et absoluto novitiatus anno, rite renovavit perfecitque die tricésima Octobris mensis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo, Mariae Bernardae nomine retento. Eo autem tempore exemplar sese exhibuit tum in regulari disciplina servanda, tum in omnibus christianis virtutibus, obedientia potissimum, exercendis. Vividam indolem, quam sortita erat, fortiter compescuit; ac semper hilarem et comitem sese sodalibus praebuit; animadversiones, molestias, diuturnamque humüiationum segetem singulari patientia tulit; sed semper humilis atque obediens, numquam in adversis et simultatibus conquesta est, monita castigationesque etsi indebitas libenter excipiebat atque mandata omnia, quamquam cum gravi sui incommodo, adamussim exsequebatur, et sive valetudinario infirmorumque adsistentiae, sive sacrario addicta, sibi commissa munera dihgentissime, licet infirma, semper exsequi studuit. Silentii rigida custos, ingenuitate, modestia morumque innocentia supra modum emicuit, susceptamque in baptismate stolam ad obitum usque candidam servavit. Umbratilis vitae cupida, quamquam eius nomen extra religiosam domum in celebritatem per universum orbem pervenerat, nihil antiquius habuit quam ab hominum oculis procul abesse; qua de re advenas ad se confluentes et colloquutorium, ad quod nonnisi ex obedientia

accedebat, aufugere studuit, et a vanagloria semper se incolumem immunemque servavit. In heroica itaque virtutum omnium, uti diximus, exercitatione, inter molestos morborum cruciatus vim sumebat ac solatium ex intensissimo quo flagrabat amore erga Passionem Domini, sanctissimam Eucharistiam et Virginem Immaculatam; ac ita ad annum pervenit millesimum octingentesimum septuagesimum octavum, quo anno, die Septembris mensis vicesima secunda, maximo animi solatio vota perpetua nuncupavit. Sequenti autem anno, mense Aprili, morbo quo excruciabatur magis ac magis invalescente ac aliis aerumnis et doloribus, ut purior hostia efficeretur, afflietata, sextadecima die mensis Aprilis, ad extrema deducta, atque ecclesiae Sacramentis piissime susceptis, Immaculatae Virginis ope humiliter invocata, placidissimo exitu ad caelestis Agni, *qui pascitur inter lilia,* **nuptias evolavit, magnam post se virtutum et sanctitatis relinquens famam. Quam quidem Deus omnipotens caelestibus signis, quibus Ancillam suam iam viventem illustrare voluit, multipliciter confirmare dignatus est.**

Vulgato namque Sororis Mariae Bernardae obitus nuntio, tota commota est civitas Nivernensis; omnes turmatim confluere coeperunt ad cadaver invisendum, quod flexibile, vividum, naturalem servans colorem perstitit, nec ullum efflavit, etsi quatriduanum, gravem odorem: omnes demortuam virginem sanctam conclamabant, eiusque precibus se commendabant. Iustis autem funebribus peractis, cadaver triumphali pompa delatum in sacello Sancti Ioseph intra monasterii Nivernensis septa conditum est; ac illius sepulcrum mox ob mira non pauca et frequentissimum populi concursum gloriosum evasit; intercedente namque venerabili Dei Famula, non paucas prorsus mirabiles sanationes a morbis dirissimis a Deo patratas contigisse dicebantur. Quare de Caelitum honoribus Mariae Bernardae Soubirous decernendis causa agitari coepta est apud Sacrorum Rituum Congregationem, atque, processibus Ordinaria potestate rite confectis, s. m. Pius Papa Decimus, Antecessor Noster, per decretum die tertiadecima Augusti mensis, anno millesimo nongentesimo decimo tertio datum, Causae introductionis Commissionem signavit. Processus continuo Apostolica auctoritate super virtutibus et miraculis venerabilis Servae Dei, opera potissimum sollerti» dilecti filii Ludovici Copéré, tum Societatis Mariae Procuratoris generalis et Causae Postulatoris, adornati sunt, ac omnibus, de iure stricte servatis, Nos anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, die decima octava mensis Novembris, Dei Ancillae virtutum heroicitatem solemniter saneivimus. De miraculis dein a Deo, illa intercedente, uti ferebatur, patratis actum est iudicium; ac duo, ad eius Beatificationem obtinendam proposita, severissimo processu ponderata atque discussa sunt, Nosque suprema Nostra auctoritate de illis, nempe de *instantánea*

perfectaque sanatione Henrici Boisselet a tubercolosi formae acuiae, cum cavernae occlusione; **atque de** *instantánea perfectaque sanatione sororis Melaniae Mariae Meyer, e Congregatione divinae Providentiae, ab ulcere in stomaciio,* **per decretum kalendis Maiis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto editum, plene constare solemniter ediximus.**

Sancito itaque venerabilis Mariae Bernardae heroico virtutum gradu, ac de duobus praefatis miraculis prolata sententia, nihil aliud ad actorum seriem perficiendam supererai, discutiendum, nisi an *tuto* **ad eiusdem Servae Dei procedi posset solemnem Beatificationem. Proposito igitur dubio a cl. m. Antonio Cardinale Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, Ss. Rituum Congregationis Praefecto et Causae Relatore, in generalibus comitiis, coram Nobis in Vaticana aula habitis, die duodecima Maii mensis ipsius anni, omnes qui convenerant, tum Patres Cardinales, tum Officiales et Consultores, una.nimiter affirmativum protulerunt suffragium; Nos vero superni luminis praesidium impensius exoraturi, Nostram aperire mentem distulinnis; quam quidem postmodum patefacere statuimus; ac insequentis mensis die secunda, Pacis Hostia devotissime oblata, accitis et adstantibus quem supra diximus Cardinale Vico, nec non Ss. Rituum Congregationis a secretis, Alexandro Verde, in praesens S. R. E. Cardinale, et b. m. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali,** *tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servae Dei Sororis Mariae Bernardae Soubirous Beatificationem* **Apostolica auctoritate decrevimus. Cuius Beatificationis sollemnia eodem piaculari anno, quarta decima die Iunii mensis, in Patriarch ah Basilica Vaticana, cum frequentissimo populi concursu et nihilo, peracta fuerunt.**

Insequenti autem anno, quum alia mira, Beatae Mariae Bernardae patrocinio implorato, ab omnipotenti Deo, patrata dicerentur, die nona Iunii mensis, Causa, dilecti filii Iulii Grimal, Societatis Mariae Adsistentis et Procuratoris generalis et novi eiusdem Causae Postulatoris sedula opera, reassumpta est; ac duae prodigiosae sanationes, quae Niverni una, Lapurdi altera, evenerunt, selectae sunt ad Eius obtinendam. Canonizationem. Processibus itaque tum Niverni, tum Cartilagine et in curia Tarbiensi constructis, Sacra Rituum Congregatio de eorum iuridica vi favorabile decretum edidit. Mira prior sanatio Niverni accidit. Venerabilis frater Alexius Lemaître, Archiepiscopus Carthaginensis, e dioecesi Nivernensi oriundus, abhinc decem et amplius annis gravi amoebica laborabat contagione, qua, in tropicalibus regionibus antea Apostolici Vicarii munere fungens, correptus fuerat. Plures adhibitae medicae artis curationes incassum cesserunt, et morbus in dies alternis vicibus ingravescens medicorum sententia insanabilis est renuntiatus. Cum vero Antistes ille, fere tres post menses a decreta B. Mariae Bernardae veneratione, Niverni esset ubi tri-

duana peragebantur soUemnia, Beatae corporis, translationi interesse voluit; ac multis pro ipsius sanatione deprecantibUs, in instanti perfecte convaluit, ita ut florentissima dein valetudine ac virium robore in acinosissimo vitae genere, quo antea, impigre iam tot annos frui valeat, uti periti ex officio et plures testes luculenter demonstrant.

Lapurdi evenit miraculum alterum. Soror quaedam ex Instituto Sororum a Bono Pastore, cui nomen Maria a S. Fidele, in saeculo Amata Baugé, tuberculari affecta diathesi, Augusto mense, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto appendicotomiam feliciter subiit. Duos post menses prioribus alterius morbi symptomatibus tubercularis naturae in dextero genu et dorsuali spina tentari coepit, in qua praesertim adeo morbus invaluit, ut medicus a curatione illum naturae viribus, nisi forte post longum temporis spatium, sanari non posse edixerit; quae quidem sententia, veluti ex iudicialibus actis constat, plene confirmata est. Cum vero infirmae conditiones in peius ruèrent ac remedia adhibita nihil profitèrent, ad caelestia auxilia tum Sororum antistita tum ipsa aegrota recurrendum duxerunt; et Beatae Bernardae Soubirous invocatum est patrocinium. In illius igitur honorem secunda die mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo, novendíales preces a tota communitate in ipso infirmae cubiculo coram Beatae ipsius imagine effusae sunt, applicita quoque eiusdem reliquia in spina dorsuali et genu aegrotae. Quae quinta novendialium precum die, hora sexta post meridiem, subito sanatam se sensit, cum dolores in spina et genu evanuissent; sequenti autem die mane e lectulo surgere potuit, et ad perfectam sanationem comprobandam, non palpari tantum, sed et validis ictibus in dorso perenti voluit et aliquantisper saltare. Medicus a curatione et alii periti physici eam accuratissime explorantes, cum nullum morbi residuum invenissent, naturae viribus sanationem hanc tribui posse concorditer negaverunt, miraculum quidem agnoscentes.

De utraque ideo sanatione, Ponente seu Relatore dilecto filio Nostro S. R; E. Cardinale Alexandro Verde, in tribus, uti iuris est, Congregationibus disceptatum est; quarum ultima, Generalis, quam vocant, apud Nos Ipsos die sexta decima Iunii mensis vertentis anni habita est; atque in ea, proposito a praefato Cardinale Relatore dubio an et de quibus miraculis constaret post indultam Beatae Bernardae Soubirous venerationem, in casu et ad effectum de quo agebatur, tum Patres Cardinales, tum Officiales et Consultores ss. Rituum Congregationis suam protulere sententiam; Nos vero, omnium suffragiis exceptis, Nostram aperire mentem distuhmus ut luminum caelestis sapientiae auxilium imploraretur; ac postrema Marialis mensis die Nos, advocatis dilectis filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus

Gamillo Lamenti, Ss. Rituum Congregationis Praefecto, Alexandro Verde, Causae Ponente, necnon dilectis filiis Alfonso Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucei, Fidei Promotore generali, Sacrosancto Missae Sacrificio devote celebrato, plene constare ediximus de duobus miraculis, B. Maria Bernarda Soubirous intercedente, a Deo patratis: nempe, *de instantánea perfectaque sanatione tum R. P. Alexii Lemaître, Archiepiscopi Carthaginensis, a diuturna gravi amoebiasi; tum Sororis Mariae a 8. Fidele a tubercolari affectione dorsualis spinae et -ßexteri :g.enu,* **Nostram autem sententiam hanc publici iuris fieri et in Ss. Rituum Congregationis acta referri iussimus. Ut denique ad optatum finem, ad Beatae illius nempe canonizationem, perveniretur, nil aliud supererai quam dubium** *de tuto* **quod vocant, discutere. Servata itaque praefata iuris forma, Nos, die mensis Iulii secunda, hoc eodem anno, in festo B. Mariae Virginis Visitationi sacro, iisdem quos supra diximus Patribus Cardinalibus et ss. Rituum .Congregationis maioribus officialibus adstantibus, suprema Nostra auctoritate decrevimus:** *Tuto procedi posse ad solemnem Beatae Mariae Bernardae Soubirous Canonizationem:* **et hoc quoque decretum in vulgus edi et in ss. Rituum Congregationis acta referri mandavimus. Quibus omnibus uti supra peractis, ut constitutus a Praedecessoribus Nostris in tanti momenti negotio ordo servaretur, venerabiles primum fratres Nostros S. R. E. Cardinales, ad diem elapsi mensis Octobris decimam sextam, in Consistorium secretum apud Nos convenimus; in quo, uti de more, a dilecto filio Nostro quem supra memoravimus Camillo Cardinale Laurenti, compendiosa narrazione praehabita de vita-, virtutibus et miraculis tum Beatae M. Bernardae Soubirous, tum Beatae Ioannae Antidae Thouret, Virginum et de actis universis, quae in earundem causis Beatificationis et Canonizationis ipsa Sacra Rituum Congregatio admisit iam et adprobavit, singulorum Cardinalium adstantium suffragia exquisivimus et excepimus; atque suam iidem Cardinales aperuerunt sententiam: ad solemnem videlicet deveniendum esse Beatarum illarum Canonizationem. In Consistorio vero publico, quod undevicesima eiusdem mensis die in Aula supra Basilicae Vaticanae Porticum est habitum, dilecti filii Consistorialis Aulae Nostrae Advocati, Augustus Milani de Beata Maria Bernarda, et Vincentius Sacconi de Beata Ioanna Antida, brevem orationem dixerunt et pro earum Canonizatione de more institerunt; Nos autem Beatis illis altarium honores etsi avere vehementer dixerimus, attamen ut omnia, gravissima in hac causa, de more servarentur, pontificalem sententiam Nostram, falli nesciam, non ante edituros diximus, quam in proximo Consistorio** *semi-? publico* **Purpurati Patres, iterata vice, et omnes, qui adituri sint, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, et Abbates** *nullius* **suam quisque Nobis**

aperuerint mentem; ac interea universos Christi fideles, ut "Nobismet ipsis a spiritu Sancto Paraclyto superni luminis copiam impetrare ne desistant¿ enixe adhortari sumus.

Iussimus itaque ut unicuique venerabilium quos supra diximus fratrum commentaria mitterentur BB. Virginum Mariae Bernardae Soubirous et Ioannae Antidae Thouret vitae, virtutum et miraculorum, nec non actorum in earum Causis, ut, re cognita ac perpensa, suam possent ferre sententiaiu et Nobis communicare; ad diem autem p. e. mensis Novembris decimam eos omnes in Consistorium *semipublieum* **coram Nobis in Vaticanis Aedibus ad hunc finem convocavimus; ipsosque allocuti sumus et quid de propositis causis sentirent ac Nobis significare vellent rogavimus. Singulorum suffragiis itaque collatis, vehementer laetari sumus in idem, quod Nosmet ipsi, omnes consentire, summos nempe sanctitatis honores Beatis illis Nos sine cunctatione decernere posse; eoque vel magis gratulati, quod hoc Nobis peragere contingat piaculari hoc anno divinae humani generis Redemptionis memoriae peculiariter dicato. Diem igitur octavam proximi Decembris mensis, Deiparae Immaculatae Conceptioni sacram, Beatae Mariae Soubirous Canonizationi, favente Deo, in Basilica Vaticana celebrandae praefiximus; Canonizationi vero Beatae Ioannae Antidae Thouret quartamdecimam diem proximi ineuntis anni Ianuarii mensis praestituimus. Interea adstantes omnes et universos christifideles summopere hortati sumus, ut in tanti ponderis negotio divini luminis gratia ne Nobis desit, ferventes ad Deum funderent precationes. De quibus omnibus ut publicum instrumentum confluerent, dilectos filios Protonotarios Apostolicos, qui aderant, sueta forma rogari, curavimus.**

Cum ergo auspicatissima a Nobis praestituta Nunciae Immaculatae Virginis Caelitum honoribus decernendis dies advenerit, complures •tum saecularis tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Vaticanam Basilicam, magnificentissime ornatam et maxima populi frequentia stipatam, convenerunt; iisque devota supplicatione]>raeeuntibus, et Nos in illam solemni pompa ingressi sumus; atque, adorato Ss. Eucharistiae Sacramento, ad Nostram perreximus cathedram, ibique sedimus. Tunc dilectus filius Noster Camillas Cardinalis Laurenti, Ss. Rituum Congregationis Praefectusj et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque instanter detulit, ut Nos catalogo Sanctorum D. N. Iesu Christi adseriberemus Beatam Mariam Bernardam Soubirous eamque uti Sanctam ab omnibus christifidelibus venerandam >esse pronunejaremus. Quod quidem cum iterum

ac tertio, *instantius* **scilicet et** *in-staniissime,* **idem Cardinalis per eundem Consistorialis Aulae Advocatum postulasset, superno Sancti Spiritus lumine iterum ferventiusque implorato, Nos, uti catholicae Ecclesiae supremus Magister, falli nesciam sententiam in haec verba protulimus: « Ad hono« rem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et « christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, « Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, matura deliberatione « praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium fratrum «Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, « Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe exsistentium consilio, beatam** « MARIAM BERNARDAM SOUBIROUS SANCTAM **esse decernimus et definimus, « ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia universali illius « memoriam quolibet anno, die eius natali, nempe die decimasexta Aprilis, «inter sanctas virgines pia devotione recoli debere. Incornine Patris et Filii « et Spiritus Sancti. Amen ». — Qua Canonizationis formula ita per Nos ex cathedra sollemniter pronunciata, oblatis Nobis a praefato Advocato Consistoriali, eiusdem Cardinalis Procuratoris nomine, precibus annuentes, Decretales has sub plumbo Litteras Apostolicas de eadem Canonizatione expediri decrevimus; a Protonotariis vero Apostolicis ad perpetuam eius memoriam instrumenta confici iussimus. Omnipotenti insuper Deo ob praeclarum hoc beneficium gratias una cum universo adstante populo ex animo egimus, ac dein primum novensilis Sanctae a Deo Ipso patrocinium invocavimus, ac plenariam postea indulgentiam omnibus praesentibus peramanter impertiti sumus. — Sacrum deinde solemni ritu htavimus, atque post evangelicam lectionem homilia clerum populumque allocutio breve Sanctae Mariae Bernardae praeconium teximus, quod quidem in Immaculatae Virginis laudem et decus redundare consulto voluimus, quippe quae illam innocentissimam puellam ita materno animo adamavit ut se illi conspiciendam dederit, eidemque, etsi humillimae ovium custodi, munus concredere et suas efíerendi glorias et homines ad paenitentiam revocandi. « Cupimus praeterea — inquimus — incensas ad Immaculatam Dei Matrem eiusque famulam dilectissimam admoveri preces pro catholico orbe universo; ut omnes nimirum, per huius Anni Sancti decursum, divinae Redemptionis muneribus fruantur, quae Christus Dominus nobis suo sanguine acquisivit; ut omnes demum illam assequantur, quam mundus dare non potest, pacem, quaeque recti ordinis tranquillitate nititur studiosaque christianorum praeceptorum observantia. Faxit utique Deus, deprecatrice Immaculata Virgine Maria eiusque fidelissima ancilla Bernarda Soubirous, ut Redemptionis suae fructus in nobis iugiter sentiamus, per Christum Dominum nostrum. Amen -» .—Qua homilia a Nobis perfecta, alteram adstàn-**

tibus cunctis impertivimus apostolicam benedictionem una cum suetis indulgentiis; et, favente Deo, pontificale Sacrum perfecimus.

Nos itaque, dum divinae absolvimus Bonitatis consilia, commoto animo spiritales illas perpendimus divitias, quas Deus ipse tam largiter hominibus bonae voluntatis dispensat.Iubilari namque hocce anno, quem Nos humanae Redemptionis memoriae undevicies seculari dicatum voluimus, benignissimus Redemptor noster non peccatorum tantum veniam nobis concedit et pacem, verum etiam ad sanctitatis perfectionem multiplicibus nos provocat invitamentis. Nonne revera sanctitudo est pulcherrimus Redemptionis fructus? En hodie Nobis nivalem redimire frontem datum est rudis olim puellae, quam mundus oblivioni haud dubie designabat. Sed Dominus noster Iesus Christus, qui vicit mundum, continenter quae stulta sunt mundi eligit ut confundat sapientes, et infirma mundi eligit ut confundat fortia. Qua quidem clarissima summae luce iustitiae collustrata, Beata triumphat Angelorum Sanctorumque omnium Regina, cuius ab omni labe immunis Conceptionis dogma quod Ille per suum in terris Vicarium ante sancierat mirifice dein per indoctam et simplicem puellam confirmavit, *Nunciawi* **factam misericordiarum suarum, quas per omnipotentem Matris suae deprecationem cunctas nobis largiri dignatur. Férvidas ergo, quaesumus, pro Nobis et universa Christi Ecclesia ad Immaculatam Deiparam admoveat preces Sancta Maria Bernarda, sanctarum Virginum fastis hodie a Nobis inserta. O felix terra, quae talem ac tam pulchrum protulit sanctitudinis florem! O felix Nivernensium Sororum Sodalitas, quae floris istius religiose suavissimum servat odorem! O felix Catholica Ecclesia, cuius auctoritati nullo unquam tempore desunt sanctitatis testimonia!**

Omnibus itaque quae inspicienda erant rite perpensis, certa scientia, universa et singula, quae antea memoravimus, Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramos atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Volumus insuper ut harum Litterarum Decretalium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hiscemet praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere vel eis temerario ausu contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio, die octava Decembris mensis, in festo Immaculatae Conceptionis B. M. V., Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



8 3 *Ego* IANUARIUS **Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DLJBELMONTE, **Decanus Sacri Collegii.**

£g **Ego** MICHAEL **Episcopus Tusculanus Cardinalis** LEGA.

£ 8 Ego DONATUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SBARRETTI.

£g **Ego fr.** THOMAS PIUS **Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis** BOGGIANL

£ 8 Ego ALOISIUS **Episcopus Praenestinus Cardinalis** SINCERO.

£g Ego HENRICUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** GASPARRI.

Ego PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **S. R. E. Camerarius.**

Ego CAIETANUS **tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis** BISLETI.

Ego ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas, Presbyter Cardinalis** LOCATELLI.

Ego IOANNES BAPTISTA **tituli S. Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis** NASALLI ROCCA DE CORNELIANO.

Ego IOSEPH **tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano Presbyter Cardinalis** MOBI.

Ego ALOISIUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** CAPOTOSTI, **Datarius.**

Ego LAURENTIUS **tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis** LAURI, **Maior Paenitentiarius.**

Ego fr. ALEXIUS HENRICUS **M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LEPICIER.

Ego PETRUS **tituli S. Mariae Transtiberini Presbyter Cardinalis** SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS **tituh Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI¿

Ego FRANCISCUS **tituli** S. **Mariae Novae Presbyter Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego fr. RAPHAEL CAROLUS **tituli** S. **Praxedix Presbyter Cardinalis Rossi.**

Ego IULIUS **tituli** S. **Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis** SERAFINI.

Ego PETRUS **tituli** S. **Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI-BIONDI.

Ego CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

Ego FRANCISCUS S. **Caesarei in Palatio Diaconi Cardinalis** EHRLE.

Ego ALEXANDER S. **Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

Fr. TH. PIUS O. P. Card. B OGGI AN I *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS Card. LAURENTI *S. B. C. Praefectus.*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Gane. Apost. Adiutor a studiis.*

Alfridus Marini, *Scriptor Apostolicus.*

EXPEDITA

die undecima mensis Februarii, anno duodecimo

Alfridus Marini, *Plumbator.*

Reg. in Cane. Ap., vol. XLIX, n. 45. - **G. Stara Tedde.**

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE ABBATIA SANCTI HIERONYMI IN URBE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter praecipuas incliti Ordinis Sancti Benedicti laudes semper habita est sacrarum litterarum eruditio atque doctrina; quam quidem laudem ipsi agnoverunt Decessores Nostri f. r. Pius X et Benedictus XV, qui munus Vulgatae editionis Bibliorum emendandae huic Ordini, peculiari Commissione ad opus constituta, tradere voluerunt. Eiusmodi autem Commissionis studia ac labores Nos quoque ab initio libenti animo prosecuti, curam et sollertiam plane exploravimus, qua ipsa, omnibus sedulo antea pervestigatis, prima duo volumina de integro edidit et alia duo proxime edenda apparavit.

Quo autem novos operi feliciter incepto stimulos adiiciamus ac peculiare benevolentiae Nostrae testimonium Ordini S. Benedicti exhibeamus, monasterium Sancti Hieronymi in hac alma Urbe erigere statuimus, ut quaedam ibi monachorum familia, religiosam tuens disciplinam et magnifico sacrorum rituum splendore huic Ordini assueto divinis laudibus vacans, munus Vulgatae rursus edendae perficere possit.

Quapropter apostolica Nostra auctoritate monasterium Sancti Hieronymi in Urbe erigimus, idemque in locum Commissionis Vulgatae emendandae sufiicimus, atque in abbatiam Sanctae huic Sedi immediate subiectam evehimus; ac simul statuimus, ut praefata abbatia dominio et potestati Apostolicae Sedis in perpetuum obnoxia sit, ita ut Vulgatam emendandam curare pergat et alia studia, quae in posterum Nobis vel Successoribus Nostris committere eidem placuerit, peragere queat.

Ut autem nova abbatia, sicut antea Pontificia Commissio, cui sufficitur, naturam instituti scientiis excolendis dicati conservet, volumus equidem, ut ea monachis iam professis semper constet; qui ne umquam deficiant, ipsam tamquam filialem coniungimus cum abbatia Ss. Mauritii et Mauri Claravallensi, e Congregatione S. Petri de Solesmis, cuius profecto studium in regulis sequendi» fiorentemque statum penitus perspectum habemus. Ea igitur, quae sequuntur, constituimus et decernimus:

I. Abbatia Claravallensis e suo gremio religiosos viros ad tempus seiunget, qui S. Hieronymi efforment famulam, cuius monachi chorales, dum rerum adiuncta siverint, ad quadraginta numero esse poterunt; et Abbatis Claravallensis munus erit, pro suo erga Christi Ecclesiam studio, apparandi in posterum monachos, qui ad abbatiam filialem, ut necessitas postulaverit, mittantur quique ex sodalibus sacrae doctrinae colendae aptioribus deligantur. Monachi autem, qui S. Hieronymi conventum constituerint, ad abbatiam Claravallensem, ut antea, pertinebunt, et in Abbate huius coenobii eligendo suffragia ferent. Abbas vero Claravallensis, quotiens opportunum censuerit, ha-ud inscia Apostolica Sede, eos ad se revocare poterit.

II. Monasterio S. Hieronymi praesit Abbas qui a Summo Pontifice eligatur, proponente Abbate Claravallensi virum qui studiis dirigendis tuendaeque disciplinae maxime idoneus videatur. Qui S. Hieronymi Abbas, in monachos tempore quo ibi commorantur, iurisdictione ordinaria polleat inque eorum moderamine adiutores a se ipso designandos adhibeat Priorem, Subpriorem aliosque ordinarios adjooinistros nec non quosdam consiliarios quos, partim ipse, partim conventus eligat. Quoad munere fungetur Abbas S. Hieronymi suae primigeniae Congregationis particeps esse desinet; attamen, post obitum, suffragiis precibusque huius

Congregationis fruetur, eademque pro eius religiosis viris defunctis ipse feret.

III. Abbas Claravallensis iure erit Visitator Apostolicus monasterii S. Hieronymi, quod cum alio Visitatore a Summo Pontifice designando quotannis inviset. Idem perpetuo gaudebit iure inspiciendae proband aeque administrationis bonorum, quorum partem, ad necessaria vitae spectantem, ipse per se administrabit, partem vero ad studiorum utilitatem pertinentem Abbas S. Hieronymi curabit.

IV. Denique abbatia S. Hieronymi sequetur constitutiones et monasticae vitae usus quos sequitur Congregatio S. Petri de Solesmis, unde ipsa Ss. Mauritii et Mauri Claravallensis abbatia ortum ducit, salvis mutationibus quae immediata Sanctae Sedi subiectio exigit, et iis quae supra decreta sunt, nec non ceteris, quae ad finem huius monasterii proprium peculiari quodam Statuto proxime definientur.

Ad quae autem omnia exsecutioni mandanda dilectum filium Fidelem de Stotzingen, Ordinis S. Benedicti Abbatem Primatem, deputamus; cui propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates tum omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu quomodolibet orituras, tum subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum; eique onus imponimus peractae exsecutionis actorum fidem authentica forma exaratam redigendi ut in novae abbatiae archivo religiose adservetur.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Quae denique per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus ac mandavimus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus; quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimotertio, die decima quinta mensis Iunii, in Festo SS. Corporis Christi, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. THOMAS PIUS O. P. Card. B OGGI AN I
Cancellarius S. B. E.

Humbertus Benigni, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol XL VI II, ». 30.- **G. Stara Tedde.**

LITTERAE APOSTOLICAE

VENERABILES SERVI DEI ROCHUS GONZALEZ DE SANTA CRUZ, ALFONSUS RODRÍGUEZ ET IOANNES DEL CASTILLO, OMNES E SOCIETATE IESU PRESBYTERI BEATI RENUNTIANTE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dei viventis militum, qui martyres Iesu Christi in propaganda tuendaque Evangelii veritate coronam incorruptibilem in regno caelorum sibi compararunt, seriem nulla unquam conclusit aetas, atque eorumdem mirabiles historiae, a primis Ecclesiae saeculis ad recentiora usque tempora, novis semper titulis effulgent. At cum sanguis martyrum semen sit christianorum, semen illud effusum ad barbaras gentes Evangelii lumine inlustrandas uberrime et agrum Domini abunde fecundat.

Id nimirum xvii saeculo ineunte apud Americae meridionalis gentes — nunc tam religiosis sensibus inditas — etiam evenit, opera Venerabilium Dei Servorum Rochi Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo, qui, martyres Rioplatenses, veterum Christi apostolorum facinora aemulati, atrocissima quaeque pro Iesu pati, ipsamque cruentam vitae iacturam facere, ita suo sanguine Evangelii praedicationem obsignantes, minime dubitarunt. In amplissimo itaque meridionalis Americae territorio, quod, fluminibus de Paraná, de Paraguay ac de Uruguay nec non horum magno numero aflluentibus circumscriptum, nunc ad Argentinam, Brasilianam, Paraquariensem atque Uruquariensem respublicas pertinet, iidem Venerabiles Servi Dei suos apostolicos diuturnos labores mirifice sustinuere evangelizantes Indos, ipsosque barbaros adhuc vagosque per montes ac silvas ad oppida reducentes, iuxta constituta et consuetudines missionarias alumnorum Societatis Iesu, quae illis in regionibus non modo de religiosa re sed de ordine quoque sociali et civili optime est merita. Eorundem autem Dei famulorum veluti dux et magister Rochus Gonzalez de Santa Cruz iure censetur. Ipse Assumptione in urbe, quae praecipua etiam tunc erat civitas in finibus de Paraguay, anno MDLXXVI **nobili genere natus, christianis virtutibus, castitate praesertim, in exemplum puer adhuc enituit, et vix adulescens eremiticam etiam vitam petere, sed perperam, conatus est, parentibus cognatisque redàrguentibus. Curriculo expleto studiorum, sacerdotio auctus, spretis commoditatibus et**

honoribus, antea in regiones fluminis superioris Paraguay ad Indos ibi degentes catechizandos se contulit, dein yero ministerium paroeciale naviter gessit templi cathedralis Sanctissimae Assumptionis; at postea dioecesis suae Curator et Vicarius generalis electus munere ipso se abdicavit, atque ut ad maiorem Dei gloriam adlaboraret impensiore studio et caritate, anno MDCIX **Societatem Iesu ex inopinato, sed feliciter, ingressus est. Vix sex post menses in novitiatu transactos iam Rochus missioni Guaycuruum trans ripam fluminis Paraguay destinatur, atque ex tunc usque ad gloriosum obitum per viginti circiter annos missionarium munus ea animi fortitudine eoque caritatis impetu continenter exercuit, ut vix credas mortali homini tantum roboris animi suffecisse tot aerumnis laboribusque perferendis. Anno** MDCxn **ad Missionem Sancti Ignatii de Paraguay missus,, in perficiendo oppido temploque in exstruendo ipse Dei Servus architectus, faber, lignarius et coementarius, sicuti etiam postea, factus plurimum laboravit, sed maiorem etiam operam in Indos christiana lege educandos insumpsit: idque non modo in locis** *reduetkmi,* **uti aiunt, sive oppido S. Ignatii finitimis, sed in tota quam attingit flumen de Paraná regione, ubi oppida plura vel Missiones constituit, inter quae memoratu dignum oppidum apud Itapuanos, cum in oppido ipso seu in reductione de Itapuà anno** MDCXIX **religiosam Societatis professionem sollemnem tandem nuncupaverit. Mense Octobri eiusdem anni millesimi sexcentesimi ac noni decimi, iussu Provincialis, Missiones de Uruguay condendas aggreditur; proindeque difíicilümis itineribus in inexploratas eatenus regiones se confert, Uruquarienses dictas a flumine de Uruguay, easque ad mortem usque excolit. Oppidulis nuncupatis a Conceptione de Uruguay, a S. Nicolao de Piratinì, a S. Francisco Xaverio de Yaguaraiti, a Candelaria de Caarapà, ab Assumptione de Yjuhì, a Regibus Magis de Yapeyu fundatis, ea sollicite visitât et curat, eaque omnibus ecclesiasticis facultatibus, et civilibus etiam post annum** MDCXXVI, **munitus, omni contentione provehit, adhibita sollertissima opera sociorum, quos provincialis Societatis Iesu moderator eidem mittit. Nam post aliquos alios sanctum ad barbaros Indos Evangelium praedicatores Venerabilis Dei Servus ultimis suae vitae temporibus socios quoque habuit Alfonsum Rodríguez et Ioannem dei Castillo. Ambo prae Rocho aetate multo iuniores, in Hispania orti, — Xnimus enim in dioecesi Zamorensi anno** MDXCVHI, **alter Conchensis dioecesis in oppido « Belmonte » anno** MDXCVI **natus est — in Hispania adhuc adulescentes in Societatem Iesu adlecti sunt; ambo, iam anno millesimo sexcentésimo sexto decimo ad urbem Cordubensem in America missi, ibi perfuncti studiis et sacerdotio aucti, urgente caritate Christi, arduas illas periculosasque missiones, quas Venerabilis Rochus moderabatur, expe-**

tierant. Alfonsus Rodríguez nitidissimi animi candore fulgens, Iesu Christi passionem multis effusis lacrimis recolebat, fervidissimo in Deum et in proximum amore aestuabat. Neque minori morum innocentia enitebat Ioannes dei Castillo, nec minori ferebatur caritatis studio pro adducendis ad Iesum Christum indigenis, quorum iura et causam etiam contra colonos oppressores, ad exemplum venerabilis Rochi, fortiter defenderat. Eum Venerabilis Rochus, in Indorum de Caarò fines iter faciens, ex oppidulo S. Nicolai translatum, Missioni ab Assumptione de Yjuhi nuncupatae, recens conditae, praeficit; dein desiderio Indorum memoratorum ut satisfaceret, una cum Alfonso Rodríguez Omnium Sanctorum de Caarò reductionem sive oppidum, quod ultimum est seu septimum inter missionalia Oppidula a Venerabili Rocho in finibus Uruquariensibus constitutum, die prima m. Novembris an. MDCXXVITI **fundavit. Sed iam mors imminebat martyribus! Maleficus enim quidam eius regionis princeps, nomine** *Niezú,* **odio abreptus in Christi praecones, qui per sanctissimam Evangelii doctrinam Indos a magicis erroribus et a moribus inhonestis retrahebant, sicarios minis territos mittit, qui novos missionarios caede interimant, sacraque eorum omnia vastent. Ipsiusmet mensis Novembris die decima quinta, post Missam, Venerabilis Rochus, dum e trabali stipite cymbalum rituale appendit, ex improviso a proditore lapideae securis ictu percussus, disrupto capite occubuit. Socius Alfonsus, externo clamore excitatus, dum. e sacello ad iam demortuum Rochum accedere conatur, lethalibus vulneribus acceptis in ipso ecclesiolae limine examinatus procidit. Utriusque martyris tum corpora discerpta una cum ecclesia, direptis quoque et profanatis sacris supellectilibus, comburuntur. Caedem interea idem Niezú inferendam Ioanni dei Castillo suis sicariis mandat, qui illum die Novembris decima septima a tergo aggressi devinciunt, fustibus caedunt, morte afficiendum decernunt. Tunc Ioannes dum per aspera cru déliter raptatur saxisque contenditur, sui finis explorata causa, Iesum pie invocat, in ultimo vitae discrimine ad caelum cor erigit, donec lapidibus obrutus tandem exspirat. Corpus vero eius, f eris dilatandum frustra relictum, flammis postea datnm est. Post Venerabilium Servorum t)ei occisionem, multi ex. indigenis regionis illius non sine periculo vitae sacras exuvias repetunt, easque ad Candelariam deferunt in duabus sindonibus bene compositas; quae postea ad Conceptionem missae, inibi sollemniter receptae fuere. Qua re cum martyrii statim vulgata fama magis magisque in dies in populo invaluisset, summisque etiam honoribus relliquiae Servorum Dei in oppidum a « Conceptione » nuncupatum allatae, tanquam relliquiae martyrum Christi in odium fidei peremptorum pie devoteque habitae ac servatae fuerint, de honoribus Beatorum Martyrum eisdem**

Venerabilibus Dei Famulis tribuendis causa inchoata est, ita ut iam anno MDCXXIX **in Curia Bonaerensi, cuius antiquos intra fines gloriosum heroum agmen obtinuerat coronam, processus Ordinarii adornati sint. Sed plures ob rationes postea causa diu siluit, deperditis quoque interim tribus informati vis processibus iam Romam transmissis, qui tantum nuperrime una cum aliis, numero et pondere gravissimis, documentis coaevis inventi sunt. Novo proinde super fama martyrii Servorum Dei peracto in archiepiscopali Curia Bonaerensi processu, et praehabito studio Sectionis Historicae Sacrae Rituum Congregationis, Nos ipsi omnibus rei momentis attente perpensis, die xni m. Iulii an.** MCMXXXH **introductionis Causae Commissionem manu propria obsignavimus. Iuxta proinde novissima praescripta, loco apostolici processus, ab eiusdem Historicae Sectionis consultoribus accuratissima trutina, iterum omnia quae ad causam spectabant documenta sunt excussa ac probata. Antepraeparatorio postea coetu die xxv m. Aprilis an.** MCMXXXIII, **et Praeparatorio die xin m. Iunii insequentis habitis, Generalis Conventus coram Nobis die xxvm m. Novembris, eodem anno, coactus est, et cum profecto constiterit trium eorundem Servorum Dei internecionem apprime evenisse in odium catholicae rehgionis et solam christianam Fidem fuisse causam illius, Nos sollemni decreto die in m. Decembris novissime praeteriti de Martyrio et causa martyrii Rochi Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo constare declaravimus. Super signis sive miraculis de more dispensatum est pro Venerabili Ioanne dei Castillo, indulta quoque, quatenus opus sit, dispensatione pro aliis duobus Dei Famulis. Cum igitur de martyrio martyriique causa constaret, illud supererat ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an tuto procedi posse censerent ad sollemnem eorumdem Dei Servorum beatificationem. Hoc praestitit dilectus filius Noster Alexander Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Verde, Causae Ponens seu Relator, in generali Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis in Vaticanis Aedibus habita die xvin m. Ianuarii volventis anni** MCMXXXIV, **omnesque tum Cardinales tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero die tantum xxv huius mensis Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et praedicto Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Salvatore Natucci, Fidei promotore generali, nec non Alfonso Carinci, memoratae Sacrorum Rituum Congregationis secretario, sollemniter ediximus** *tuto* **procedi posse ad ipsorum Dei Famulorum beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti cleri populique Rerumpublicarum Argentinensis, Brasiliensis, Paraqua-**

riensis atque TJruquariensis, nec non sodalium omnium e Societate Iesu, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut iidem Venerabiles Dei Famuli Rochus Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsus Rodríguez et Ioannes dei Castillo, omnes e Societate Iesu presbyteri, *Beati* **in posterum appellentur, eorumque Martyrum Rioplatensium corpora et relliquiae, si quae supersint, publicae proponantur venerationi, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines eorum Servorum Dei radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus ut de eisdem Beatis quotannis Officium recitetur de Communi plurimorum Martyrum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, ac Missa pariter celebretur per Nos item adprobata, servatis Missalis et Breviarii Romani rubricis, dumtaxat tamen in dioecesibus Rerumpublicarum quas supra diximus nec non in templis seu sacellis ac domibus ubique terrarum sitis le^u Societatis, cuius ipsi Dei Famuli fuerunt sodales, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus continentibus ad templa sive sacella in quibus Beatorum eorundem festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia eorundem Servorum Dei peragantur, servatis servandis, in praedictis dioecesibus atque in templis seu sacellis ac domibus, quae memoravimus, die per respectivam Ordinarium vel Ordinis praelaudati moderatorem designando, infra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretam Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint et Praefecti eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis signification!, hisce Litteris ostensio haberetur.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvnx mensis Ianuarii, an. MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER ALFREDI ROSENBERG-, OUI TITULUS «DER MYTHUS DES **20.** JAHRHUNDERTS ».

Feria IV, die 7 Februarii 1934

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Der Mythus des 20. Jahrhunderts (ALFRED ROSENBERG).

Liber omnia Ecclesiae catholicae dogmata, imo et ipsius religionis christianae fundamenta spernit ac penitus reiicit; necessitatem propugnat novam religionem seu ecclesiam germanicam instituendi et principium enuntiat «novam hodie exsurgere mythicam fidem; fidem mythicam san? guinis; fidem, qua creditur etiam divinam hominis naturam sanguine posse defendi; fidem scientia clarissima suffultam, qua statuitur septentrionalem sanguinem illud repraesentare mysterium, quo antiqua Sacramenta suffecta sunt ac superata ».

Et sequenti Feria V, die 8 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 9 Februarii 1934.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

DECRETUM

DAMNATUR LIBER ERNESTI BERGMANN, CUI TITULUS « DIE DEUTSCHE NATIONALKIRCHE ».

Feria IV, die 7 Februarii 1934.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Die deutsche Nationaïkirche (ERNST BERGMANN).

Auctor religionem christianam, factum revelationis, necessitatem Redemptionis per Iesum Christum Crucifixum et gratiae divinae denegat; religionem vero christianam et speciatim catholicam tantummodo creationem culturae semiticae et romanae ideoque indoli germanicae oppositam esse affirmat. Insuper asserit auctor Vetus Testamentum iuventuti germanicae esse periculo morali, conceptum charitatis christianae degenerationem populorum secumferre, utpote quae infirmorum ac physice debilium curam gerit simulque prolis generationem ipsis permittit; sanguinem et genus, vulgo « Rasse », exhibet ac propugnat tanquam unicum elementum progressus culturalis; novam religionem instituendam censet, fidei in Deum personalem substituendo atheismum purum seu pantheismum. Auctor praeterea exaggeratum et omnino radicalem nationalismum defendit, doctrinae necnon culturae christianae prorsus contrarium.

. Et sequenti Feria V, die 8 eiusdem mensis et anni, Ssmus D.'N.- D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 9 Februarii 1934.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

DE CONSISTORIO SEMIPUBLICO AD EXQUIRENDA SUFFRAGIA PRO CANONIZATIONE BEATORUM IOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO ET CONRADI A PARZHAM, CONFESSORUM. ATQUE BEATAE TERESIAE MARGARITAE REDI, VIRGINIS.

Habitis iam de more Consistoriis, tum secreto, tum publico die quinta/ huius mensis in palatio Apostolico Vaticano, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI die decima secunda currentis mensis Martii, Consistorium semipublicum fieri decrevit, in quo exquiret Episcoporum sententiam pro canonizatione beati Iosephi Benedicti Cottolengo, confessoris sacerdotis, fundatoris Parvae Domus a divina Providentia, beati Conradi a Parzham, confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, et beatae Teresiae Margaritae Redi a S. Corde Iesu, Virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum. Quapropter Ssmus Dominus praescribit ut omnes Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati et Abbates *nullius,* **qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam tempestive petant, praefato Consistorio intersint, suffragium suum edituri et solemni canonizationi, si in eodem Consistorio indicta fuerit, adsistant suo tempore. Ceteros vero Antistites de his quae supra memorantur certiores reddit, laetus quidem si qui ad eumdem finem romanum iter suscipere velint. Ne autem frequentibus itineribus nimium graventur Ordinarii locorum, Sanctitas Sua benigne indulget ut qui, sive occasione Consistorii Romam convenerint, sive saltem uni ex praefatis solemniis adfuerint, proxima vice ab obligatione sacra Limina visitandi eximantur.**

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 6 Martii 1934.

Fr. RAPHAEL **C. Card. Rossi,** *a Secretis.*

L. £g S.

V. Santoro, *Adsessor.*

MONITUM

Rmi Archiepiscopi et Episcopi qui, iuxta praecedens Sacrae Congregationis Consistorialis convocationis decretum, Romae semipublico Consistorio pro Canonizationibus vel sacris Canonizationum solemniis intererunt, quamprimum Adsessori Sacrae Congregationis Consistorialis *(Palazzo della Cancelleria, Piazza della Cancelleria, 1 - Boma-116)* et subscripto Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto *(Piazza Capranica, 93 - Boma-120)* per epistolam significent quo circiter die venturi sunt, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas et intimationis pro Consistorio vel Canonizationibus tempestive accipere possint.

Ne vero Apostolici cursores in schedularum distributione ancipites haereant de Episcoporum domiciliis, oportet ut ipsi Archiepiscopi et Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

Iidem Antistites secum, défèrent vestes praelatitias 1 aneas violaceas, cum mantelleto pariter laneo violacei coloris, biretum, rochetum et cappam laneam violaceam cum pellibus armellineis pro Consistorio.

Pro sacris vero Canonizationum sollemni is, Praesules défèrent amictum, mitram ex linea tela alba et unum pluviale simplex e lamina sin minus ex serico damasceno coloris diei solemnitatis.

xintistites autem cardinalitia dignitate praeful gen tes, vestes cardinalitiae *violacei* coloris et cappam *violaceam* cum pellibus armellineis pro Consistorio habebunt. Pro sollemniis autem!Canonizationum induent. vestes cardinalitias *rubri* coloris, calceos rúbeos, amictum, planetam opere phrygio aureo distinctam, mitram serico-damascenam. Cappellani caudatarii induent vestem sericam violaceam cum crocea lanea violacei pariter coloris, superpelliceo et vimpa.

Praesules ad Ordines vel Congregationes religiosas pertinentes quoad rochetum et qualitatem ac colorem vestium consuetum morem servabunt.

Die 6 Martii 1934.

De mandato Ss.mi D. N. Papae

L. © S.

CAROLUS RESPIGHI,
Protonot. Ap., Caerem. Praefectus*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

13 Ianuarii 1934.— **Cathedrali ecclesiae Pesqueirensi praefecit R. P. D, Adalbertum Sobral, hactenus Episcopum Barrensem.**

27 Ianuarii. — **Cathedrali ecclesiae S. Caroli Ancudiae, R. P. D. Raymundum Munita Eyzaguirre, parochum in civitate S. Iacobi de Chile.**

' *31 Ianuarii.* — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Oianensi, B. P. D. Franciscum Mariam Gieure, hactenus Episcopum Baionensem.**

1 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Pastopolitanae, E. D. Didaeum Gómez, Eectorem Seminarii dioecesis Manizalensis.**

2 Februarii. — **Ecclesiae Cathedrali Octeriensi, R. D. Hyginum Serci, Canonicum Paenitentiarium ecclesiae metropolitanae Calaritanae.**

3 Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Nazianzenae, E. D. Bernardum Bertoglio, Praepositum parochum S. Bartholomaei, in oppido Trino, archidioecesis Vercellensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Aloisii Cardinalis Sincero, Episcopi Suburbicarii Praenestini.**

10 Februarii 1934. — **Cathedrali Ecclesiae Trentonensi, B. D. Moysen Kiley, Antistitem Urbanum, Directorem spiritus in Pontificio Collegio Americano Statuum Foederatorum, Bomae.**

— **Cathedrali Ecclesiae de Amarillo, B. D. Robertum Emmet Lucey, parochum S. Antonii loco** *Long Beaeli.*

— **Cathedrali Ecclesiae Providentiensi, R. D. Franciscum Keogh, Vicecancellarium curiae dioecesanae Hartfortiensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Calyndensi, R. D. Guüelmum O'Brien Antistitem Urbanum, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Georgii Gulielmi Cardinalis Mundelein, Archiepiscopi Chicagiensis.**

III

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Augustam Vindelicorum. Quam designationem Sacra Congreg. Consistorialis die 23 Ianuarii 1934 adprobavit.

Item R. P. D. Thomas Williams, Archiepiscopus Birmingamiensis, designavit ad eumdem effectum tribunal Ordinarii Liverpolitani. Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis die 9 Februarii 1934 benigne approbavit.

Pariter R. P. D. Eduardus Patritius Roche, Archiepiscopus Sancti Ioannis Terrae Novae, tribunaLOrdinarii Portus Gratiae. Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis die 16 Februarii 1934 benigne approbavit.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

FLORENTINA

CANONIZATIONIS B. TERESIAE MARGARITAE REDI A S. CORDE IESU, VIRGINIS MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ea est sanctae virginitatis praecipua laus, quod a terrenis rebus animum avocans, ad superna potenter erigat, atque fervidioris caritatis anheitu Deo coniungat: *Virgo,* enim, *cogitat quae Domini sunt.* Quod si virginesi In patria, veluti candida Agni corona, cantant *quasi canticum novum* quod nemo alius dicere potest; equidem et in terris ipso angelico, supra humanae naturae modum nitore vitae immaculati Agni laudes veluti suavi praeconio concinunt.

Huius angelicae vitae in terris mirabile elucet exemplum Beata Teresia Margarita a Sacro Corde Iesu, mystici Carmen' lectissimus flos.

Arretii in Hetruria a nobilibus piisque parentibus Ignatio Redi et Camilla Ballati die 15 Iulii mensis anno 1747 nata est puella, quae, non sine futurae vocationis praesagio, lustralibus baptismi aquis insequenti die, Beatae Mariae Virgini de Monte Carmelo sacra, mundata fuit, et Anna Maria vocata. Praevenit eam Deus gratia sua, et adhuc infans nihil optatius habuit, quam Ei in omnibus placere, et ad heroicam perfectionem pervenire. Decimum octavum vix attigerat annum, quum quasi Sanctae Teresiae instinctu in Florentinam Carmeliticam domum ingressa non tirunculam se exhibuit, sed in virtutibus omnibus, quae iam provectam monialem decent, prae ceteris eluxit. Sacris Carmeli Ordinis vestibus induta nomen Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu sibi imponi optavit. Margaritae nomen elegit, quia Margaritam Mariam Alacoque, veluti sui spiritus, magistram et apud Deum Patronam elegerat; « a Sacro autem Corde » addi quaesivit, quia se hostiam ad Sacratissimi Cordis Iesu honorem immolandam proposuerat. Quam caelesti Sponso sancta haec oblatio grata fuerit aperte ostendunt mirabilia dona quibus Teresia Margarita cumulata

fuit. Quae tamen et ipsa iugi tum innocentissimae carnis tum spiritus mortificatione, nec non summo quo tendebat studio ad omnes virtutes vel heroicas adipiscendas, rependebat, rigidas earmelitici Ordinis regulas ad unguem servando.

Sancte tirocinio expleto maximo sui animi gaudio solemnia vota a. 1766 nuncupavit. Novo veluti incitamento acta ad religiosam perfectionem continuo animum intendens, eius culmen sui victrix gloriose attigit. Sed iam caelo maturescebat. Die 7 Martii mensis anno 1770, annum agens vigesimum: tertium ad Sponsum evolavit.

Servatis de iure servandis Beatam Ssmus D. N. Pius Pp. XI die 9 Iunii mensis anno 1929 nuncupavit.

Quum autem postea nonnulla miracula, ea intercedente, a Deo patrata dicerentur, die 10 Decembris anno 1930 causa resumpta est, et Apostolica auctoritate in Florentina, Pratensi et Taurinensi curia adornati sunt processus etiam additionales, quos iuridico valore praeditos esse per S. R. C. decreta recognitum est.

Quum mira sanatio, quae Prati evenit, post Praeparatorium coetum, seposita fuisset, huic alia sanatio Sacrae Congregationis examini suffecta est. Duae itaque sanationes, quae Florentiae evenerunt delectae sunt. Altera puerum Laurentium G-arbagni respicit, altera Fulviam Razzi uxorem Ioannis Farsetti.

Laurentius, quadrimulus, acuta appendicite una cum abscessu et peritonaeali reactione diffusa afficiebatur. Gravissimus erat morbus quin immo ipsa nocte diei 31 Maii anno 1930 fere nulla sanationis affulgebat spes, uti concors erat duorum medicorum sententia, adeo ut necessariam chirurgicam operationem, sequenti mane peragendam edixerint.

Pueri mater firmissime B. Teresiae Margaritae intercessione confisa, particulam de eiusdem Beatae reliquus filioli pectori apposuit, ingeminatisque precibus huius sanationem imploravit. Paullo post puer placido somno correptus fuit. Sequenti mane pater, medicus, omnia morbi symptomata evanuisse invenit: quod ab aliis duobus medicis fuit eodem mane plene confirmatum. Curantes medici sine haesitatione sub iuramenti sanctitate sanationem miraculo tribuunt. Tres periti a Sacra Hac Congregar tione acciti, in medentium iudicium seu de morbi diagnosi et prognosi seu de supernaturali actione agnoscenda concorditer conveniunt.

Alterum miraculum in sanatione Fulviae Farsetti Razzi habetur. Mulier haec, annos nata septuaginta, die 8 Novembris mensis anno 1922 a veloci birota ad terram deiecta, fracturam colli sinistri femoris passa est cum totali capitis femoris seiunctione, unde artus paullisper decurtatus. Quum necessariae curationes adhiberi nequivissent, apta ossium coag-

mentatio perfici non potuit. Quare seu deformis callus efformatus est seu pseudoarthrosis, unde articulatio anatomice impossibilis: cui laesioni oedema et dolores addebantur. Hisce in conditionibus Fulvia septem per annos versata est sine ulla sanationis spe. Verum die 19 Novembris mensis anni 1929 dum corpus B. Teresiae Margaritae in ecclesia S. Paulini, quo fuerat translatum, publicae fidelium venerationi erat expositum, Fulvia ligneo sustentáculo et viro innixa, doloribus afflicta, ad ecclesiam accessit, et ad urnam in qua servatur Beatae corpus pervenit. Per decem horae momenta fervidissime oravit, dein genufiexit, surrexit et libere et expedite nullo fulcimento ambulavit, frequenti populo miraculum conclamante.

Peritorum unanimis est sententia de laesionis gravitate et insanabilitate nec non de miraculo.

De priori miraculo Antepraeparatoria Congregatio apud Emum Cardinalem Alexandrum Verde, Causae Ponentem, seu Relatorem, die 17 Octobris mensis elapsi anni habita est; de altero vero die 7 Iunii anno 1932. Praeparatoria autem comitia super hoc miraculo habita sunt dei 17 Ianuarii mensis anni elapsi. Die 5 Decembris mensis de utroque miraculo Praeparatoria Congregatio habita; cui die 18 mensis huius Generalis coram Ssmo D. N. successit. In qua Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Relator, dubium discutiendum proposuit: *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum edidere suffragium. Beatissimus vero Pater suam edere sententiam ad hanc distulit diem Conversioni B. Pauli Apostoli sacram. Quare Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario accitis, divina Hostia religiosissime lit ata, pronunciavit: *Constare de duobus miraculis Beata Teresia Margarita a S. Corde Iesu intercedente a Deo patratis,* nempe: *de instantánea perfectaque sanatione tum pueri Laurentii Garbagni ab appendicite acuta cum abscessu et reactione peritonaeali diffusa; tum Fìdviae Farsetti Razzi a reliquis abnormibus et gravibus fracturae colli femoris, sinistri artus functionalitatem impedientibus.*

Hoc autem decretum in acta S. R. C. referri et promulgari mandavit.

Die 25 Ianuarii anno Domini 1934.

C. Card. LAUREATI, *Praefectus,*

L. £g S.

A. Carinci, *Secretarius»*

II

SS. ASSUMPTIONIS

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII YEN. SERVORUM DEI ROCHI GONZALEZ DE SANTA CRUZ, ALFONSI RODRÍGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An stante approbatione martyrii et causae martyrii nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem emi. 2116 § 2, Codicis iuris canonici, **tuto** *procedi possit ad sollemnem eorumdem Venerabilium Servorum Dei beatificationem.*

Ineffabile redemptionis opus, quod tam multis mirabilibus peractum est mysteriis, magnifice in ara crucis effulsit, quum Eex martyrum Christus, dum doctrinam, quam praedicaverat, suo obsignavit sanguine, supremum nobis caritatis testimonium dedit, innocens pro peccatoribus monens. *Aspicientes* **autem** *in auctorem fidei et consummatorem Iesum* **(Hebr. 12, 2), innumeri per decurrentia saecula martyres ultro ei reddidere nobile sanguinis testimonium. Quo dum pio cruore, veluti regia purpura, Mater Ecclesia, Christi sponsa, rutilât, simul mirifice Crucis Domini virtus exaltatur, a qua** *martyrium sumpsit omne principium* **(Miss. fer. V post Dom. III in Quadrag.). Merito igitur gratuiandum quod, vertente hoc anno prae omnibus sacro, quo peractae redemptionis mysterium undevicies centenaria sollemnitate celebratur, novi Martyrum catalogo fortissimi inscribantur héroes, qui vitam pro Christi fide dilatanda fortiter profundere.**

Hi sunt Rochus Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsus Rodríguez et Ioannes dei Castillo, omnes sacerdotes, Societatis Iesu Sodales, qui saeculo decimoséptimo, dum silvestres Indorum tribus in America meridionali apostolica evangelizabant caritate, a barbaris illis crudeliter interfecti sunt. Quorum si pretiosa fuit mors, et praenobilis exstiterat vita.

Rochus Gonzalez, in urbe Assumptione Paraquariensi nobili genere anno 1576 natus, adolescentiam innocentissime emensus, ac sacerdotali ministerio sanctissime in sua dioecesi perfunctus, postquam Societati Iesu, raesertim ad vitandos honores, nomen dedit, eo impenso studio ad lucrandas Christo silvicolarum animas fiagravit, ut apostolici viri laudem prae primis sit assequutus. Nullis enim fatigatus laboribus, nullis periculis terrítus difficillima itinera ad inexploratas regiones suscepit, ut miseras illas barbaras tribus ad Christi lumen adduceret. Eique maxime vertit laudi,

quod non pauca ex illis oppidis condiderit, quibus *reductionum* **factum est nomen, in quas silvestres homines volentes adducebantur ad civiles artes una cum christiana disciplina addiseendas. Quod maximum erat illis emolumentum, quatenus ab hostilibus subtracti incursibus, omnique metu liberati, christianae ac civilis societatis aptissima eis forma tranquille legebantur.**

In postrema, quam paulo ante instituerat, huius generis missionali *statione* **sanctissimus vir, nequissimo regulo magicis artibus addicto mandante, sicariis ex improviso aggredientibus effracto ei capite occisus est. Id contigit die 15 Novembris mensis, anno 1628 in** *reductione* **cui** *Omnium Sanctorum* **nomen indiderat, eo quod in eorum festo die, quindecim ante diebus eam constituisset.**

Comites ei fuere apostolatus ac martyrii, quos supra nominavimus, Alfonsus Rodríguez et Ioannes dei Castillo. Ambo-hi in Hispania nati et in adolescenti aetate Societati Iesu adlecti, Cordubae in America perfectis studiis et sacerdotio aucti, mira morum innocentiae et pietatis laude norentes, urgente Christi caritate, se, ut novi milites veterano duci, adiunxerunt Rocho; eum in postrema sua apostolica peregrinatione ad ferocissimas prae ceteris tribus interiorum Uruquariensium regionum sequuti.

Alfonsus eodem die eodemque loco, quibus Rochus, trucidatus est, dum, populi clamoribus excitus, ad socium iam vulnere confectum accurrebat. Moriens Alfonsus prope ecclesiae limen procubuit, in qua paulo ante missae sacrificium peregerat.

Ioannes dei Castillo perendie in proxima *reductione* **ab** *Assumptione* **nuncupata, quam Rochus die 15 Augusti mensis eodem anno fundaverat, eique concrediderat, multis suppliciis antea affectus, lapidibus obrutus, Iesu nomine pie invocato, expirant.**

Sic tres gratissimae Deo hostiae terram illam, quam sudoribus rigaverant, suo sanguine purpurantes, cecidere, ut olim, Deo donante, uberiores fidei segetes orirentur.

Alfonsus aetatis annum trigesimum primum agebat, Ioannes tertium et trigesimum quum mortem oppetiere.

Cui nobili triumpho illud accedit decus atque ornamentum, quod ab iis Servi Dei perfido consilio necati fuerint, pro quorum non solum ad fidem conversione, sed et pro quorum ubertate et tranquillitate tuendis strenue adlaboraverat.

Sed et illud accedit etiam singulare, quod ex iis qui in America australi •anguinem pro Christo fudere, primi hi Beatorum honores assequantur; novam, ut sperare iuvat, feliciorum temporum spem in ea nobili regione Ecclesiae portendentes. Maxime quum is, qui dux ceteris fuit, Rochus

Gonzalez, primus omnium ex Americae meridionalis filiis martyrii gloria inclarescat: ut quemadmodum Rosa Limana candido virginitate decore, ita Rochus purpureo martyrii flore primus regiones illas nobilitet.

Frustra in eorum cadavera ira persecutorum desaeviit, ea discerpens atque comburens; nulla enim umquam aetas gloriosi eorum martyrii famam abolevit, quae coaevis consignata gravissimis documentis, quin et tribus statim post beatam eorum mortem in curiis Bonaerensi, Corrientensi et apud Candelariam confectis processibus confirmata, ad nostra usque tempora vivida permansit. Id novus informativus processus in archiepiscopali Curia Bonaerensi anno 1928 instructus demonstravit, qui ad Urbem transmissus validusque recognitus atque, addita Historicae Sectionis accuratissima relatione, rite examinatus in Ordinaria Congregatione diei 5 Iulii anno 1932 viam aperuit ut Commissio introductionis Causae a Ssmo D. N. die 13 eiusdem mensis signaretur. Deinde servatis novissimis Motus-proprii Ssmi D. N. Pii Pp. XI praescriptis, universa historicorum documentorum mole a Consultoribus Historicae Sectionis cribrata, suisque suffragiis illustrata, in tribus consuetis Congregationibus res acta est, Antepraeparatoria scilicet die 25 Aprilis anno 1933, Praeparatoria die 13 Iunii, ac Generali coram Ssmo D. N. die 28 Novembris eiusdem mox elapsi anni; ac tandem die 3 superioris mensis Decembris, Dominica prima Sacri Adventus sollemni decreto edictum est: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Rochi de Santa Cruz, Alfonsi Rodriguez et Ioannis dei Castillo ut indulta dispensatione super signis seu miraculis pro Ven. Ioanne dei Castillo, et quatenus opus sit, pro aliis duobus, ad ulteriora procedi possit.*

Postremum dubium supererat discutiendum: *An stante approbatione martyrii et causae martyrii nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem can. 2116 § 2 Iuris canonici, tuto procedi possit ad sollemnem dictorum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.* **Dubium hoc in Generali Congregatione coram Ssmo D. N. habita die 18 mensis huius, Romana S. Petri Apostoli Cathedrae sacra, Rmus D. Cardinalis Alexander Verde proposuit. Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores unanimi suffragio in affirmativam concessere sententiam.**

Beatissimus vero Pater Suum definitivum iudicium hodierna die promere statuit, Conversioni S. Pauli Apostoli dicata. Quare Rmos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, necnon R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem meque infrascriptum Secretarium convocari iussit, sancteque Eucharistico Sacrificio celebrato, edixit: Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilium Servorum Dei Rochi Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis sollemnibus, quum primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit.

Die 25 Ianuarii anno Domini 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

FLORENTINA

CANONIZATIONIS B. TERESIAE MARGARITAE REDI A S. CORDE IESU, VIRGINIS MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Inter pulcherrimos Divinae Redemptionis fructus, qui ex pretioso Christi sanguine promanarunt, praeclaro elucet decore sanctae virginitatis gloria, per quam anima, velut in angelicam translata formam, terrenoque omni abiecto pondere, liberis alis in Deum fertur. Eaque profecto est singularis Ecclesiae laus tam ingens omni aevo protulisse virginum agmen, quod actuosae in proximos caritatis operibus, aut speciali orationis studio in claustrali solitudine, humanis miseriis mirifice succurrat, Deumque hominibus conciliet.

Ex quo frequentissimo virgineo agmine pergratum est, decurrente hoc sanctissimo anno, et alium candidissimum colligere florem, Teresiam Margaritam a S. Corde Iesu quae ad supremos altarium honores, uti sperare licet, prope evehenda iucundius Ecclesiae luceat et latius suavem Christi odorem diffundat. Equidem *non omnes capiunt verbum istud,* **quoniam** *animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus.* **Sed quo magis mundus ad terrena devexus inclinat, eo altius erigenda sunt fidelium corda, ne eorruant. Brevi autem annorum gyro conclusam Teresiae Margaritae vitam, totam fuisse diceres perennem quamdam eius innocentissimi cordis ascensionem in Deum.**

Orta Arretri ex illustri Bèdoriam gente die 15 Iulii anno 1747 susceptoque in baptismate Annae Mariae nomine, post transactam pueritiam apud Benedictinas moniales S. Apollonias Florentiae in urbe ut pietate ac litteris excoleretur; decem et octo annos nata, vocante Deo, religiosum habitum induit, summo animi gaudio, in Florentino Carmelitidum Excalceatarum monasterio, indito sibi nomine Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu: sacrisque votis nuncupatis die 12 Martii anno 1766, triennio fere post, terrestrem vitam cum caelesti feliciter commutavit. Sed quo brevius exstitit eius vitae spatium, eo velociore cursu ad perfectionis fastigium contendit. Fervida ingenio puella, humanioribus litteris exculta, suavissima indole, decora facie, ita insitum habuit caduci mundi despectum, ut spiritum crederes carnis expertem.

Innocens eius anima sponte Deum quaerebat, in eoque solo quiescere sibi posse videbatur. In suae primae Communionis pervigilio prae gaudio et desiderio totam noctem duxit insomnem, et quum adhuc adolescentula, educationis causa, in S. Apolloniae monasterio versabatur, utens cum sola minori sorore eodem cubiculo, per multam saepe noctem in oratione vigilabat, tantaque enitebat pietate, ut omnibus aedificationi esset. Quum vero in paternam domum redux iam animo exoptatum ad Carmelum ingressum praeoccupabat, rigidae illius Ordinis disciplinae sese mortificationibus ac paenitentiis parabat, ac saepe paterni viridarii aut domus absconditus recessus petebat, ut in genua flexa diu orationi vacaret. Quae praeclara virtutum germina mire adolevere, quum in Florentino Carmelo, quasi in horto concluso, laetius virescere potuerunt. De cuius innocentissimae puellae succrescente in dies virtute iam tunc merito praedici quivisset: *florete flores quasi litium et date odorem et frondete in gratiam* (Eccli. 39,19). Summae animi puritati, quo Angelis aequari visa est, vel leves quosque defectus studiose devitans, profundissimam consociavit humilitatem, vere amans *nesciri et pro nihilo reputari',* nec solum humiliari patiens, sed gaudens. Qua cordis munditie et humilitate spiritus ad altissimum caritatis gradum evehi meruit, quae brevi adeo increvit, ut vere seraphicis flagraret ardoribus. Iamque eo devenerat, ut de Deo vix colloqui posset, quin radiante veluti vultu flammesceret, aut etiam, ut quandoque evenit, suavi deliquio viribus destituentur. Qua divina caritate et proximos fervidis-, sime complectebatur, maxime miseros peccatores, pro quibus se Deo hostiam generose devoverat. Sororibus vero monialibus, praesertim infirmis, ea praesto aderat humili suavitate ac perfecta sui abnegatione, ut caritatis angelus videretur. Hanc amoris fiammam praecipue eucharistico pane alebat, cui avidissime inhiabat, ac peculiari cultu in sacratissimum Cor Iesu, quo sane tempore huic tam frugifero cultui serpens hac illae per

Etruriam ianseniana labes refragabatur. Sed et suavissimo pietate Deiparam Virginem colebat, sui virginalis candoris exemplar et patronam; Iamque altae contemplationis dono ditata coniunetior Deo fiebat in dies, quasi splendoribus propinquae aeternitatis illucescens. Verum, pro* perante exitu, illud restabat ut genuina sanctae matris Teresiae filia et fidelis S. Ioannis a Cruce discipula mystico animi martyrio vividiorem in se Crucifixi Sponsi imaginem referret. Cuius equidem martyrii causa ipsa vis caritatis exstitit. Ea enim quanto fervidior, eo magis urget animam ad amandum, quae quum infinitam Dei amabilitatem numquam amando aequare possit, mire altioris amoris inexplebili desiderio torquetur, sibique, veluti quadam obscura nocte involuta, quasi amore in Deum destituta videtur. Amor enim quo maior, eo sibi apparet minor. Quo tamen supremo cordis martyrio anima vere *cum Christo confixa cruci* **sibi ceterisque uberiores redemptionis fructus acquirit. Porro hae^sunt purissimae atque altissimae in Ecclesia animae, quae patiendo, amando, atque orando, tacito apostolatu omnibus prae primis prosunt. Quo impetu anhelantis animi ac divino tormento fracta viribus Teresia Margarita, iam caelum praesentiens expetebat,** *cupiens dissolvi et esse cum Christo.* **Id quasi ex improviso evenit,, quum subito colicis correpta doloribus, non multas post horas, purissimam animam Deo reddidit die 7 Martii mensis anno 1770, vicesimo tertio aetatis suae nondum expleto anno.**

Hanc suae caritatis victimam Deus miris donis illico decoravit. Etenim biduo post mortem corpus quod ob gangrenae infectionem. corrumpi iam coeperat, naturalem, colorem resumpsit, quin immo sequentibus diebus suavissimum exhalabat odorem nulli terreno comparabilem, quo pariter indumenta, quibus vivens utebatur, olebant: immo et ipsi eius capilli, qui antequam in monasterium Anna ingrederetur a matre fuerant tonsi et Arretii in paterna domo asservabatur, hunc mirum effiaverunt odorem. Quindecim post mortem diebus incorruptum cadaver sepulturae coram Fiorentino Antistite traditum honorifice fuit, concurrente in dies ex tota Tuscia populo ad eius sepulcrum, tum ad implorandas gratias, tum ad rependendas ob accepta beneficia. Confectis Ordinaria auctoritate processibus, Pius Papa VII a. 1807 Commissionem introductionis Causae signavit et Gregorius XVI a. 1839 heroicas fuisse eius virtutes decrevit. Approbatis miraculis Beatarum honore per Apostolicas Litteras die 9 Iunii mensis a. 1929 a Ssmo D. N. fuit decorata.

Quum nova prodigia, ea intercedente, dicerentur patrata, causa canonizationis per decretum 10 Decembris a. 1930 resumpta est, et de duorum miraculorum approbatione die 25 nuper elapsi mensis editum est decretum.

Ad omnium S. E. C. **actuum complementum dubium erat discutiendum:** *An, stante duorum miraculomm approbatione post indultam eidem Beatos ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* **Hoc autem dubium, in Generali Congregatione coram Ssmo B. ST. die 13 mensis huius habita, a Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, propositum fuit discutiendum. Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores unanimiter affirmativum suffragium edidere, Beatissimus vero Pater huic voto accedens, hanc selegit diem 18 Februarii, Dominicam primam Sacratissimae Quadragesimae, ut Suam aperiret mentem, quasi christiano populo insigne hoc innocentiae simul ac paenitentiae exemplar ad imitandum proponens.**

Quare Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. **Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Ponentem, nec non R. P. Salvatorem Catucci Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium convocari iussit, et, Sacrosancto Missae sacrificio piissime peracto, edixit: « tuto** *procedi posse ad Beatae Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu Canonizationem ».*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 18 Februarii anno Domini 1934.

C. **Card.** LAURENTII, *Praefectus.*

L. S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

PRECES INDULGENTIIS DITATAE

Neminem latet quo pietatis studio, iubilari hoc anno, undevicesimo Reparationis nostrae exeunte saeculo, christifideles curaverint, specialissima veneratione ac cultu sacras imagines Iesu Christi cruci affixi prosequi, utpote aptissimas ad excitandum in eorum animis, cum memoria Dominicae Passionis, paenitentiam suorum peccatorum vitaeque emendationem.

Profecto haud poterat non summopere laetari Beatissimus Pater, qui hac praesertim de causa Iubilaeum extraordinarium indixerat, de tanto pietatis ac amoris in Christum Redemptorem incremento; imo ardenti flagrans desiderio hos pietatis sensus erga Dominicam Passionem in populo christiano, quantum possibile Ipsi foret, fovendi ob uberrimos spirituales fructus qui exinde sperari queunt, in audientia die 19 ianuarii proxime elapsi infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, haec quae sequuntur statuenda decrevit. Scilicet benigne excipiens plurium supplicationes qui petebant ut peculiaribus indulgentiis augerentur sive apprime agnita oratio quae incipit «En ego, o bone ac dulcissime Iesu... » sive oratiuncula « Adoramus Te, Christe... » toties a fidelibus iubilari hoc anno pie repetita, alteri precationi « En ego... » - quae pro iis qui, confessi, sacra Synaxi refecti et ad intentionem Summi Pontificis orantes, [1] eam coram imagine Iesu Christi Crucifixi pia mente fuderint, plenaria indulgentia iam est aucta - partialem indulgentiam decem annorum adnectere dignatus est, quoties eam devote et saltem corde contrito recitaverint;

[1] Cf. « Acta Apost. Sedis », vol. XXV, pag. 446.

alteri vero precatiunculae «Adoramus Te, Christe...» partialem indulgentiam trium annorum item adnectere, quoties ea devote et saltem corde contrito recitata fuerit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Litterarum Apostolicarum expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 2 Februarii 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. gg S.

I. Teodori, *Secretarius,*

II

IN MEMORIAM IUBILAEI HUMANAE REDEMPTIONIS

Ssmus D. N. Pius, divina Providentia Pp. XI, ad finem fere anno iubilari vergente, qui sacratissimum Christi Redemptoris Cor nec non paternum Sui in terris Vicarii animum ineffabilibus consolationibus replevit, sponte sua indulgentiam quamdam peculiarem, quasi mnemosynofi quoddam eiusdem extraordinariae celebrationis, christifidelibus omnibus dilargiri volens, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 10 vertentis mensis concessa, decrevit: Quoties fideles saltem corde contrito « Credo » una cum precatiuncula « Adoramus Te, Christe...» pio animi affectu in passionem ac mortem D. N. I. C. recitaverint, indulgentiam partialem decem annorum acquirere posse; indulgentiam vero plenariam, suetis conditionibus, semel in mense lucrari posse, si eamdem recitationem quotidie per integrum mensem peregerint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Litterarum Apostolicarum expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 20 Februarii 1934.

L. **Card.** LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

I

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1933, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. SECOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defeetu consensus ob amentiam viri.* INCIDENTIS DE LITE FINITA.

Turnum Rotalis: A. **Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattroeolo.**

Vineuli Defensw deputatus: **I. Benedetti.** ^\

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de lite finita, in casu ».**

Sententia **diei 11 Ianuarii: « Negative ».**

II. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **I. Grazioli, F. Barrillo.**

Vinculi Defensor: **L Trezzi.**

Advocati: **F. Bersani, V. Sacconi.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 12 Ianuarii: « Affirmative ».**

III. N. **N. -** NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens, A.* **Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensw deputatus: **S. Romani.**

Advocatus: **V. Sacconi.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 16 Ianuarii: «Negative».**

IV. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus et conditionis appositae, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattroeolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **S. Romani.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubia: **I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; Et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei 20 Ianuarii: ad I. «Negative». Ad II. «Negative».**

V. N. IST. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: ¥. **Morano,** *Ponens, A.* **Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium-. **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 31 Ianuarii: «Negative».**

VI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, II. Marinucci.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 3 Februarii: « Affirmative ».**

VII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **S. Romani.**

Advocatus: **A. Carabini.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 25 Februarii 1930 sit confirmanda vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 6 Februarii: «Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii».**

VIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis ei metus.*

Turnus Rotalis: A. **Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoecetti.**

Advocatus: **V. Sacconi.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 7 Februarii: « Affirmative ».**

EX. PLOCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti***

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewnicki.**

Sententia **diei 14 Februarii: «Negative».**

X. TYRNAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turmes Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, IT. Mannucci**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus: **I. Stella.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 9 Iulii 1930 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 16 Februarii: « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii in casu».**

XI. MONTISPESSULANI. - DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens.* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **S. Romani.**

Advocati: **L. Legrand et I. B. Ferrata.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 25 Iulii 1930 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 21 Februarii: « Infirmandam esse, seu consilium praestandum esse Ssmo pro dspensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

XII. MARIANOPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 25 Februarii: « Affirmative ».**

XIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard,** *Ponens,* **S. Janasik.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 2 Martii: « Negative ».**

XIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: E. **Suarez.**

Advocatus: **I. Limongelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 4 Martii: « Affirmative ».**

XV. TEMPLEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 6 Martii: « Affirmative ».**

XVI. N'. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum fidei.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 8 Martii: « Negative ».**

XVII. NEO-EBORACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **L. Koppert.**

Advocatus: **A. Carabini.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 14. Martii 1933: « Affirmative ».**

XVIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard, S. Janasik,** *Ponens.*

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Limongelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 15 Martii: « Negative ».**

XIX. IAOIEN. - IURIUM SEU COMPETENTIAE.

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens* IT. **Mannucci, A. Jullien.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Advocati: **T. Ragusa,** *pro parte actrice,* **R. Fiamingo,** *pro parte conventa.*

Dubium: **«An constet de competentia Tribunalis Iacien. in casu».**

Sententia **diei 15 Martii: « Affirmative ».**

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri ei* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G, Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **E. Suarez.**

Advocati: **P. Mottis et B. Pellegrini.**

Dubia: **I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ». Et quatenus negative: II. «An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei 26 Martii: «Negative ad I». «Affirmative ad H».**

XXI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, IT. Marinueei.**

Vinculi Defensoris Substitutus: I. **Stella.**

Advocatus: **I. Limongelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **31 Martii: «Affirmative».**

XXII. ANTIOCHEN. MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. **Bernardini.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 4 Aprilis: « Affirmative ».**

XXIII. TJTINEN. - DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **U. Mannucci, A. Jullien.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Advocati: **L. Bersani,** *pro actore;* **I. Benedetti** *pro reo convento ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubia: I. **« An constet de diffamatione, in casu ». Et quatenus affirmative:** II. **« An et quomodo locus sit refectioni damnorum, in casu ».** III. **« An et quibus poenis multandus sit N.** X. **in casu ».**

Sententia **diei 4 Aprilis: Ad** I. **« Negative ». Ad** II. **et** III: **« Provisum in primo ».**

XXIV. **N.** N. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattroeolo.**

Vinculi Defensoris Substitutus: T. **Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. **Lazzarato,**

Dubia: I. **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ». Et quatenus negative:** IT. **« An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei 8 Aprilis: Ad** I. **« Negative ». Ad** II. **« Affirmative ».**

XXV. N. **N. -** NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, Ponens, **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensoris Substitutus: I. **Stella.**

Advocatus: V. **Sacconi.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sentenția **diei 11 Aprilis: «Affirmative».**

XXVI. N. **N. -** NULLITATIS MATRIMONII] *ob exclusum bomm prolis.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensoris Substitutus:'I. **Stella.**

Advocatus: I. **B. Ferrata.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 11 Aprilis: «Affirmative».**

XXVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite ins ei metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: V. **Bartoccetti.**

Advocatus: I. **B. Ferrata.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 12 Aprilis: « Negative »,**

XXVIII. LUGDUNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus et vis et metus.*

Turmes Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **E. Suarez.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. **Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 21 Aprilis: « Negative ».**

XXIX. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: I. **Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 22 Aprilis: « Negative ».**

XXX. **N. N. -** NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponáis,* **U. Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubia: I. **«An constet de nullitate matrimonii in casu». Et quatenus negative:** II. **« An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei 24 Aprilis: ad** I. **«Negative». Ad** II. **«Affirmative».**

XXXI. ANTIOCHE??. MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **H. Quattroeolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Ooussa.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. **Lazzarato.**

Dubia: **I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ». Et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei 25 Aprilis: Ad I « Negative ». Ad II. «Affirmative ».**

XXXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **H, Ben vignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 29 Aprilis: « Affirmative ».**

XXXIII. N. N.-IURIUM.

Turnus, Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Promotor Iustitiae: **P. Bracci.**

Advocati: **T. Ragusa ex mandato gratuitii patrocinii,** *pro actore;* D. **Lazzarato,** *pro convento.*

Dubia: **I. « An sacerdos X. ius habeat ad reditus bonorum paroecialium in casu »; et quatenus affirmative: IT. « An et quamnam summam teneatur solvere Administratio bonorum ecclesiasticorum dioecesis N. N. sacerdoti X a die 1 Ianuarii 1931 in casu ». III. « An et quam summam teneatur solvere sacerdos X. eidem Administrationi vi locationis bonorum paroecialium in casu ».**

Sententia **diei 4 Maii: Ad I « Affirmative ». Ad II. « Instituatur 'plena supputatio in Curia N. N.; si huic supputationi actor non acquiescat, res deferatur ad hunc ipsum Turnum ad normam can. 1919 Codicis iur. can. ». Ad III. « Negative ».**

XXXIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattroeolo,**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 6 Maii: « Negative ».**

XXXV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: I. **Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, U. Mannucci.**

Vinculi Defensor deputatus: **E. Suarez.**

Advocatio ex mandato gratuiti patrocinii: I. **Benedetti.**

Dubium: **«An Sententia Rotalis diei 16 Decembris 1931 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 9 Maii: « Infirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XXXVI. TYRNAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* I. **Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor: I. **Trezzi.**

Advocatus: **F. Fournier.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 10 Augusti 1929 confirmanda sit vel infirmanda sit in casu »**

Sententia **diei 16 Maii: « Infirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu».**

XXXVII. CORISOPITEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: IT. **Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: I. **Benedetti.**

Advocatus: I. B. **Ferrata.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 22 Maii: « Affirmative ».**

XXXVIII. BISUNTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: I. **Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 26 Maii: « Negative ».**

XXXIX. INSTILEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. **Parrillo,** *Ponens,* IT. **Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensoris Substitutus: I. **Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 30 Maii: « Affirmative ».**

XL. COMEN. --NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: **H. Quattroeolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **V, Sacconi.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 30 Maii: « Affirmative ».**

XLI. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis contra bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattroeolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: I. **Benedetti.**

Advocatus: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 7 Iunii: « Negative ».**

XLII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor: I. **Trezzi.**

Advocatus: **EE. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 12 Iunii: « Negative ».**

XLIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. **Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattroeolo.**

Vinculi Defensor deputatus: M. **Mostaza.**

Advocati: L. **Legrand et H. Benvignati.**

Dubium: **«** *An* **sententia rotalis diei 23 Iunii 1931 confirmanda vel infirmanda sit, in casu ».**

S e töentia **diei 14 Iunii: « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii in casu ».**

XLIV. ANTIOCIIEN. MELCHITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **H. Quattroeolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: A. **Coussa.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Bernardini.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 20 Iunii: « Affirmative ».**

XL V. TOLOSANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus atque simulationis consensus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

>-•. *Vinculi Defensor deputatus:* **V. Bartoccetti.**

Advocati: **N. Ferrata, V. Sacconi, pro actore; et F. Bersäni** *ex mandato gratuiti patrocinii,* **pro conventa.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 21 Iunii: « Negative ».**

XLVÏ. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob exclusa bona matrimonii.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **I. Grazioli, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 26 Iunii: « Negative ».**

XL VII. URBEVETANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, S. Janasik.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **H. Silvestri Faà.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 8 Augusti 1931 confirmanda vel infirmanda sit, in casu ».**

Sententia **diei 10 Iulii: « Confirmandam esse,;seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

X.LVIII. MATRITEN. - NULLITATIS ACTORUM ET SENTENTIAE.

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* IT. **Mannucci, A. Jullien.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Advocati: **H. Benvignati** *pro appellante;* **A. Merlo** *pro appellato, ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubium: **«An constet de nullitate actorum ita ut sententia Tribunalis Toletan! diei 7 Alali 1932 sit nulla, in casu ».**

Sententia **diei 3 Iulii: « Prout proponitur, negative; sed constare de nullitate sententiae tribunalis Toletani diei 7 Maii 1932, in vim can. 1894, .1° in casu ».**

XLÎX. BITURICEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard,** *Ponens,* **S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 3 Iulii: « Affirmative ».**

L. AMBIANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **II. Mannucci,** *Ponens, A.* **Jullien, F. Guglielmi.**
Vinculi Defensor deputatus: IL. **Koppert.**
Advocatus: **V. Sacconi.**
Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii in casu».**
Sententia **diei 3 Iulii: « Affirmative ».**

•LI. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **H. Quattroeolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**
Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**
Advocatus: **C. Giusino.**
Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate in casu ».**
Sententia **diei 5 Iulii: « Affirmative ».**

LII. AQUILANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensu et clandestinitatis.*
Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **I. Grazioli, A. Wynen.**
Vinculi Defensor deputatus: **A. Darmanin.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei U Iulii: « Negative ».**

LIII. LUGDUNEN.-NULLITATIS MATRIMONII *ex capite simulationis consensus.*
Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard,** *Ponens,* **S. Janasik.**
Vinculi defensor Deputatus: **A. Darmanin.**
Advocatus: A. **D'Alessandri.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 15 Iulii: « Negative ».**

LIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*
Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens, A.* **Jullien, F. Guglielmi.**
Vinculi Defensor deputatus: A. **Darmanin.**
Advocatus: A, **D Alessandri.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 17 Iulii: « Negative ».**

LV. VICENTINA.-NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, U. Mannucci.**
Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **P. D'Avack.**
Dubium: **«An constet dé nullitate matrimonii in casu».**
Sententia **diei 17 Iulii: «Negative».**

INI. **N. N.** - NULLITATIS MATRIMONIE *ob exclusum bonum prolis et ob simulatimi consensum.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **V. Sacconi.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 12 Augusti 1931 confirmanda vel infirmanda sit in casu ».**

Sententia **diei 17 Iulii: « Infirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii in casu ».**

LVII. MASSILIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis ei metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. **Pacelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 22 Iulii: «Affirmative».**

LVIII. N.N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard,** *Ponens,* **S. Janasik.**

Vinculi defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Benedetti.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 27 Iulii: « Negative ».**

LIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor deputatus: **E. Suarez.**

Advocatus: **V. Sacconi.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 17 Maii 1932 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 29 Iulii: « Infirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate in casu».**

LX. COLONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: II. **Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Brocco.**

Advocatus: **B. Pellegrini.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 31 Iulii: « Negative ».**

LXI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum fidei.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* II. **Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus:. **A. Mittiga.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 3 Augusti: « Negative ».**

. LXÏÏ. WRATISLAVTEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 8 Augusti: « Negative ».**

LXIII. TERGESTINA. - NULLITATIS MATRIMONII.

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattroeolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato** *pro actore;* **S. Rzewnicki** *pro conventa.*

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 8 Augusti: « Affirmative ».**

LXIV. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **U. Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Darmanin.**

Advocati: **L. Legrand, H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 9 Augusti: « Negative ».**

LXY. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **L Grazioli, S. Janasik.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 1 Augusti 1932 confirmanda vel infirmanda sit in casu ».**

Sententia **diei 20 Octobris: « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate ».**

LXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **H. Quattroeolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubia: I. **«An constet de nullitate matrimonii, in casu». Et quatenus negative:** II. **« An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

Sententia **diei** 31 **Octobris: Ad** I. **« Negative ». Ad** II. **« Affirmative ».**

LXVII. MAGNO VARADINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: V. **Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. **D'Avack.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate in casu ».**

Sententia **diei** 14 **Novembris: « Negative ».**

LXVIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Darmanin.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei** 18 **Novembris: « Negative ».**

LXIX. NOVARIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: V. **Bartoccetti.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 25 Novembris: « Negative ».**

LXX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: V. **Bartoccetti.**

Advocatus: L. **Legrand.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 25 Novembris: « Negative ».**

LXXI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: I. **Grazioli,** *Ponens,* **U. Mannucci, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Darmanin.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 27 Novembris: «Negative».**

LXXII. LIN CIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. "Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **P. D'Avack.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 5 Decembris: « Affirmative ».**

LXXIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **P. Guglielmi, H. Quattroeolo.**

Vinculi Defense)* deputatus:* **A. Darmanin.**

Advocatus: **L. Limongelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 13 Decembris: « Negative ».**

LXXIV. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **T. Stella.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 28 Iunii .1932 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 18 Decembris: « Confirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate in casu ».**

LXXV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* U. **Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 20 Decembris: « Affirmative ».**

LXXVI. NEO-EBORACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.* **(Cfr. n. xvii).**

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **L. Koppert.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **A. Carabini.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 14 Martii 1933 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».**

Sententia **diei 28 Decembris: « Confirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate in casu ».**

LXXVI!. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. **Grazioli,** *Ponens,* **U. Mannucci, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: V. **Bartoccetti.**

Advocati: V. **Sacconi, H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 30 Decembris: «Affirmative».**

II

Causae quae eodem anno 1933 transactae fuerunt, vel peremptae, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. STRIGONIEN. - *Nullitatis matrimonii,* **coram R. P. D. H. Quattrocolo, Ponente. -** *Incidentis.*

Attento quod ad normam can. 1895 querela nullitatis apud H. S. O., in casu, admitti nequit; quodque iuxta can. 1903 post duplicem sententiam conformem novae causae propositioni locus fieri nequit nisi nova gravia argumenta vel documenta habeantur, quae actoris patronus in casu haud exhibuit, Patres Domini de turno sententia incidentali diei 2 Februarii .1933, patroni instantiam definitive reiecerunt.

II. PRAGEN. - *Nullitatis matrimonii ob > exclus um. bonum sacramenti,* **coram Ex. P. D. M. Massimi, Decano Ponente.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio ab actrice interposita, adversus sententiam Tribunalis Olomucen. diei 6 Februarii 1930 declarata est deserta, ad normam can. 1736, decreto Excmi Ponentis diei 7 Februarii 1933.

III. PATAVINA. - *Iurispatronatus,* **coram** E. **P. D. E. Mannucci.**

Elapso iam biennio ad normam can. 1736 quin ullus actus processualis positus fuerit, instantia declarata est perempta decreto B. P. D. Ponentis diei 24 Februarii.

IV. VINDOBONEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram R. P. D.** I. **Grazioli.**

Cum actor in causa appellationem interpositam prosequendam intra tempus a iure statutum neglexerit, R. P. D. Ponens, ad normam can. .1736, appellationem desertam declaravit decreto diei 27 Februarii.

V. N. ÎT. - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum fidei,* **coram R, P. D. A. Wynen.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, ad normam can. 1736 appellationem esse peremptam E. P. D. Ponens declaravit decreto diei 4 Martii.

VI. GURCEN. - *Nullitatis matrimonii ob amentiam viri,* **coram E. P. D. A. Wynen.**

Cum R. D. Vinculi Defensor S. E. Eotae, visis actis causae mense Martio 1933 transmissis, declaraverit se non esse prosequuturam appellationem interpositam a Vinculi Def. Salisburgensi adversus sententiam eiusdem Tribunalis conformem sententiae Tribunalis primae instantiae, qua definitum est constare de matrimonii nullitate, E. P. D. Ponens appellationem desertam esse declaravit, ita ut actrici ius sit novas nuptias contrahendi, decreto diei 27 Aprilis.

VII. IST. N. - *Nullitatis matrimonii ex defectu consensus et ob exclusum bonum, prolis,* **coram E.** P. **D. A. Jullien.**

Cum ab anno nullus actus processualis positus fuerit, E. P. D. Ponens ad normam can. 1736, declaravit appellationem esse desertam, decreto diei 10 Maii.

VIII. MARIANOPOLITANA. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram E. P. D. I. Grazioli.**

Cum actrix in causa nullum posuerit processualem actum ad prosequendam intra tempus statutum appellationem interpositam, E. P. D. Ponens ad normam canonis 1736 decrevit appellationem esse desertam iussitque acta in Tabulario, S. T. esse reponenda decreto diei 2 Iunii.

IX. MEXICANA. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram E.** P. **D. A. Jullien.**

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, E. P. D. Ponens, ad normam can. 1736, die 3 Iunii decrevit instantiam esse peremptam.

X. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram E.** P. **D. Wynen.**

Attenta renunciatione actricis, E. P. D. Ponens, mandavit acta in Archivo reponi decreto diei 21 Iunii.

XI. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum sacramenti,* **coram Excmo** M. **Massimi, Decano Ponente.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio interposita ab actore adversus sententiam rotalem diei 10 Decembris .1931, declarata est deserta ad normam can. 1736, et acta posita sunt in Archivo, ex decreto Ponentis diei .15 Iulii.

XII. STJRRENTINA. - *Reiectionis libelli seu damnorum,* **coram R. P. D. F. Parrillo.**

Libellum exhibitum officiali Curiae dioecesanae a sac. N. N. adversus Curiae Cancellarium de damnis sibi reficiendis ob causatam malam relationem examinatorum in concursu ad paroeciam X, legitime fuisse reiectum in casu, Turnus decrevit die 25 Iulii 1933.

XIII. E". E". - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum fidei,* **coram R. P. D. Jullien.**

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, E. P. D. Ponens ad normam can. 1736, decrevit die 16 Iulii 1933, causam esse peremptam.

XIV. CATANEN. - *Nullitatis matrimonii ex caipte defectus consensus,* **coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per biennium in hac causa, ad normam can. 1736 instantiam esse peremptam R. P. D. Ponens declaravit decreto diei 31 Iulii.

XV. LEODIEN. - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum sacramenti,* **coram Excmo M. Massimi, Decano Ponente.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, declarata est deserta appellatio a patrono actricis interposita adversus sententiam rotalem diei 28 Martii 1932 (cn. 1736), et acta posita sunt in Archivo, ex decreto Ponentis diei 31 Iulii 1933.

XVI. SECOVIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram R. P. D. F. Morano.**

Cum R. D. Vinculi Defensor penes Tribunal Sacrae Rotae non prosequendam censuerit appellationem adversus sententiam Tribunalis Ecclesiastici Salisburgensis, qua iterum definitum est constare de matrimonii nullitate in casu, R. P. D. Ponens die 10 Augusti appellationem desertam declaravit, ita ut partibus liceat transire ad nova vota.

XVII. GALLEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et met us,* **coram R. P. D.** G. **Heard.**

Attento obitu actricis, causam finitam esse et acta in Archivo reponenda declaravit R. P. D. Ponens die 3 Octobris.

XVIII. N. X. - *Proprietatis,* **coram R. P. D. A. Jullien, Ponente.**

Attenta renuntiatione a parte appellante facta, alteri parti communicata ab eaque acceptata, audito R. D. Promotore Iustitiae, atque impetrato beneplacito Apostolico, R. P. D. Ponens decreto diei 12 Octobris admisit renuntiationem et declaravit sententiam appellatam transiises in rem iudicatam.

XIX. R AMBERGEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* **coram R. P. E>. A. Wynen.**

Cum nullum novum argumentum, ad normam can. 1903, exstiterit e nova instructione causae instituta ex officio, Patres de Turno legitime congregati die 7 Novembris declaraverunt ulteriorem, causae propositionem admitti non posse.

XX. VIENNEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* **coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum per biennium nullus actus pocessualis positus fuerit, R. P. D. Ponens decrevit instantiam esse peremptam decreto diei 11 Novembris.

XXI. ROTHOMAGEN. - *Hereditatis,* **coram R. P. D. I. Grazioli.**

Cum actrix a S. T. Signaturae Apostolicae facultatem obtinuerit causam, in S. Rotae Tribunali initam, ad tribunal civile transferendi, acta in Archivo die 17 Novembris reposita sunt.

XXII. CALATAIERONEN. - *Reiectionis libelli,* **coram R. P. D. G. Heard.**

RR. PP. de Turno attento quod in libello die 23 Aprilis 1933 Tribunali Calataieronensi ab actore porrecto, ea sufficienter contenta essent quae a iure requiruntur; quod Tribunal Calataieronen. competens sit; actori vero legitima sit persona standi in iudicio; quod rationes ob quas libellum reiectum sit ad meritum causae spectent, decreverunt libellum admittendum esse et causam in Curia instruendam esse ad normam iuris, decreto diei 18 Novembris.

XXIII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* **coram R. P. D. I. Grazioli.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, ad normam can. 1736 appellationem esse desertam declaravit R. P. D. Ponens decreto diei 21 Novembris.

XXIV..-MECHLINIEN. - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum sacramenti,* **coram** E. **P. D. I. Grazioli.**

Cum actor in causa supremum diem obierit, R. P. D. Ponens, audito Vinculi Defensore, acta causae in Tabulario S. T. reponi iussit decreto diei 29 Novembris.

XXV. NIGERIAE MERIDIONALIS. - *Nullitatis matrimonii. Reiectionis libelli,* **coram** E. **P. D. G. Heard.**

Audito Defensore Vinculi, visis canonibus 1708 et 1709, EE. **Patres de Turno die 16 Decembris decreverunt libellum in casu esse legitime reiectum, et scribendum esse actori iuxta votum Defensoris Vinculi.**

XXVI. N.N. - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum fidei,* **coram Excmo M. Massimi, Decano Ponente.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio declarata est deserta ad normam can. 1736 decreto Excmi Ponentis, diei 19 Decembris.

ACTA OFFICIORUM

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

DECRETUM

DE OPERE R. D. FRIDERICI SCHMIDTKE, CUI TITULUS « DIE EINWANDERUNG ISRAELS IN KANAAN »,

Cum quaesitum sit ab hae Pontificia Commissione de Re Biblica quid sentiendum de opere cui titulus **Die Einwanderung Israels in Kanaan,** *Vratislaviae anno 1933 a R. D. Friderico Schmidtice edito, ipsa respondendum decrevit:*

R. D. Fridericus Schmidtke, Professor extraordinarius Veteris Testamenti in Facultate Theologica Universitatis Vratislaviensis, in volumine de quo supra:

de Pentateucho disserens, placita criticae rationalisticae sequitur, neglecto plane decreto Pontificiae Commissionis Biblicae d. d. 27 iunii 1906;

insuper, in historia Veteris Testamenti, nulla ratione habita decreti eiusdem Pontificiae Commissionis Biblicae d. d. 23 iunii 1905, genus quoddam litterarium adstruit traditionum popularium falsa veris admixta referentium; contra perspicua Sacrorum Librorum testimonia asserit, inter alia, narrationes de Patriarchis, saltem magna ex parte, historiam non hominum singularium sed tribuum exhibere; Iacob non esse filium Isaac sed repraesentare tribum quamdam aramaicam; nec totam israeliticam gentem, sed partem tantum, maxime tribum Ioseph, Aegyptum ingressam esse:

item, miracula plura Veteris Testamenti, vim textui sacro inferens, ut facta mere naturalia explicat.

Auctor proinde dogma inspirationis et inerrantiae biblicae, implicite saltem, negat; normas hermeneuticae catholicae penitus negligit; doctrinae catholicae Litteris Encyclicis « Providentissimus Deus » Leonis XIII et « Spiritus Paraclitus » Benedicti XV clarissime propositae contradicit.

Quapropter praefatum opus omnimodam reprobationem meretur et a scholis catholicis arceri debet.

Hanc autem occasionem nacta, eadem Pontificia Commissio interpretes catholicos commonefacit ut, reverentia qua par est, pareant Constitutioni dogmaticae Concilii Vaticani, Decretum sacrosanctae Tridentinae Synodi

renovanti, qua solemniter sancitum est, « ut in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, is pro vero sensu Sacrae Scripturae habendus sit, quem tenuit ac tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum Sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam Sacram interpretari ».

Praeterea in mentem omnium christifidelium revocat quae de decretorum Pontificiae Commissionis Biblicae auctoritate Pius X s. m., Motu proprio « Praestantia Scripturae Sacrae », d. d. 18 Novembris 1907, edixit: «universos obstringi officio sententiis Pontificalis Consilii de Ee Biblica, sive quae adhuc sunt emissae, sive quae posthac edentur, perinde ac decretis Sacrarum Congregationum pertinentibus ad doctrinam probatisque a Pontifice, se subiciendi; nec posse notam tum detrectatae obedientiae, tum temeritatis devitare aut culpa propterea vacare gravi, quotquot verbis scriptisve sententias has tales impugnent idque praeter scandalum, quo offendant, ceteraque, quibus in causa esse coram Deo possint, aliis ut plurimum, temere in his errateque pronuntiatis ».

Die autem 27 Februarii 1934, in audientia infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI praedictum responsum necnon monitum rata habuit et publici iuris fieri mandavit.

Ioannes Baptista Frey, C. S. Sp., *Consultor ab Actis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Feria IV, die 28 Februarii Í934 in Sacello Sixti IV, Palatii Apostolici Vaticani, fuit Cappella Papalis ad sollemnes exsequias peragendas pro anima ALBERTI I Regis Belgarum. Expleta Missa, et ante Absolutionem super tumulum a SSmo Dno Nostro peractam, R. P. D. Antonius Bacci, ab epistolis ad Principes, venia impetrata Beatissimi Patris, hanc habuit funebrem orationem.

« Cum tristissimum nuntium, paucis ante diebus, nobilem perculit Belgarum gentem, Albertum nempe Regem ob funestum nec opinatum casum, improvisa esse subitaque morte interceptum, tum urbes, tum oppida, tum vel ultimi illius Regni pagi ac viculi, veluti teterrima maestitiae nube ottundi visa sunt, omnesque cuiusvis ordinis cives maximo fuere maerore confecti, quasi non supremum tantummodo publicae rei moderatorem, non in bellico dumtaxat discrimine strenuum invictumque ducem animosumque pacis assertorem amisissent, sed patrem etiam amantissimum. Coram sacra augustae huius mortis maiestate, civilium etiam partium studia conticuere omnia ; atque patriae caritas una, quae tantopere Regis vitam et operam incendit et aluit, Belgarum animos permovit.

« Ac, reapse non una de causa desideratissimum hunc Principem sui cives venerabantur, summoque prosequebantur amore; in Eo siquidem non tam diadematis decus avitaeque regii generis laudes enituere, quam egregiae animi dotes, quibus, auctoritate magis, omnibus praeire enitebatur. Si privatim enim, in sua agendi ratione, praeclarum exemplum exstitit, in quem sui omnes intueantur; si in domestica vita nihil antiquius habuit, quam dilectos sibi filios et christiano more institueret, et ad officium, etsi arduum, obeundum totis viribus informaret; attamen, cum de Nationis suae fortuna, prosperitate libertateque ageretur, tum nec laboribus parcere, nec pericula defugere, nec suam ipsius periclitan vitam — qua erat animi strenuitate praeditus — non veritus est. Ita quidem ut gravissima ea Belgarum gentis tempestate, cum bellum fere ubique per universam Europam desaeviret, Albertus Rex, dux, Pater patriae ac veluti inclytum atque integerrimum Nationis suae insigne admirabundis omnibus haberetur.

« Atque in praesens, quandoquidem nondum residit, nedum conquiescit, acerbum hoc oeconomicarum rerum discrimen, quo omnes contiictantur populi cominunitatisque ordines, in tenuium aegritudines relevandas, in utiles loco-

pletium Providentias industriasque excitandas, inque publicae rei incrementa provehenda, omni ope totoque pectore elaborabat.

« Quodsi, quemadmodum adhuc usque persequi placuit, multis de causis habent Belgicae gentes, cur Regem amantissimum complorent; at non minore afficitur dolore Ecclesia, quae filium devotissimum **Christian**umque veri nominis Principem desiderat. Ipsi etenim persuasum omnino erat patriae caritatem **ex** catholicae religionis observantia non minui, sed satius impensiusque flagrare ; ex christianae legi obtemperatione non nobiles restingui animi sensus, sed augeri quam maxime; ex evangelica denique doctrina in sua luce collocata ac veluti fundamento posita, in qua hominum consortio niteretur, et vires per societatis venas permanare praestantissimas, et civilem coalescere confirmarique concordiam, et praesens etiam in aerumnis haberi solacium, in adversis rebus virtutis columen, in omnibus autem civitatis rationibus ordinem, prosperitatem, pacem. Quod quidem iudicium rectamque animi conscientiam non in privata solummodo Augusti huius Principis vigere vita, nec in ea ob inanem quemdam pudorern pavide delitescere, sed in apertum prosilire, et in publica amplissimae auctoritatis obeunda munera vim exercere efficacitatemque suam, ii praesertim gratulabantur, qui, frequentissimi **utique,** catholicam doctrinam in Belgica colunt, christianisque praeceptis obsequuntur.

« Nihil igitur mirum si Albertus Rex, quae sibi populo ve suis curis concredito aut laeta ant tristia occurrerent, haec saepenumero, occasione data, cum Sanctitate Tua, Beatissime Pater, per officiosas litteras communicare sollemne habuit; atque abs Te in maestitia solacium petere, in rebus asperis incitamentum ac paternarum precum auxilium; in laetitiis vero ac gaudiis regiae Domus Nationisque suae Tecum una immortales Deo Optimo Maximo referre grates. Qua autem erat in Apostolicam hanc Sedem pietate atque observantia eximia, semel atque iterum Romam adveniens, Sanctitatem Tuam pientissimo filii animo invisit, atque abs Te cum sibi, tum Belgarum genti universae Apostolicae Benedictionis donum efflagitavit. Cuius quidem pietatis observantiaeque documentum exstat mirabilis ea Iesu Christi cruci affixi imago, quam Sanctitati Tuae mnemosynon praebuit suum, quaeque tam affabre tam pie divinam Redemptoris nostri caritatem praefert atque exprimit. Neque praetereundum est quod Ipse in amplissimarum Congi regionum utilitatem gessit, non modo ad mercaturas et ad commercia quod attinet, sed etiam ad ea omnia promovenda, ex quibus hominum vita excultior ac felicior efficitur; ac praesertim ad eorum Missionalium incepta tuenda fovendaque, qui procul dubio praestantiorem utilioremque in illarum gentium bonum navant operam.

«Quapropter cum, haud multis abhinc annis, ad Congi oras appulsus est illasque terras invisit, innumerae indigenarum turbae, eorum praesertim qui evangelico lumine ac gratia recreati fuerant, elato plausu effusisqtie gaudis Eum per triumphum exceperunt; suique grati amantisque animi significationem Ipsi patefacere effrenato quodam, ut iisdem moris est, laetitiae studiosaeque voluntatis certamine contendermi!.

« Fas esto igitur omnibus dolori atque maerori modum imponere; atque ex hisce Alberti Regis egregie factis auspicium sumere laetioris, quo Ipsum frui confidimus, aevi, caelestis nempe felicitatis. Id praestat christianae spei virtus, qua edocemur terrestrem hanc vitam, si evangelicis praeceptis conformetur, alteram parere vitam, non angoribus item periculisque trepidam, non fallacibus aestuantem voluptatibus, sed firmam, perennem, ac deliciis affluentem sempiternis. Funéreas igitur lacrimas cohibeant consanguinei necessariique omnes'; abstergeant Belgici cives: catholica religio admonet mortuorum feretra esse veluti secundae aetatis incunabula habenda, qua felices omnes, favente Deo, una simul coniungemur; per mortem siquidem « vita mutatur, non tollitur, et dissoluta terrestris huius incolatus domo, aeterna in caelis habitatio comparatur ». Perpetuo in ea laetetur, enixe rogamus, et per haec funebria sacra suppliciter impetramus, lectissima Regis anima; ex eaque suos respiciens omnes, eorum soletur fietum, dolorem relevet, spem denique erigat atque adaugeat.

« Iamvero mihi liceat, antequam in hac sanctissima sede amplissimique coetu dicendi finem faciam, ad Augustum Virum mentem animumque arrigere, qui Belgicae rei in praesens gubernacula tractat, ac tanti nominis tantaeque virtutis hereditatem suscepit. Prosequatur Eum, quaeso, per totius suae vitae cursum, suorum popuLorum pietas, observantia, studium; ac gentis suae videat — optatissimum hoc esto prudentiae navitatisque suae praemium — fortunam adauctam, roboratam pacem, florentiaque cotidie magis prosperitatis incrementa; illius, inquam, prosperitatis, cuius firmamentum sunt ac columen christiana virtus ac largius alacriusque in usum deducta evangelica praecepta; quandoquidem, ut Belgarum etiam historia docet, nihil magnum est unquam sine religione gestum ».

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione dei Religiosi avrà luogo un concorso per due posti di Officiale minore per titoli ed esame scritto di scienza (Cost. *Sapienti Consilio* di Pio X di s. m., Norme generali, cap. II; Norme speciali, cap. VI).

I sacerdoti che non avendo oltrepassato i 40 anni di età, volessero prendervi parte, dovranno presentare alla Segreteria della stessa Sacra Congregazione, entro il giorno 20 Marzo 1934, la domanda portante l'indicazione dell'anno di nascita e corredata dal *nulla osta* del rispettivo Ordinario e del Vicariato di Roma, dei documenti degli studi ecclesiastici compiuti, dei titoli accademici conseguiti, nonché di tutti quegli altri titoli che crederanno utili.

L'esame scritto di scienza, che verserà su temi riguardanti la materia di competenza della S. Congregazione, avrà luogo nella Segreteria della medesima Sacra Congregazione *venerdì* ***6*** *Aprile p v., alle ore 8 antimeridiane.*

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi, 15 febbraio 1934.

Vincenzo La Puma, *Segretario.*

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 Febbraio 1934, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Laurenti, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria* **per discutere sopra un miracolo che si asserisce da Dio operato per intercessione della medesima Venerabile e che viene proposto per la sua Beatificazione.**

Martedì, 13 Febbraio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Generale* **con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Consu tori teologi, per discutere :**

1. Sul dubbio detto del *tuto* **per la solenne Canonizzazione della Beata Teresa Margherita Redi, Suora Carmelitana.**

2. Sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione del Beato Giuseppe Benedetto Cottolengo, Canonico della Collegiata del « Corpus Domini » e Fondatore della Piccola Casa della divina Provvidenza in Torino.

3. Sopra due miracoli operati, come si asserisce, per intercessione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret, Arcivescovo tit. di Traianopoli e fondatore della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria.

Martedì, 20 Febbraio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Generale,* **nella quale dagli Emi e Revmi Signori Cardinali, dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi è stato discusso :**

1. Sul *tuto* **per la solenne canonizzazione del Beato Giuseppe Benedetto Cottolengo, Canonico della Collegiata del Corpus Domini e fondatore della Piccola Casa della Divina Provvidenza in Torino;**

2. Ugualmente sul *tuto* **per la Beatificazione del Ven. Servo di Dio Antonio M. Claret, Arcivescovo tit. di Traianopoli, e fondatore della Congregazione dei Missionari Figa e Cuore Immacolato di Maria.**

3. In fine sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione del Beato Corrado da Parzham, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, e che vengono proposti per la solenne Canonizzazione dello stesso Beato.

Martedì, 27 Febbraio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Congregazione dei Riti *Generale,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultòri teologi, hanno discusso sul** *tuto* **per la solenne canonizzazione del Beato Corrado da Parzham, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.**

Quindi nello stesso Palazzo si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* **con l'intervento- degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, componenti la stessa S. Congregazione dei Riti, per discutere su due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione della Ven. Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bicbier des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 Gennaio 1934. **L'Eccmo Monsig. Giuseppe Cesarmi, Assessore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale,** *Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

2 Febbraio » **S. E. Revma il Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, Prefetto della Sacra Congregazione de Propaganda Fide,** *Membro della Suprema Sacra Congregazione del S. Officio.*

10 Marzo » **L'Illmo e Revino D. Enrico Quentin, O. S. B.,** *Abate delVAbbazia Romana di S. Girolamo,* **per la revisione della Volgata, a norma, delia Costituz. « inter praecipuas » 15 Giugno 1933.**

NECROLOGIO

14 Dicembre 1933.* **Monsig. Domenico Carrerot, Vescovo di Porto Nacional.**

16 » » **Monsig. Matteo Colom y Canals, Vescovo di Huesca.**

29 Gennaio 1934. **Monsig. Francesco de Pietro, Vescovo tit. di Calinda.**

1 Febbraio » **Monsig. Agostino Blessing, Vescovo tit. di Tegea.**

11 » » **Monsig. Sciukrallah Khouri, Arcivescovo di Tiro dei Maroniti.**

21 » » **Monsig. Guglielmo Keatinge, Vescovo tit. di Metellopoli.**

*** Data del telegramma.**

Aa., et rol. XXVI 3 Aprilis (Ser. IT, v. I) - Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

UNIVERSALE EXTRA ORDINEM IUBILAEUM ANNIS MDCCCCXXXHI-MDCCCCXXXIV ROMAE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.

PÎU8 EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

r Quod superiore anno universale extra ordinem Iubilaeum indiximus ad undevicies saecularem memoriam recolendam peractae humani generis Redemptionis, quodque iam feliciter jSbä exitum deductum est, id, elutis expiatisque animis et a «terrestris huius incolatus domo» ad superna erectis, tot tantaque attulit beneficia divinaque solatia, ut temperare Nobis non possimus quin immortales Deo optimo maximo grates agamus. Vidimus enim per huius anni sancti decursum — quod quidem caelestis Numinis benignitati acceptum referimus — innumerabiles paene filios singillatim turmatim in almam hanc Urbem confluere, eosdemiqmè et coram admisimus et paterno alloquio recreavimus. Idque ex omnium civium ordine factum: nempe ex operaría plebe, quae victum sibi cotidiano labore comparat; ex opti-

matibus civitatumque primoribus, qui in difficilliinis koriim temporum condicionibus videbantur — exemplum sane omni laude dignum —r non tantum sibi sed suis etiam omnibus caelestem opem conciliare; ex iis, qui fiorenti aetate fruuntur atque ex iis, qui, senio prope confecti, romani itineris incommoda perpeti non recusarunt. Neque ex Italia tantum atque ex vicinioribus regionibus, sed ex transmarinis etiam terris convenerunt ac paene undique gentium; ita ut vetustissima Eomae tempia, sacra hypogea ac vel ipsae Urbis viae elatis resonarent canticis, quae fidelium turbae « ex omni lingua, populo ac natione » pientissime effudissent. Atque non rarum fuit, renovato veterum romaeorum more, homines ac mulieres cernere, pedibus lon^o itinere suscepto, Eomam advenire, communem Patrem invisuros, suorumque commissorum veniam impetraturos. Quos omnes paternis honestamus laudibus; eo vel magis quod, cum acerbum, quo tam diu angimur, rerum oeconomicarum discrimen nondum remiserit, peregrini ex hisce non pauci ad pium huiusmodi consilium ineundum deducendumque in usum, pergravlbus debuerunt difricultatibus occurrere easdemque superare.

Cum tamen non omnes, quibus cordi esset, Eomam contendere potuerint, ad amplissimos potiundos caelestis gratiae thesauros, idcirco consentaneum ducimus ut, ex Apostolicae Sedis more institutoque, quae hac in alma Urbe usque ad hodiernum diem civibus atque advenis patuit iubilaris veniae facultas, ea per integrum annum ubique gentium vigeat. Quam ad rem salutariter assequendam, Ecclesiae administros adhortamur imprimisque Episcopos ut — opportunis habitis ad populum concionibus ac spiritualibus, ut aiunt, exercitiis sacrisque expeditionibus — christifideles quam plurimos ad sua cuiusque admissa per Paenitentiae Sacramentum eluenda et ad plenae huius indulgentiae beneficium lucrandum rite praeparent omnique ope permoveant. Eosdemque moneant ut ad mentem Nostram supplices Beo preces adhibeant. Hanc vero ad mentem quod attinet, praeter ea, quae per Apostolicas Litteras « Quod nuper » commendavimus^ ut nimirum debita ubique terrarum libertas Ecclesiae restituere-

tur, ac populi omnes ad pacem, concordiam verique nominis prosperitatem revocarentnr, hoc etiam cupimus ut christifidehum supplicationes studiose impetrent, ut perseverans nempe atque assidua Missionahum opera feliciora cotidie incrementa capiat, ac dissidentes universi ad unum Iesu Christi ovile auspicato reducantur.

Huic praeterea mentis Nostrae proposito aliquid etiam adiicere placet, quod Nobis summopere cordi est. Quandoquidem enim in regionibus non paucis teterrimi increscunt « atheorum militantium » nisus, qui, in caeleste Numen temerario ausu rebellantes, nefandum illud atque scelestum effatum, suum veluti insigne, iactant: «Absque Deo, contra Deum! », idcirco valde opportunum putamus ut, per proximam piacularis huius anni ad universum catholicum orbem prorogationem, gravissima eiusmodi iniuria, divinae Maiestati illata, precando expiandoque pro facultate resarciatur. Id faciant, quaesumus, christifideles omnes: id scilicet a misericordiarum Patre contendant, ut formidolosi horum pravorum hominum conatus, qui non modo religionem quamlibet, sed civilem etiam cultum verique nominis urbanitatem subvertere enituntur, tandem aliquando remittant atque incassum reddant. Id etiam suis precibus suisque piaculis impetrent, ut humani generis Redemptor obcaecatos eorum animos — infitiatorum dicimus osorumque Dei — caelestis luminis fulgore percellat, eosdemque suorum scelerum rubore paenitentiale commotos, ad paternum amplexum misericorditer reducat. — Quam ad rem in animo Nobis est, antequam saeculares hae celebrationes concludantur, publicam in Vaticana Basilica supplicationem participare, eo nempe die, qui opportuno tempore praestituatur.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, maximum divinae Redemptionis Iubilaeum, quod Romae celebratum est, ad universum catholicum orbem per Apostolicas has Litteras extendimus, ad Occidentalem nimirum et ad Orientalem Ecclesiam, atque in integrum annum prorogamus; ita scilicet ut a die octava Paschatis huius anni,

ad plenam usque diem item octavam Paschatis proximi aura MDCGCCXXXV lucrifieri possit. ¿ r

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus etiamsi per elapsum annum sacrum Iubilaei veniam adepti iam sint, apostolica auctoritate Nostra plenissimam totius paenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam — ubique terrarum extra Urbem eiusque suburbium lucrandam — concedimus atque im- " pertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum f emissione ac veniae dummodo, rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et sacra Synaxi refecti, ecclesias vel publica oratoria, hoc designandae statuto tempore pie inviserint. Quae omnia ^d-rea« .^örmasnp^rficere debent, quae mox statuentur:

: I. Locorum Ordinarii, sive per se ipsi, sive per probatos viros ecclesiasticos quibus etiam, si libuerit, hanc potestatem per integrum anni spatium utendam permiserint — ad iubilares ^quod attinet visitationes agendas, in *episcopali urbe* cathedralem aedem ac tres alias ecclesias vel publica oratoria designabunt, ;in : quibus, interdum saltem, eucharisticum sacrificium celebrari -soleat; *itómtyurlrio* vero et in *reliquis dioecesis partibus* paroecialem cuiusvis paroeciae ecclesiam designabunt, atque, intra eiusdem paroeciae fines, tres alias ecclesias vel oratoria,mt supra diximus. Id ipsum; in Orientali Ecclesia Patriarchae aliique, locorum,Ordi<- ;marii per se ipsi faciant vel per ecclesiasticos delegatos viros; unusquisque autem pro sua cuiusque eparchia vel dioecesi.

At in regionibus a Missionalibus exculfcis, locorum Ordinarii, nullo hábito discrimine inter Ordinem sedem ac ceteras territorii partes, quattuor ecclesias vel publica oratoria, ut supra diximus, in qualibet quasi-paroecia vel missionali statione designent, <\

IL Quemadmodum per elapsi piacularis anni decursum normae facturi est, ita per proximi anni spatium tres sacrae visitationes habendae sunt in unaquaque vel unoquoque e quattuor : ecclesiis vel publicis oratoriis designatis; idque sive eodem die, sive subsequentibus diebus; ita quidem ut christifideles, vàxdum e sacra aede post actam visitationem egressi, iterum atque illico in eam ingredi queant ad alteram ac tertiam perficiendam visi-

tationem. Quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi, aut per suos delegatos, decernere poterunt, ut praescriptas visitationes duodecim in minore aedium sacrarum numero peragi liceat; ita scilicet ut vel quattuor in tribus ecclesiis, vel sex in duobus, vel duodecim in una dumtaxat fiant.

III. Ut vero quae in sacris hisce visitationibus effundentur preces ad divinae Redemptionis ac praesertim ad Dominicae Passionis memoriam fidehum animos studiosius referant atque excitent, haec, quae sequuntur, statuimus atque iubemus: praeter eas supplicationes, quae ultro pro singulorum pietate ad Deum admovebuntur, quinquies ante Augusti Sacramenti aram preces « Pater, Ave et Gloria » recitari debent ac semel insuper ad mentem Nostram; omnes dein ante Iesu Christi cruci affixi imaginem ter formulam «Credo» pronuntient, ac semel precatiuncülam «Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, etc » vel aliam id genus; mox Deiparae Virgini se sistant atque septies inibi, dolores eius recolendo, salutationem Angelicam « Ave Maria » recitent, preculam semel aduciendo: «Sancta Mater, istud agas, etc. » vel aliam eiusmodi; denique ad Augusti Sacramenti altare conveniant atque catholicam fidem usitata formula, « Credo » devote profiteantur. [1]

Ad Orientalem Ecclesiam quod attinet, christifideles, eum iubilares visitationes perficient, atque vel in Augusti Sacramenti, in Iesu Christi cruci affixi inque Deiparae Virginis honorem, vel ad mentem Nostram publicas fundent preces, vel denique cum catholicam fidem praescripta formula profitebantur, tum iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Nostra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur. Praeterea singulis locorum Ordinariis fit facultas praescriptas in sacra visitatione preces in alias preces commutandi, cum iubilaris haec visitatio privatim agitur. Itemque Orientalis Ecclesiae fideles,

[1] Cfr. Iiitt. Apost. «Quod nuper» d. 6 Ian. 1933.

qui extra territorii sui fines commorantur, cum latini ritus peregrinis se adiungunt, supplicationis formulas Latinis praescriptas adhibere poterunt; singillatim autem, sive proprii, sive latini ritus formulas iisdem recitare licet.

IV. Quoniam vero nonnullae e recitandis precibus Iesu Christo eucharisticis velis delitescenti adhiberi debent, locorum Ordinarii curent ut, cum ecclesias vel publica designant oratoria, ea eligant in quibus Augustum altaris Sacramentum legitime asservari soleat; vel saltem in quibus, cum sacra visitatio peragetur, praesens haberi queat. Quodsi, ob peculiares locorum condiciones— quod praesertim in Missionalium regionibus continget — id fieri nequeat, nulla tamen e precibus, in iubilari visitatione praescriptis, praetermittatur. Quae autem supplicationes Iesu Christo Eucharistico admovendae sunt, eas christifideles Augusto Sacramento, etsi non praesenti, mente tamen atque animo venerabundi adhibeant; cum ob mirandum Eucharistiae donum grates habentes maximas, tum pientissimas praebentes satisfactiones ob iniurias eidem Sacramento illatas. Atque in his rerum adiunctis catholicae fidei professio ante Iesu Christi cruci affixi imaginem habeatur.

V. Ut iubilares visitationes christifideles faciíius instituere atque exsequi possint, eis facultas datur easdem: peragendi visitationes etiam extra paroeciae vel dioecesis cuiusque suae fines; in templis tamen pro unoquoque loco legitime designatis. Quod quidem, singula singulis referendo, populis quoque Missionalibus demandatis conceditur.

VL Decernimus praeterea ut, quemadmodum Romae per elapsum piacularem annum actum est, christifideles iubilarem hanc indulgentiam cum sibi, tum vita functis, toties lucrari possint, quoties imperata opera rite perficiant; ita tamen ut nulla pro altero iubilaeo acquirendo opera fieri queant, antequam inchoata pro primo opera omnino absoluta fuerint.

VII. Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, haec statuimus, quae sequuntur.

1. Nautae iique omnes qui navibus inserviunt, si navigium, in quo iter faciunt, sacellum habeat, ubi fas sit sacris operari,

inibi poterunt iubilares perficere visitationes. Sin aliter, iisdem concedimus ut, cum ad certam stationem se receperint, ibi, in quovis nempe templo, iubilares visitationes, praescriptas preces recitando, instituere possint.

2. Locorum Ordinarii poterunt, aut per se ipsi, aut per ecclesiasticos delegatos viros, si qui impediantur ne visitationes, eo modo quo imperantur, obeant, vel harum numerum contrahere; vel ecclesias invisendas ad minorem item numerum reducere; vel denique sacras visitationes in alia pietatis caritatisve opera commutare, ad singulorum condicionem accommodata. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, religiosas sorores, tertiarias regulares, pias feminas et puellas ahasve personas in gynaeceis seu *Gonservatoriis* degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam vitae actioni deditos, ut Oistercienses Reformatos B. M. Y. de Trappa, Eremitas Gamaldulenses et Carthusianos; eos praeterea, qui aut captivi sunt, aut in carceribus custodiuntur; et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui- in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti ii quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt; ac generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant; aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constit tutione « Qui unlbratilem vitam » die XXX mensis Ianuarii superiore anno data descripsimus; ac senes denique, qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

3. Ordinariis locorum pariter liceat— etiam per delegatos, ut supra diximus — minorem visitationum numerum praestituere, *a)* conlegiis auctoritate ecclesiastica probatis, sive clericalibus, sive religiosis; *b)* confraternitatibus, piis sodalitatibus, atque iis tantummodo laicorum consociationibus, quarum sit catholica opera provehere; *c)* adulescentibus, qui in conlegiis vivunt, vel conlegia, institutionis educationisque gratia, aut cotidie, aut statis diebus celebrant; *d)* christifidelibus omnibus, qui, aut duce parocho vel sacerdote ab eo delegato, aut alio

sacerdote duce — in locis tamen dumtaxat, ubi paroeciae legitime constitutae non sunt ?— visitationes peracturi sint. —- Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuant numerum, ut ii omnes, quos nominavimus, instituta pompa, etiam sine suis insignibus, ad sacras invisendas aedes incedant.

4. Ubicumque autem, quavis de causa, ita incedendi per publicas vias- facultas non erit, Ordinario loci eiusve delegatis, liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere ac reducere,, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur, aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delegati ab obligatione sacramentalis confessionis et sanctae Communionis nullum alium exsolvant, nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat.

TUI. Ad facultates quod pertinet, confessariis, ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quibus in excipienda Iubilaei confessione salutariter utantur, haec, quae sequuntur,, decernimus.

1. Confessariis illae integrae sunto facultates absolvendi., dispensandi, commutandi, quascumque ab Apostolica hac Sede vel in perpetuum vel ad tempus legitime impetraverint; id tamen intra concessionis terminos. •<

2. Monialibus iisque aliis feminis, quarum ad confessiones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis adprobatio Ordinarii requiritur, fas esto quemvis confessarium sibi eligere, ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum, apud quem Iubilaei confessio peragi queat; cui quidem electo confessario concedimus ut, in excipiendis dumtaxat Iubilaei confessionibus, omnes exercere possit facultates, quas ipse, vi Apostolicae huius Constitutionis, pro omnibus christifidelibus iam habeat.

3. Confessariis omnibus concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in> actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet paenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragantur.

IX. At hisce amplissimis facultatibus ne ntantnr nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

1. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can., 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, illos, qui in casum inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, d. xvi mensis Novembris, a. **MDCCCCXXtni** (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XX, pag. 398); vi cuius decreti tamen, post etiam obtentam absolutionem, obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentiariam recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

2. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint.

3. Haereticos vel schismaticus, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum, ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter reparaturos.

? 4. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata saltem coram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos- sectae adscriptos noverint, ad can. 2336 §2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eamdem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem — idque iustis gravibusque de causis —per se ipsi déstruxerint; sin minus, ipsimet sincero animo spoponderint se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari et frequenti sacramentali confessione.

5. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit. ;

. 6. Possint iidem confessarii omnia et singula vota *privata,* etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in profesr sione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave paenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

7. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate, de qua in can. 985, 4°; sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat. • ...

8. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu (sexto vel quarto iuxta computationem Orientalium) collaterali, etiam attingente primum (quartum vel tertium Orientalium), quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

9. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata reno-

vatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitentia.

10. Ai visitationes quod attinet quatuor ecclesiarum, confessarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescripta ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem a visitatione alicuius ecclesiae, eam, commutando — si fieri potest:—in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi. Singulis autem, qui, morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas ecclesias invisere nequeant, praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, commutent. Confessarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverit, iis ne ¡indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere. ¡

11. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam' non habeat.

12. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem, Iubilaei causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur.

13. Confessarii sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut Iubilaei veniam lucrentur.

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris ao dispensandi ab irregularitate cum eodem paenitente uti nequeant nisi semel tantum, cum ipse Iubilaei veniam primum lucretur; itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anui, a peccatis et a

censuris absolutus iam non fuerit, vel ab irregularitate dispens sat us. ;

Ceteras vero facultates— eam etiam visitationes contrabendi aut commutandi ad datam normam sub n. 10 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt.

Ceterum, si qui post inchoata, huius Iubilaei adipiscenda ánimo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem rite con^ fessos ac sacra Communione refectos, memoratae indulgentiae participes fieri volumus, non secus ac si omnia imperata opera explevissent.

Itaque haec omnia, quae per? Apostolicas has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma ac valida exsistere et fore, ad effectum Iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet. Earum autem Litterarum exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo munitis viri in ecclesiastica dignitate constituti, eamdem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, voluntatis et declarationis infringere, vel ei, ausu temerario,' contra ire. Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. i

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die secundo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto, Pontificatus Nostri decimo tertio.

Fr. TH. PIUS O. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

LAURENTIUS Card. LAURI
Paenitentiarius Maior.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Adiutor a studiis.*

Loco © Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., vol. L, n. 15.* - G. Stara Tedde.**

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

MONITA

-DE usu FACULTATUM: CONFESSARIIS TRIBUTARUM: PER ANNUM SANCTUM AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM PROPAGATUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAS, AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENE- ; DICTI XIV ET LEONIS Xm EXARATA, AUCTORITATE SS.MI D. N. PII PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM: ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA.

. **Edita; hesterno die Apostolica Constitutione «Quod superiore anno», per quam universale extra ordinem Iubilaeum ad totum catholicum orbem extenditur, summopere interest, ut quae in eadem decernuntur, accurate prudenterque in usum deducantur.**

Ut vero id facilius ac tutius effici queat, SS. D. IST. Pius divina Provi-, :déiA"- &®p& >JXJ- iussit,' quemadmodum per elapsum piacularem annum in confessariorum almae huius Urbis commodum, ita nunc in totius orbis confessariorum utilitatem haec, quae sequuntur, monita edenda esse, eademque edixit quam dihgentissime ab omnibus esse servanda.

I. Noscant imprimis in compertoque habeant confessarii se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* **ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubüaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, r itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.**

Confessarii his facultatibus in foro interno etiam extra-sacramèntali uti possunt dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus .forum sacramentale exprèsse requiratur.

Parochi tamen peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes . dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam Constitutionis « Quod superiore anno » sub n. IX, 10, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis paroeciae suae.

IL Facultas absolvendi a peccatis et a censuris ac dispensandi ab irregularitatibus hisce finibus continetur atque circumscribitur, ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a censuris absolutus iam noli fuerit vel ab irregularitate dispensatus (cfr. Const. «Quod superiore anno », sub n. IX, 13). Itaque summopere necesse est confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris, vel irregularitate irretito exquirere:

1° utrum iam iubilarem veniam, a die octava Paschatis huius anni, lucrifecerit necne;

2? quodsi eam non lucrifecerit, num, anno piaculari vertente, a peccatis vel a censuris reservatis iam absolutus fuerit; atque id ipsum tum requirat, cum paenitens se sistat aliqua irregularitate irretitus.

Etenim si ipse a die octava Paschatis huius anni vel iam iubilarem veniam lucratur fuerit, vel iam fuerit a peccatis aut a censuris absolutus, Vel denique ab irregularitate dispensatus, absolutionem et dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

III. Confessarii praediscant ac memoria teneant indicem peccatorum censurarum, paenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua, autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse ccnsecuturum.

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Confessarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiat], non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quandiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentah interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi Iubilaeum

cuin'onere quam primum sè subiiciendi etiam iri fòro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo in Can. 2342, prohibeant, sub paena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus paenis, de quibus sub n. 2 eiusdem canonis agitur.

IX. Beligiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen* si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea Condicione ut in censuram reddant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierunt. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinàrio loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis paenis in can. 2385'statutis. [Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in fóro interno poterit, imposita [obhgatione ad religionem ¡quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae paena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur, ita quidem ut confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis paena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se f retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

I° Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram ecclesiam aut oratorium invisendi, nulla facta obhgatione aliam ecclesiam vel oratorium per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes duodecim semper habendas esse, quae proinde in reliquis ecclesiis vel ora-

toriis fieri debent. Dispensatio enim alicuius ecclesiae visitandae.ideai non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

2° Si quis vero, praeter dispensationem alicuius ecclesiae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri uiiininutionem petat, confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensata^ fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

3° Si quis interdum, animo sacras visitationes rite peragendi, ad eccle-, siae fores pervenerit, aditu ad eam iam clauso vel quavis de causa impedito, tum satis erit ad easdem fores praescriptas preces recitare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

, *49* Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur. •• ^ • ••

j. XIII. Cum quatuor ecclesiarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili cansa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor ecclesiarum antecedane an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicito, eum Deo reconcilietur.

Haec *Monita* [ad praesentis disciplinae condicionem accommodata, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in lucem edi iussit, ut con-: stans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximam piacularis anni ad totum catholicum orbem prorogationem.

; Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, diem mensis Aprilis anno MDCCCCXXXIV.

L. Card. LAUKI, *Paenitentiarius Maior.*

I. Teodori, *Secretarius.*

An. et Vol. XXVI IO Aprilis 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

CONSISTOEITTM SECEETTJM

5 Martii 1934

Die v mensis Martii anno MDCCCCXXXIV, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum* cuius acta ex ordine referuntur.

I.-RELATIO CAUSARUM

Praevia Beatissimi Patris venia, Bevmus Cardinalis Laurenti, Praefectus Congregationis SS. Bituum, sermonem habuit de vita et miraculis Beati Iosephi Benedicti Cottolengo, Confessoris sacerdotis, fundatoris Parvae domus a divina Providentia, Beati Conradi a Parzham, Confessoris laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ac Beatae Teresiae Margaritae Bedi a sacro Corde Iesu, Virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum; ac recensuit acta quae in singulis causis Beatificationis et Canonizationis eorundem, sacra Bituum Congregatio, accurato praevio examine, admisit et adprobavit.

Belatione expleta, Ssmus Dominus Noster Bevmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit, et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

II. - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI

DELEGATIO RR. PP. CARDINALIUM AD PORTAS SANCTAS OBSERANDAS

VENERABILES FRATRES

Cum piacularis anni cursum, qui iam ad exitum properat, mente complectimur, magno equidem perfundimur gaudio; atque in Deum, caelestium omnium munerum datorem, grata ferimur voluntate. Eo enim auctore tot filios cernere licuit ex quibusvis terrarum orbis partibus Romani Pontificis invitamentum libenter suscipere, eidemque obsequentes Eomam contendere, non modo ut plenam suorum commissorum veniant impetrarent, sed etiam ut una Nobiscum, bac in alma Urbe, quae paene innumerabilia praefert catholicae fidei pietatisque monumenta, earum mirabilium rerum memoriam incensiore caritate recolerent, quibus humani generis Redemptor, undevicesimo ante saeculo, nos omnes ad salutis viam revocavit nobisque reseravit caelestis patriae ianuam. Hoc sane praeclarum exemplum, quod huc confluentes peregrinorum multitudines ediderant, una cum Romano populo laudabili quadam contentione certantes, eiusmodi profecto fuit, ut non tam Nostram, quam omnium admirationem commoveret. Etenim non immodica ordinum inter se discrepantiam commoda, non peculiares generis nationisque suae utilitates excitabant animos, sed una eademque pietas, una eademque religio, unum denique idemque in communem Patrem observantiae studium. Reapse utique asseverari potest, quemadmodum cupida atque invida terrenarum rerum consectatio dividit ac dissociât homines, ita eos caelestium bonorum studium fraterno foedere copulare atque componere.

Ac quotiens, venerabiles fratres — cum praesertim in Vaticanae Basilicae maiestaté virgines, martyres confessoresque non paucos ad beatorum vel ad sanctorum caelitum honores eveximus — quotiens, dicimus, ovantium multitudine stipati, qui, elatis brachiis oculis animisque, Iesu Christi Vicarii benedictione

recreari amantissime gestiebant, magno Nos solacio ac gandió perfusi, supra quam verbis consequi atque exprimere liceat, aliquid videbamur Nobis caelestium gaudiorum praecipere. Tum miro novoque fulgore insignitae notae emicuerunt, quae adspectabilem veri nominis Ecclesiam hominum consortioni demonstrant, unitas scilicet, universalitas atque sanctitas; quaeque, una cum apostolieitate, eam ostendunt tutum omnibus salutis portum, et ad aeternam felicitatem adipiscendam, ducem indicant inerrantem ac magistram falli nesciam.

At supervacaneum ducimus vos horum commemoratione eventuum diu multumque morari, quamvis id Nos — ac vos itidem, putamus — haud mediocri delectatione afficeret; res enim profecto exploratissima agitur, quae vobis testibus ac spectatoribus accidit. Optamus potius vos, venerabiles fratres, adhortari vehementer, ut Nobiscum una Deum Optimum Maximum adprecemini, benigne velit has meliorum temporum spes, haec virtutum auspicia perfectiorisque vitae proposita, a pluribus christifidelibus hoc sacro anno inita, non veluti perituros agrorum flores arescere, sed optimos educere fructus, qui ad maturitatem feliciter pubescant.

Iam nunc in ea mentem convertimus Nostram, quae ad sollemnes caerimonias pertinent, quibus moris est jubilares huiusmodi celebrationes concludere; ad sacras nempe quattuor Patriarchalium Basilicarum portas rite obserandas. Id Nosmet ipsi, exemplo decessorum Nostrorum, pro continenti Vaticana aede, favente Deo perfecturi sumus. Ut vero traditus a maioribus ritus ad reliquas Patriarchales Basilicas eodem die peragi queat, Legatos Nostros *a latere* eligimus ac renuntiamus venerabiles fratres Nostros Ianuarium S. R. E. Cardinalem Granito Pignatelli, Episcopum Ostiensem et Albanensem ac Sacri Collegii Decanum, qui Portam Sanctam Basilicae Sancti Pauli Apostoli Nostro nomine claudat; item Franciscum S. R. E. Cardinalem Marchetti-Selvaggiani, Nostrum in Urbe Vicarium ac Basilicae Lateranensis Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat ac denique Angelum Mariam S. R. E. Cardinalem

Dolci, Basilicae Liberianae Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae nomine Nostro claudat. In nomine £B Patris, et Fi £g Iii,- et Spiritus £g Sancti. Amen.

Superest ut Ecclesiis suo viduatis Pastore consulamus.

III - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater titulari episcopali Ecclesiae Mediensi praefecit E. P. Stephanum Iosephum Donahue, parochum ad Ssmi Nominis Iesu in urbe Neo-Eboracensi, quem Auxiliarem concessit Emo P. D. Patricio Iosepho S. R. E. Cardinali Hayes, Archiepiscopo Neo-Eboracensi.

Indidem alios quoque per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites recensuit, nimirum:

ARCHIEPISCOPUM:

Cianensem, **Franciscum Mariam Gieure, iam Episcopum Baionensem.**

EPISCOPOS:

Matregensem, **Theophilum Matulanis.**

Antofagastensem, **Alfridum Cifuentes.**

Gerundensem, **Iosephum Cartaña Inglés.**

Olbiensem, **Aloisium Iustinum Gumy, iam Episcopum Portus Victoriae.**

Pesqueirensem, **Adalbertum Sobral, iam Episcopum Barrensem.**

ßancti Caroli Ancudiae, **Eaymundum Munita Eyzaguirre.**

Pastopolitanum, **Didacum Gomez.**

Candiensem, **Iacobum Inglese.**

Nagporensem, **Aloisium Franciscum Gayet.**

Trisipensem, **Ioannem Gualterium Panis, primum Vicarium Apostolicum de Célebes.**

Oeensem, **Camillum Verfaillie, Vicarium Apostolicum de Stanley Falls.**

Octeriensem, **Hyginum Serci.**

Nazianzenum, **Bernardum Bertoglio, Auxiliarem Emi P. D. Aloisii Episcopi Praenestini S. B. E. Cardinalis Sincero.**

Trentonensem, **Moysen Kiley.**

de Amarillo, **Robertum Emmet Lucey.**

Providentiensem, **Franciscum Keogh.**

Calyndensem, **Guillelmum 0'Brien, Auxiliarem Emi P. D. Georgii Guillelmi S. R. E. Cardinalis Mundelein, Archiepiscopi Chicagiensis.**

Polybotenum, **Augustum Sieffert, iam Episcopum Pacensem.**

Ceramensem, **Camillum Valentinum Stappers, primum Vicarium Apostolicum de Luluà et Katanga centrali.**

Metellopolitanum, **Bernardum Hilhorst, Vicarium Apostolicum de Bagamoyo.**

Tegeaeum, **Iosephum Mariam Preciado Nieva, Vicarium Apostolicum de Darien.**

XJthinensem, **Oscar Morin, primum Vicarium Apostohcum de Navrongo.**

Vartanensem, **Leonem Taylor, Vicarium Apostolicum Nigeriae Occidentalis.**

Balianensem, **Georgium Six, Vicarium Apostohcum Leopoldopolitanum.**

Sinnensem, **Iosephum Vanderhoven, primum Vicarium Apostolicum de Boma.**

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Eadem die

Consistorio secreto sic absoluto, statim habitum est in eadem Aula *publicum Consistorium,* **in quo sacrae Aulae Consistorialis Advocati, stantes ante Pontificis Solium, breviter singillatim retulerunt de vita, virtutibus ac miraculis supra dictorum Beatorum, nimirum:**

D. Augustus Milani, sermonem habuit de Beato Iosepho Benedicto Cottolengo, Conf. Sacerdote, fundatore Parvae domus a divina Providentia, D. Augustinus Schmid de Beato Conrado a Parzham, Conf. laico professo Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum et D. Vincentius Sacconi, de Beata Teresia Margarita Bedi, Virg., moniali professa Ordinis Carmelitarum Excalceatorum.

Quibus in genua provolutis, B. P. D. Antonius Bacci, a secretis Brevium ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, sic respondit:

.« Dum nostra hac aetate nimium multi, acriore rerum humanarum sollicitudine distenti, caelestium oblivione veritatum sempiternaeque potiundae vitae neglegentia laborant, nihil equidem opportunius videtur, ad eorum excitandos animos, quam praeclara, quae numquam in Ecclesia desunt, virtutum exempla in catholici orbis conspectu collocare. Cur enim eos non pudeat, si harum virtutum fulgore collustrentur, in rebus tanti momenti tantaeque gravitatis torpescere; cur eiusmodi desidiam non discutiant, et ad potiora bona adipiscenda, quae bona sunt spiritus, tandem aliquando non exardescant? Id porro facilius esse eventurum confidit Augustus Pontifex, si dignae perorationi vestrae annuat, quemadmodum ipsimet in

Totis est; caelicolae enim, quorum vos causam agitis, ita virtutum insignibus praestiterunt, nt ad eas adamandas assequendasque mortalium animos non .commovere non possint. Siquidem Teresia Margarita Redi niveus virginitatis flosculus atque integerrimum eluxit regularis observantiae specimen; ipsum vero Iosephi Benedicti Cottolengo nomen caritatem redolet, caritatemque spirat; ac denique Conradus a Parzham, e Franciscalibus Capulatis, ob suavissimam serenamque agendi rationem, qua in cotidiano officii sui munere diligentissime obeundo, inque acerrimis paenitentiae piaculis suscipiendis, usus est, christianae perfectionis viam quasi faciliorem reddere videtur. Hos igitur omnes summopere optat Beatissimus Pater sanctitudinis infula decorare; sed tamen, cum tantae magnitudinis negotium agatur, id non ante decreturus est, quam in Consistorio semipublico, quod dicitur, S. R. E. Cardinalium itemque omnium, qui propius adsunt, sacrorum Antistitum sententias *Ae* more exquisierit. Atque interea hoc a nobis omnibus expetit ut, supplicibus Deo admotis precibus, uberioris luminis effusionem menti suae impetremus, ad id scilicet luculentius dispiciendum, quod et Dei gloria et catholici nominis incrementum in hac causa postulent ».

III

CONSISTORIUM SEMIPUBLICIS

Die XII mensis Martii MDCOOCXXXIV, in Palatii Apostolici Vaticani consueta Aula, *Consistorium semipublieum* **habitum est de Canonizatione Beati Iosephi Benedicti Cottolengo confessoris, Beati Conradi a Parzham confessoris, itemque Beatae Teresiae Margaritae Redi, virginis.**

Huic actioni Beatissimus Pater sic praefatus est:

VENERABILES FRATRES

Causam, de qua hodie hoc in amplissimo consessu agendum decrevimus, de evehendis scilicet ad sanctorum caelitum honores Beato Iosepho Benedicto Cottolengo confessore, Beato Conrado a Parzham item confessore ac Beata Teresia Margarita Redi virgine, omnino vobis exploratam putamus. De eo siquidem esse et a supremo Consilio sacris ritibus praeposito et in superioribus Consistoriis ita ad amussim consultum nostis, ut nullus iam ambigendi locus relinquatur hos caelicolas, dum praesentis huius

vitae usura fruiti sunt, virtutum omnium praestantia enituisse; ac post piissimum eorum obitum, divinum ipsum sanctitudinis altorem statoremque per eorum patrocinium, christifidelium precibus impetratum, res prorsus mirandas perpetrasse.

Praeterea, cum tanti ponderis causa haberetur, ut eam vos vel diligentius pervestigaretis, legitimos horum caelitum commentarios unicuique vestrum tradi iussimus; quos vos accurate pervolutasse non dubitamus. Nihil igitur aliud restat nisi ut, antequam sollemni ritu a maioribus tradito eorum gloriam in Vaticana Basilica consecremus, vos omnes rogemus singillatim ut sententiam hac super re vestram aperire Nobis ne gravemini.

Faveatis igitur, venerabiles fratres, quid singuli sentiatis, vestrae servato dignitatis ordine, religiose Nobis significare.

Exceptis vero adstantium suffragiis, Sanctissimus Dominus Noster haec addidit verba:

In idem vos consentire, venerabiles fratres, quod Nobis summopere placet, gratulamur admodum; ex hac enim amplificatione honoris, qua hi tres beati caelites apud militantem Ecclesiam decorabuntur, non parum confidimus christifidelibus ortum iri spiritualis utilitatis.

Quapropter, ad Beatam Teresiam Margaritam Bedi et ad Beatum Iosephum Benedictum Cottolengo quod attinet, sacras id genus caerimonias ad Sancti Petri in Vaticano, die xix huius mensis, in festo scilicet inclyti Deiparae Virginis Sponsi, peracturi sumus; eodem quippe die, quo Beatus Pompilius Maria Pirrotti in Sanctorum numerum referetur. Canonizationi autem Beati Conradi a Parzham diem dicimus vicesimum proximi mensis Maii, festum scilicet Pentecostes.

Atque interea vos omnes in Domino adhortamur, ut hoc voluntatis Nostrae propositum suppliciter Deo commendare ne intermittatis.

De quibus omnibus ut acta iuridica conficerent, praefatis Dominis Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, adstantibus Protonotariis Apostolicis mandatum de more est.

SOLLEMNIA CANONIZATIONUM

I

BEATAE MARIAE MICHAELAE AB AUGUSTO SACRAMENTO, VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA DIE IV MENSIS MARTII, ANNO SACRO MDCCCCXXXIV PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Augustinum Lenti, a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, R. P. D. Antonius Dacci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

« In notis praecipuis, quae catholicam, veri nominis Ecclesiam demonstrant, sanctitas procul dubio numeratur, quae non^ modo in divino eius Auctore arcana quadam ratione, quam hypostaticam vocamus, considit atque refulget, sed ab eo etiam, veluti a perenni indeficientique fonte, profluit, ac conditam ab eo societatem alit atque fecundat. Hac profecto de causa numquam, per saeculorum decursum, caeleste eiusmodi munus, maximum equidem animorum decus atque ornamentum, in christifidelium consortione defuit; immo etiam, quo infensius acriusque in catholicam religionem saevitum est, eo splendidius indefessi apostoli, candidae virgines, invicti martyres strenuique confessores enituere. Ut igitur omnes mirabile hoc Redemptoris nostri institutum, hoc est Ecclesia, in sua luce cernant atque suspiciant; ut ii etiam, qui in tanta errorum colluvie transversi aguntur, ad eam assequendam amplectendamque facilius commoveantur; quique eam participant, studiosiores se filios praestent, idcirco summopere exoptat Sanctitas Sua beatam Mariam Michaëlam ab Augusto Sacramento sanctitudinis fulgore decoratam decernere atque edicere, in cuius adeptione tantopere eadem elaboravit. Verum, antequam Beatissimus Pater dignae instantique perorationi vestrae annuat, per me nos admonet universos, ut caelicolarum aulam, ad uberiorem conciliandam sibi divinae gratiae effusionem, usitatis supplicationibus adprecemur ».

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

« Etsi dubium non est beatam Mariam Michaëlam ab Augusto Sacramento sempiternae esse felicitatis compotem, atque adeo omnino dignam, qui summi sanctitatis honores tribuantur; vult nihilo secius Beatissimus Pater incensissimas a nobis omnibus Spiritui Sancto Paraclyto admoveri preces, ut in re tanti momenti divini Flammis gratia mentem suam illustret, regat ac dirigat ».

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

« Hoc sollemni horae momento, quo summus catholicae Ecclesiae moderator sententiam optatissimam laturus est, divina Iesu Christi verba, quae musivo opere fulgentem huius Basilicae tholum décorant, ad mentem nostram gratulabundi reducamus. Apostolorum Princeps oraculum, in caelo procul dubio confirmandum, per Pium editurus est. Si universa laetatur Ecclesia, quae per beatae huius virginis tutelam in uberioris gratiae spem erigitur, at catholica Hispania potissimum pergaudeat, quae praeclarae huius filiae suae tanta honestatur gloria ».

Itaque ßsiiius Dominus Noster ex cathedra divi Petri, sic pronunciavit:

«Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam **MARIAM MICHAELAM A SSMO SACRAMENTO SANCTAM** esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die XXIV Augusti, inter Sanctas Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Pa£gtris et Fi£glii et Spiritus gg Sancti ».

Ante vero sollemnem Missam Papalem, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Dum praeclara rerum gesta mente venerabundi recolimus, quibus lectissima virgo Maria Michaela ab Augusto Sacramento totum honestavit mortalis suae vitae cursum, videntur Nobis gemina haec animi ornamenta in multiplicibus eius virtutum laudibus fulgidiore luce enitere: indefatigabilis nempe invictaque stre-

nuitas atque incensissima caritas. Altera enim non modo acriorem ingenii sui ardorem, quo ex natura aucta conformataque erat, ita per perfectionis studium coegit, ut dulcissimam sibi compararet indolem suavesque mores, sed quidquid etiam, etsi difficile atque arduum, in Dei gloriam conferre intellexisset, id fortiter perpeti omnique ope efficere enixa est. Alterius vero virtutis pulsu maximopere commota ac veluti adacta, nihil reliqui faciebat, ut devios ad veritatis semitam reduceret, perditos ad frugem bonam revocaret, delectos in spem erigeret, ac mineros omnes solacio auxilioque donaret. Generis nobilitate florens rerumque copia affluens, non honestas nuptias quaerere, quae facile eidem obvenissent, non humanam gloriolam aucupare, quae acrius mortalium animos oblectare solet, sibi cordi fuit, sed se totam divino servitio mancipare animarumque saluti procurandae.

Quod largiter natura dederat, quod avitum patrimonium .auxerat — egregias scilicet ingenii dotes opesque hereditate habitas — id omne in indigentium, in aegrotorum levamen ultro libenterque contulit. Quando enim Caelestis Sponsus gratia sua cor nostrum visitât,

tum lucet ei veritas
mundi vilescit vanitas
et intus fervet caritas.[1]

A nullo autem calamitatum morborumque genere, etsi reputanti ac sordido, abhorrait; quandoquidem in miseris omnibus divinum ipsum Magistrum superna quadam voluptate complectebatur. Inopum domunculas invisere, ut illuc non modo corporibus adiumentum, sed animis etiam aeternae veritatis lucem afferret; cibum sibi veluti ex ore eripere, ut famelicis tribueret; scabie laborantibus lepraque infectis inservire eorumque curam agere, in deliciis habuit. Ac quodam die, cum publicum valetudinarium S. Ioanni a Deo dicatam adivisset, ibique quaedam mulier ante oculos occurreret ita ob lepram confecta, ut nullus iam per integrum mensem neque eius tabescentes plagas detergere, neque

[1] Ex hymno Festi ss. Nom. Iesu.

grabatulum, in quo iacebat, componere vel renovare auderet, eam materno animo amplexa est, omniaque eidem impertiit misericordiae pietatisque officia.

At neque heic constitit, neve remoratum est inflammation eius humanae infelicitatis relevandae studium; sed in eas praesertim puellas vim suam acuit sollicitudinemque, quae iuventutis florem vel misere violassent, vel in eo essent, ut in pravorum hominum illecebrarum laqueos incidereiit. Liceat igitur Nobis, venerabiles fratres ac dilecti filii, illud collegiorum inceptum etsi breviter attingere, in quibus —nova inducta caritatis industria —- perditae mulieres excipiuntur, ut et sua commissa paenitentia redimant lacrimisque expient, et ad vitam redintegrandam per virtutis disciplinam conformentur. Quod quidem laudabile opus Congregationi ab se conditae veluti peculiare beneficentiae institutum hereditate reliquit impenseque commendavit; religiosis sodalibus praecipiens itidem ut, ad rem tam difficilem suscipiendam, ex perpetua Augusti Sacramenti adoratione supplicationeque vim haurirent praesentissimam. Attamen, quot calumniae inde exortae criminationesque; quot «inimici hominis» conatus et irae, ut peropportunum eiusmodi opus praepediatur atque dissiparetur! Verum sanctissima haec femina, cum non minus animi fortitudine, quam Dei proximorumque amore praestaret, haec omnia, divino auxilio freta haud intermissis precibus impetrato, strenuissime pertulit atque devicit. Ita ut eadem, in periculis atque angustiis omne genus, in invidiae simultatisque aestu, in ipsiusque vitae discrimine, cum bonorum etiam spes atque fiducia dilaberentur, humanaeque opes deessent, coram Altaris Sacramento provoluta, lacrimas gemitusque funderet, Apostoli Pauli sententiae memor: « Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum; neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei quae est in Christo Iesu Domino nostro » . [1]

[1] *Rom.* **VIII, 38-39.**

Cuius quidem caritatis flamma, quemadmodum per totius aetatis suae curriculum emicuit atque flagravit, ita lectissimam hanc feminam ad mortalem exitum adduxit, suoque ardore consumpsit. Siquidem, cum intellexisset asperrimam esse cholerici morbi luem Valentiae ortam, atque iam in ipsos sodalitatis suae ordines magno cum omnium pavore irrepsisse, illico ad hanc urbem evolavit, solacium auxiliumque latura. Attamen vixdum suarum curam sollicitudinemque suscepit, seseque totam ad aegrotantibus assidendum dedidit, pestifera contagione inflcitur; ac, veluti amoris victima, ad extrema reducitur. O piissimum obitum, venerabiles fratres ac dilecti filii, quo Maria Michaela ab Augusto Sacramento, candidis virginitatis liliis purpureisque caritatis rosis coronata, a terrestri hoc exilio, tot doloribus referto, tot» periculis trepido, ad caelestem perrexit beatitatem! O det nobis utique omnibus Sancta novensilis —quod sit, precamur, sollemnis eius consecrationis fructus pulcherrimus — a Deo nobis suis precibus impetret, ut aetatis nostrae cursum, consentaneis catholicae religioni moribus nullo non tempore conformatum, « pretiosa in conspectu Domini morte » quam dignissime aliquando perficiamus, per Christum Dominum nostrum. Amen.

n

BEATAE LUDOVICAE DE MARILLAC, VIDUAE LE GRAS, IN BASILICA VATICANA DIE XI MENSIS MARTII, ANNO SACRO MDCCCCXXXIV PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Robertum Mucci a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto' Sacrorum Rituum Congregationi, R. P. B. Antonius Bocci, Secretarius- Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

Quandoquidem experiendo est cognitum praeclara virtutis exempla in mortalium animos magis posse, magisque eos ad perfectionis viam ingrediendam excitare, quam divinitus tradita praecepta, idcirco nihil antiquius, habet Sanctitas Sua, quam ut illos, qui, divini Eedemptoris formam in se referentes, morum sanctimonia in Ecclesia praefulgeant ab ipso Deo miraculis comprobata, et ante omnium oculos in sua luce collocet, et om-

nium admirationi imitationiqne proponat. Quin etiam, si eiusmodi virtutum ornamenta ex impenso Dei proximorumque amore oriuntur, eumdemque amorem veluti caelesti quadam corona redimire videntur — quod quidem in beata.evenit Ludovica de Manilae — res procul dubio potiorem vim habet, maioremque nostris hisce temporibus opportunitatem; quibus sane temporibus christianam multorum defervescere caritatem nemo est qui non videat. Percupit igitur Summus Pontifex perorationi vestrae concedere, novaque per sacri huius anni decursum illustrem Galliae Ecclesiam, immo etiam universam christifidelium familiam, decorare gloria. Verumtamen, quod caelestes atque humani magna exspectatione opperiuntur, id non ante vult ad rem deducere Beatissimus Pater, quam nos omnes, qui adsumus, secum una divini Begis aulam, ad uberiorem sibi superni luminis gratiam conciliandam, suetis precibus imploremus.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

Annuunt profecto, a nobis implorata, Angelorum Sanctorumque agmina; novumque sidus iam in eo est ut e stellantibus caeli sedibus laboranti Ecclesiae arrideat. Attamen, ut omnia ex more atque ex tradito a maioribus instituto agantur, necesse est ut impensius usque Spiritus Sancti lumen per sacri hymni concentus Summi Pontificis menti comprecemur.

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

Cum omnia rite peracta sint, quae gravissima haec causa postulasset, laetitiae, iam nunc pateant animi eademque perfundantur. Gaudeat paene innumera « Puellarum a caritate » familia ob mox augendam legiferae eius Matris gloriam; universaque laetetur Ecclesia novo decore illustranda. Summo denique omnes afficiamur gaudio, atque inviolatae auctoritatis oraculum observantissima mente suscipiamus.

Tum Beatissimus Pater ex cathedra sic definivit ac sanxit:

«Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam **LUDO-**

vicAM DE MARILLAC VIDUAM LE GRAS SANCTAM esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die xv partii, inter Sanctas non Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Pa£gtris et Figglii et Spiritus £ß Sancti ».

Ante solemnem vero Missam Papalem, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Post piissimum obitum Ludovicae de Marillac, quam dudum aeternae beatitatis compotem sollemni ritu declaravimus, cum sanctissimus ille vir Vincentius a Paulo, qui eam et discipulam et quasi filiam carissimam habuerat, praeclaras eius laudes praedicare^ eiusque imaginem ad vivum effingeret, eam, hanc Apostoli gentium veluti scalpro expressam sententiam usurpantem, inducit: ((Vivo autem, iam non ego; vivit vero in me Christus »[1] Etenim caelestem sponsum, cui, post viri sui mortem, se totam dedere voverat, tam incensa caritate redamabat, ut iam non se nec sua quaereret, sed eius dumtaxat gloriam eiusque voluntatem. Sibi mori, ut Iesu Christo viveret; hoc unum fuit totius suae vitae propositum. Quamobrem, futurae aetatis suae cursum, qui non unam haberet humanae amplitudinis adipiscendae opportunitatem, ad Dei bene placitum eiusque famulatum quam diligentissime convertere; divitias, quibus affiueret, in pauperum levamentum erogare; egregias denique, quibus eniteret animi dotes, non ad fluxarum voluptatum adeptionem dirigere, sed ad proximorum doloribus medendum, ad aerumnas relevandas, ad corporis animique indigentiis pro facultate opitulandum, in deliciis habuit. At si in multiformis eiusmodi perfectionis palaestra elaborando, omnium virtutum laudibus suum exornare animum, nulla interiecta mora,

[1] *Galat,*, **II, 20.**

contendit, eo tamen potissimum spectavit, id assequi omni ope e nisa est, ut flagrantiore in dies Iesu Christi amore et ipsamet et sibi credita religiosa familia inflammarentur.

« Caritas Christi urget nos » ;[1] mirabile hoc Apostoli Pauli effatum totius vitae suae totiusque voluit operae suae insigne ac normam. Etenim hac christianae legis virtute principe aestuans, auctiore usque amore in Deum rapiebatur; in puellarum vero animos — quas, Vincentio a Paulo auspice ac magistro, religiose educandas instituendasque suscepit — impensam eiusmodi caritatem et miseriarum omne genus sollicitudinem inducere atque transfundere totis viribus curavit. Videris nempe et eam et ab se conditam sororum familiam urbium pagorumque vias humili pioque adspectu concursare, atque inopum aegrotorumque adire domos, ut iisdem auxilium, remedium, solacium afferrent. Per nosocomia et valetudinaria, ubi tot homines ac mulieres elanguescerent valetudine affecti, veluti caeli nuntias benefaciendo transire; neque orphanotrophea neglegere et publica pupillorum hospitia, easque hospitales domos, ubi expositi infantes exciperentur. In hos praesertim tenellos atque insontes primae aetatis flores, vel parentibus orbatos, vel ab iisdem, proh dolor, derelictos, maternum omnino gerebat animum. Eorum angeli procul dubio, qui perpetuo caelestis Patris faciem intuentur, sanctissimae huius viduae eiusque sociarum adspectu et opera laetabantur quam maxime!

Cum vero in Gallia esset civile bellum exortum, cumque inde non modo in exercituum ordines sed in tenuiorem etiam plebem gravissima proficiscerentur detrimenta, iisdem ad medendum ac pro facultate ad opitulandum praesto illae fuere. Quot milites igitur vulneribus confossi graviterque saucii, vel ad sanitatem reducti, vel ad mortem christiano more christianisque praesidiis oppetendam ab iisdem fuere omni nisu, ipsiusque cum vitae suae discrimine, apparati! Quot famelici, in turbulentissima illa tempestate, et pro viribus saturati, et ad angustias per divina solacia

[1] II *Cor.*, V, 14.

forti animo tolerandas, erecti atque excitati! Neque in hoc tantummodo, licet latissimo, caritatis campo enituit Ludovicae de Marillac eiusque rehgiosarum sodalium sollicitudo atque opera. Sed in carceribus etiam, in ergastulis, in publicis custodiis,— eos, qui ad metalla damnati, eosque, qui ad remigum opus coacti essent, relevando et ad superna revocando consilia — mirabili prorsus modo refulsit. Atque sanctissima haec incepta, hunc caritatis ardorem, qui neque curis neque laboribus umquam pareat, frequentissimae ac succrescenti cotidie suboli suae quasi sacram hereditatem reliquit atque concredidit.

Habetis igitur, venerabiles fratres ac dilecti filii, cur ex no vendili hac caelite — cuius laudes per praecipua lineamenta adumbravimus — peropportunum vobis omnibus exemplum ad imbuendum, ad imitandum sumatis. Cum enim ingravescentibus malis, quibus tam acriter nostra laborat aetas, neutiquam, per humana consilia, paria remedia adhibeantur, ad superna nobis est praesidia atque auxilia, precando operandoque, confugiendum. Quod legum iustitia, quod hominum curae sollicitudinesque saepenumero dare non possunt, hoc, ex nostra cuiusque navitate, divina praestet caritas; ea nempe caritas, qua incensa Ludovica de Marillac tot eximia patravit facinora; ea caritas, quae « patiens est, benigna est... non aemulatur, non agit perperam... omnia credit, omnia suffert, omnia sperat » ; [1] ea denique caritas, qua, Iesu Christi vestigiis insistentes, miseros omnes veluti fratres complectimur, fovemus, solamur. Eeminiscamur dignam Ioanne Apostolo sententiam: « Praeceptum Domini est; si solum fiat, sufficit » . [2] Ita auspicato eveniet ut ad Deo fruendum, qui caritas est, [3] tandem aliquando perveniamus omnes in aeterna beatitate. Amen.

[1] *1 Cor.,* XIII, 4-7.

[2] S. HIERON., *De script, eccles.,* c. IX.

[3] 1. IOAN., IV, 16.

Iii

BEATI IOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO CONFESSORIS, BEATI POMPILI! M. PIRROTTI ITEM CONFESSORIS, AC BEATAE TERESIAE MARGARITAE REDI VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA DIE XIX MENSIS MARTH, ANNO MDCCCCXXXIV PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Christophorum Astorri a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Bituum Congregationi, B. P. D. Antonius Bocci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

« Ad perorationem vestram respondere inbeor Augustum Pontificem maximopere optare beatos hos caelites, quorum vos alacriter causam suscepistis, in sanctorum album adscribere, atque adeo eorum virtutum nitore sacrum distinguere et ornare diadema, quod Ecclesiae frontem redimit. Cum enim, nostris bisce temporibus, nimia plerumque homines terrenarum rerum cupiditate fluxarumque consectatione voluptatum moveantur, si praeclara iidem horum caelicolarum luce perculsi, ad eos paulisper saltem mentem erigant animumque suum, sibi profecto temperare non poterunt quin non peritura bona recogitent, eorumque studio, nedum desiderio, excitentur. Id efficiat, quaeso, beata virgo Teresia Margarita Eedi, quae, divino aestuans amore, angelicam visa est potiusquam humanam traducere vitam; id efficiat beatus Pompilius Maria Pirrotti, qui, libenti serenoque animo saeculi lautitias proculcans, per diligentissimam sui muneris perfunctionem nihil aliud spectavit, nisi ut suae proximorumque saluti consuleret; id praestet denique beatus Iosephus Benedictus Cottolengo, per quem christiana caritas paginam sculpsit, quae fuga **temporum numquam delebitur».**

« Haec mente reputans, atque eiusmodi spe fretus, Beatissimus Pater temporibus, quibus utimur, peropportunum autumat beatos hos caelites summis Ecclesiae honoribus honestare; vult tamen ut antea, ex tradito a maioribus ritu, uberior superni luminis copia, interposita caelestis curiae supplicatione, a nobis omnibus impetretur».

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Bevrrius Dominus respondit:*

« Quod iterum atque instantius efflagitastis, quodque in communibus optatis est, id Apostolorum Principis Successor et proposito suo et providentis Dei consilio respondere omnino autumat. Attamen nos adhortatur universos ut, brevi adhuc interiecta mora, uberius menti suae Spiritus Sancti lumen nostris precibus concilie mus».

Ad haec,, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

« Petrus in Successore suo superstes, « cuius arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cuiusque terrestre iudicium praeiudicata auctoritas est in caelo »[1] iam in eo est, ut exspectatissimam sententiam ferat. Eam igitur, qua par est observantia, gratulabundi audiamus; ac nosmet, nostra, Ecclesiamque universam beatis bisce caelitibus, mox sanctitudinis corona redimiendis, supplici prece commendemus ». ,

Tum Beatissimus Pater, omnibus aperto capite surgentibus, ipse sedens in cathedra, sollemniter edixit:

«Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum **IOSEPHUM BENEDICTUM COTTOLENGO**, Beatum **POMPILIUM MARIAM PIRROTTI**, Beatam **THERESIAM MARGARITAM REDI, SANCTOS** esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Iosephi Benedicti Cottolengo die **XXX** Aprilis, Pompilii Mariae Pirrotti die xv Iulii, inter Sanctos Confessores non Pontifices, Theresia Margaritae Redi die **VII** Martii, inter Sanctas Virgines, pia devotione recoli debere. In nomine Pa£gtris et Fi£glii et Spiritus £g Sancti.

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

Laetamur admodum quod, dum piacularis hic annus ad exitum feliciter vertitur, caelestia illa beneficia ac solacia, quae ex divino Redemptionis opere proficiscuntur, atque universam cotidie

[1] **S. HILAR. Pict.,** ***Comm. in Matth.,*** **16.**

laborantem Ecclesiam recréant, renovant atque fecundant, non extenuari videmus neque remitti, sed augeri quam maxime. Hodie enim Nobis licuit ex bac veritatis cathedra tres beatos caelites maximis Religionis honoribus consecrare, ad eorumque egregia exempla instanter revocare omnes, quotquot habemus ubique gentium in Christo filios; eos etiam, qui erroribus circumfusi atque obcaecati, illecebrisque voluptatum deleniti, supernae patriae immemores, miserrimam vitam agunt. Quae quidem praeclara exempla dum venerabunda mente repetimus, tot tantaque occurrunt animo sanctitudinis fulgores pulcritudmesque, ut res ipsae loqui, verba deesse videantur. Tametsi, quamquam digno praeconio impares, aliquid tamen volumus de sanctissima eorum vita presse breviterque attingere.

Eximium carmelitici viridarii ornamentum exstat Teresia Margarita Redi, quae nobili genere orta, divitias respuens allicientiaque posthabens futurae aetatis auspicia, se totam divino servitio mancipavit. Itaque florentinum Carmelitidum asceterium ingressa, tam studiose alacriterque asperrimum hoc umbratilis vitae genus amplexa est, ut christianae perfectionis iter citatiore cotidie gradu pervolare potiusquam percurrere videretur, ceterasque sanctimoniales in sui admirationem raperet. Quibus suavissimis angelicisque moribus utebatur, eos idcirco, divina favente gratia, assecuta est, quod a peccandi discrimine ac vel a minima labecula abhorrait, et quo facilius innocentissimum corpus in servitutem redigeret, sese flagellis, ciliciis ieiuniisque excruciavit; suumque virginitatis lilium paenitentiae spinis diligentissime eircumsaepsit. Si in Sacratissimum Cor Iesu atque in Deiparam Virginem tam incensa pietate ferebatur, ut interdum, e sensibus abrepta, sempiterna iam beatitudine frui videretur; at in proximorum etiam salutem procurandam impensa flagrabat caritate: ita quidem ut, quos pro sua condicione posset, eos e vitiorum laqueis ad caelestia ineunda consilia revocaret; quos non posset, ad eosdem, precando expiandoque, in Dei gratiam restituendos pro viribus eniteretur.

Pompilius vero Maria Pirrotti vitae huic « absconditae cum

Christo in Deo » actuosam etiam atque indefatigabilem coniunxit apostolici muneris perfunctionem. Is siquidem, cum calasanctianum institutum, divino quodam instinctu permotus, complexus esset, ad sanctitatis apicem assequendum ita contendit, ut nihil iam aliud cuperet, nisi Iesu Christi imaginem suis moribus exprimere, eidem arctius usque coniungi, atque — eos praesertim qui suis curis demandati essent — ad sanctissimis Redemptoris nostri vestigiis insistendum alloquio, opera precibusque excitare. Quamobrem per urbes, per oppida, per pagos Evangelii praeco discurrens, confluentium undique multitudinum animos ita aeternarum veritatum fulgore perculit, ut eos et ad sua commissa lacrimis eluenda eompelleret, et ad arduum virtutis iter suscipiendum, divina aspirante gratia, provocaret. — Quod vero praecipuum est calasanctianae subolis propositum, recta nempe iuventutis institutio atque educatio, in id toto pectore incumbere non praetermisit. Adulescentium ingenia optime noverat; noverat ea, quasi cerea, aut in vitium, aut in virtutem facile verti: atque adeo iuvenes verbo exemploque suo alliciens, per evangelicae legis disciplinam effingebat, christianisque moribus conformabat. Quapropter Pompilius Maria Pirrotti aliud exstat praeclarumque exemplum, ex quo cordatis hominibus cernere licet quantum catholica religio possit ad iuvenilem veri nominis educationem conferre.

Iam oratio Nostra, venerabiles fratres ac dilecti filii, eximium illum sanctitudinis heroem respicit, Iosephum nempe Benedictum Cottolengo, cuius vita universa mirandum effulsit christianae caritatis praeconium. Si enim omnium virtutum genere enituit, si singulari animi demissione, si assiduo precandi studio impensaque se devovendi Deo voluntate excelluit, at cum indigentium, aegrotantium miserorumque omnium causa ageretur, tum nec humanae opis defectio, nec obiectae sibi difficultates, nec rerum denique asperitas ulla eum a proposito deterrere poterant. Elagrantis huius caritatis monumentum evasit «Parva illa Domus a divina Providentia », quae Augustae Taurinorum quasi altera urbs adiicitur, et in qua omne genus miseriarum — illae

etiam, quae veluti foeda societatis scruta habentur atque inania rei publicae onera — libenter amanterque excipiuntur. Iis enim, qui evangelicis praeceptis se totos dedunt, nihil est tam sordidum, nihil tam molestum atque horridum, quod divina Iesu Christi caritas detergere, amplecti, solari non queat. Hoc sane, maxima cum animi sui admiratione, ii cernere possunt, qui « Parvam illam Domum » invisunt; in qua flammescens Redemptoris nostri caritas omnia alit, omnia refovet, omniaque moderatur ac dirigit. Quapropter iure meritoque asseverari potest, si nulla alia nobis catholicae veritatis argumenta certa succurrerent, hoc unum luculentissime sufficere, quod Iosephus Benedictus Cottolengo gesserit.

Haud mirum igitur si Noster, cum — laboribus, vigiliis corporisque castigationibus fractus — ad mortalem iam exitum raperetur, nutantes oculos ad caelum erigens, in quibus aliquid renidebat supernae lucis aeternaeque beatitatis, haec edidit extrema verba: « Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus ». [1] O det nobis ipse, rogamus, non absimili morte nostram concludere vitam; idque nobis omnibus, deprecatione sua, conciliet inclytus Deiparae Virginis sponsus, cuius hodie festum ubique gentium celebratur, quique, assidentibus sibi Iesu ac Maria, e terrestri hoc exsilio ad caelestem patriam evolavit. Amen.

LITTERAE APOSTOLICAE

VENERABILIS DEI SERVUS ANTONIUS MARIA CLARET, ARCHIEPISCOPUS S. IACOBI DE CUBA DEINDE TRAIANOPOLITANUS, FUNDATOR CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. MARIAE VIRGINIS, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Magnus vocabitur in regno caelorum qui fecerit et docuerit »; sic testatur Evangelium Sanctum, sic continentia facta in Ecclesia probant.

Equidem e divinae benignitatis consilio, ab Apostolorum aevo ad nostra usque missionariorum ad barbaras gentes tempora, factum est ut iugi-

[1] Ps. 121, v. L

ter veraces Iesu Christi asseclae electi sint, qui tum miranda vita tum «lara doctrina ad divinum Eedemptorem homines opportune apteque revocent. Quod saeculo decimo nono vertente praesertim desiderabatur. In illa enim proxima nobis aetate homines, progressionibus inventorum, disciplinarum et artium plus aequo elati, facile processerunt ad respuendum Deum Ecclesiamque ab Ipso conditam, itemque alia contenderunt societatis fundamenta iacere, quam quae Christus Dominus constituit. At cum misericors Deus, maxime quoties videntur christianae sapientiae principia obliterari, tum providentissime excitare soleat suo spiritu plene imbutos et actuoso in alios amore praestantes viros, qui multitudines singulari virtutum suarum ac doctrinae, beneficiorum rerumque gestarum magnitudine perculsas ad Eedemptoris pascua reducant, unde eaedem infeliciter discesserant, ita inter alios eiusdem saeculi magnos in Ecclesia viros suscitavit etiam Venerabilem Dei Famulum Antonium Mariam Claret, qui, Hispaniarum Apostolus nuncupatus, qua sacerdos saecularis et parochus, qua missionarius apostolicus, qua archiepiscopali auctus dignitate, qua denique religiosae familiae Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Mariae fundator, peculiari prorsus ratione, eiusmodi populorum necessitatibus succurrit, mirabilia inde Nobis exempla relinquens. E christianis honestisque parentibus integritate vitae spectatis, qui textoriam oificinam possidebant, die XXIV m. Decembris an. MDCCCVII in oppido Sallentino intra fines dioecesis Vicensis natus est, eidemque ad sacrum Fontem, sollemnissimo die Natali D. N. Iesu Christi, sunt imposita nomina Antonius, Ioannes, Adiutor. Postea vero ob suam erga Beatissimam Virginem pietatem nomen etiam Mariae sumpsit seque Antonium Mariam nuncupavit. Iam inde ab ipsa pueritia non obscura prodidit futurae sanctitatis indicia, ita ut non solum coaequalibus sed etiam aetate maioribus exemplo esset atque aedificationi. A puerilibus nugis alienus, templum Dei saepissime celebrans, tum studiis tum piis lectionibus assiduam operam navabat, christianam catechesim diligentissime discebat, filiali caritate Deiparam prosequebatur; cumque ad caeleste Agni convivium decem annos natus primum accederet, angelus potius quam puer apparuit. Adulescens, se sensit ad sacerdotium vocari, sed, dicto patris audiens, textoriam artem tunc exercuit, vespertinas tamen sub horas in gramaticae latinae studium impendit. Postea immo, cum iussu genitoris Barcinonem se contulerit ad recentiora textrina opificia invisenda seque in arte ipsa sua perficiendum, non modo litteris latinis vacavit, sed etiam gallicis: aere enim et subitum ingenium' a natura sortitus erat. Obtento tandem patris consensu, alterum agens supra vicesimum aetatis suae annum, Vicum se contulit, ibique decem una cum tyronibus illius dioecesis Seminarii annos in sacras disciplinas

ediscendas incubuit, continens christianarum virtutum tum magistris tum condiscipulis exemplar. Curriculo studiorum exacto, die xin m. Iunii an. MDCCCXXXV sacro presbyteratus Ordine auctus, divinum Sacrificium die vicesima prima eiusdem mensis, quo S. Aloysii Gonzagae festum in Ecclesia agitur, primum piissime litavit; et paullo post apostolici ministerii laboribus se devovit in patrio oppido Sallentino; omnibusque iam tunc temporis angelus pacis, concordiae minister, mansuetudinis agnus visus est. Sed ardens eius studium boni animorum angustis unius paroeciae finibus contineri non poterat. Quapropter Eomam venit, longo itinere per Pyrenaei saltus et Galliam pedibus expleto, ut a Fidei Propagandae Congregatione veniam discedendi ad infideles obtineret; sed perperam: nam, aliquot post menses in novitiatu quoque Societatis Iesu ad hunc finem transactos, infirmitatis caussa revertere coactus est in Hispaniam, ubi paroeciale munus denuo suscepit. At cum ad sacras conciones praecipue se aptum ostenderet et tam studiose fructuoseque ad populum verbum Dei faceret, tunc Apostolici Missionarii titulo privilegiisque a Sancta Sede ornatus est. Impetrata ideo paroeciam relinquendi venia, vicos atque urbes Catalauniae invisere coepit ut Evangelium populo religionis lumen expetenti nunciaret. Longa atque aspera itinera peditem aggressum non pluvia, non aestus, non frigus Christi praeconem detinebant. Ecclesiasticae auctoritatis ipse observantissimus ut Episcoporum mandata impleret, sacras missiones per arduas regiones indefesse obivit, et quo eum vocarent, nulla interposita mora properabat. Solidum vero diem ipse in sacri ministerii operibus insumebat, magnam autem noctis partem excubias in oratione agens Domino Deo suo vigilabat. E concionantis Servi Dei ore pendebat plebs; certatim ad eum audiendum e dissitis etiam locis confluebant innumerabiles fidelium turmae; et ipse, qui pluries saepe eodem die concio* natus est, omnibus se facilem comitemque exhibebat, in excipiendis confessionibus, in afflictis solandis, in aegrotis invisendis assiduus. Catalan niam sic universam summo studio lustravit; postea ad Canarias insulas se contulit, quae sacris eius laboribus quasi penitus immutatae sunt. Nec a solito apostolatu abstinuit, neque ab operibus temperavit consuetis, dum, post suam ad archiepiscopatum electionem, opportunum exspectabat tempus ut maritimum iter ad Cubam aggrederetur. Septem vero atque etiam decem uno die conciones per id tempus habuit, ac plures religiosarum Sororum domos invisit ut initam inter illas communis vitae rationem reformaret. Cotidie quoque concionabatur diuturno suae navigationis ad insulam memoratam tempore viatoribus nautisque, ita ut omnes tum itineris socii tum nautae, ne uno quidem excepto, sacramentali confessione se expiaverint et ad Eucharistiam accesserint. Per-

crescens enim in dies optima Servi Dei fama effecerat ut ipse ad Sancti Iacobi de Cuba archiepiscopatum eligeretur. Imparem se tanto oneri arbitratus, ab illo abdicare non dubitavit; sed tum ab Apostolico in Hispania Nuntio, tum ab Episcopo suo Vicensi per oboedientiam iussus ut oblatum munus reciperet, licet invitus et moerens gravissimo pastorali officio se subiecit. Die itaque sexta mensis Octobris an. MDCCCL consecratione episcopali accepta, insequenti anno die XVI m. Februarii a clero populoque omni Cubano in portu S. Iacobi filiali laetitia exceptus est. Illico sollicitum de suo munere rectissime obeundo se sunimopere ostendit. Teterrima vero illo tempore erat Cubae rerum sacrarum condicio: summa apud populum religionis ignorantia; corrupti mores hominum; publici concubinatus lues passim grassabatur, pluribus non raro ab uno viro ductis mulieribus; illegitime natorum fere infinitus numerus; clerici etiam non vocante Deo sed lucro tantum adducti vitam sacerdotalem amplectebantur. Quos autem Dei Famulus, ut tot tantisque malis medelam afferret, susceperit invicto animo labores, quantam opem quantamque operam pro commissi sibi gregis spirituali simul ac temporali bono adhibuerit, incredibile dictu est. Religiosos ordines, pristina instaurata disciplina, ordinavit novumque Religiosarum Docentium a Maria Immaculata Institutum fundavit; clericorum Seminarium paene dissolutum fere de integro instituit; cleri mores emendavit eiusdemque doctrinae disciplinaeque prospexit; multos pios coetus vel innovavit vel condidit; parsimoniales etiam mensas argentarías in urbe S. Iacobi constituendas curavit. Universam dioecesim peramplam atque asperitate viarum maxime difficilem ter sacra visitatione lustravit; ter quoque vel quater in singulis dioecesis civitatibus atque oppidis sacras missiones habuit. Non torridae regionis aestus, non praeruptae tempestates, non montana dioecesis impervia itinera flagrantem apostolico zelo Pastorem detinere potuerunt, quin etiam dissitos parvosque pagos ac pauperes longinquas domos inviseret. Simplex autem in vivendo, parcus in sumendis cibis, impiger in explendis officiis, largus in donando, prudens ac fortis in rebus spiritualibus vel ecclesiasticis agendis, in orando piisslmus, ad christianam disciplinam instaurandam et clerum ad sanctioris vitae normam revocandum exemplis suis continenter intendit. Neque terreri passus est, cum impiorum coniuratione ferro fuerit saueiatus; sed veniam inimicis benigne largitus, palam declaravit ad sanguinem suum pro Fidei veritate fundendum se fore paratissimum. Sexennio in insula Cubana exacto, Matritum petiit ab Hispaniarum Regina accersitus, quae in sui spiritus moderatorem eum selegerat. Quo in munere Dei Famulus ita caute prudenterque se gessit, ut cuncta regiae aulae discrimina viíare valuerit; in eadem enim procul ab omnibus mundanis rebus et vanitatibus, quae

regiis aulis propria sunt, quasi in recessu solitudinis atque in sancto virtutis domicilio plures annos transegit, omnes occasiones tantum nactus exantlandi tot tantosque labores pro gloria Dei provehenda atque animorum salute obtinenda. Octo et quadraginta per dies Eeginam itinere comitatus,, bis centum et quinquaginta conciones Venerabilis Dei Famulus habuit,, modo clero, modo Seminariorum alumnis, modo piarum sodalitatum sociis,, modo monialibus in asceteriis, modo denique populo in templis, quae, licet ampla, accurrentium fidelium turma stipabantur. Ut autem christianam plebem fidei veritates edoceret libros quoque plures edere perrexit atque in. eisdem per typos imprimendis magnam pecuniae vim liberaliter impendit. Denique ad spirituale populorum bonum fovendum iugiter intentus, anno millesimo octingentesimo quadragesimo nono, quod iam durante praedicatione ad Canarias insulas consilium mente conceperat, Congregationem instituit Missionariorum, quos in sacris expeditionibus atque in apostolicis laboribus sibi adiutores haberet. Huius Congregationis fundamenta posuit Vici; atque eiusdem humilia prorsus initia fuere. At Venerabilis Dei Servus, dum vitam vixit, constanti studio Congregationem suam, quam, sub Deiparae patrocinio ponens, nuncupavit « Congregationem Missionariorum Filiorum a Corde Immaculato Virginis Mariae» sollerter moderandam atque amplificandam curavit. Eandem propterea regulis aptis,, et confirmatione Apostolica munivit, adeo ut Congregatio ipsa, vivente adhuc legifero fundatore, non modo in Hispania sed in aliis quoque nationibus propagines suas effuderit. Sexagesimum suae aetatis annum agens, Dei Famulus, arrepta. Concilii Vaticani, quod anno millesimo octingentesimo septuagesimo habitum est, occasione, Eomam se contulit, dogmatis Infallibilis Eomani Pontificis Magisterii actuosus propugnator; sed apoplexiae accessu correptus, Galliam repetiit; ibique in coenobium S. Mariae de Monte Frigido, Carcassonensis dioecesis intra fines, secessit; in eodemque exul patria e vita religiosissime migravit die xxiv m. Octobris anno memorato millesimo octingentesimo septuagesimo. Ubi primum meliora tempora, visa sunt, Venerabilis Famuli Dei Corpus, in patriam delatum pompa, triumpho simillima, in Vicensi templo Nostrae Dominae a Mercede penes sacellum Immaculato Virginis Mariae Cordi dicatum atque splendido in. mausoleo, quod Patri dilectissimo alumni eius comparaverant, conditum est. Ob virtutum vero famam, qua vitam adhuc mortalem agens Famulus Dei inclaruerat, nec non ob caelestia quoque prodigia, quibus tum ante tum post eius obitum Deus Servi sui sanctitatem confirmare tradebatur,, de Beatorum caelitum honoribus ipsi Servo Dei decernendis, processibus; Ordinariis iam anno MDCCCLXXXVII initis et de more confectis, penes Sacrorum Eituum Congregationem Causa agitari coepta est, ita ut per decretum

die iv m. Decembris an. MDCCCXCIX editum, rec. mem. Leo Pp. XIII Decessor Noster introductionis Causae Commissionem manu propria signaverit; eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo deinceps progressa est, ut mox etiam super Venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Claret virtutibus disceptari coeptum sit; quas tanquam heroica qualitate praeditas atque exornatas Nos ipsi anno MDCCCCXXVI octavo idus Ianuarias sollemniter adprobavimus et declaravimus. Agitata dein quaestione de miraculis quae a Deo patrata ferebantur per eiusdem Venerabilis intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam nempe et praeparatoriam, nec non aliam generalem congregationem, quae coram Nobis die decima tertia mensis Februarii huius anni habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio iuvestigatis, Nosmetipsi, die decima octava praefati mensis, nempe Dominica prima Quadragesimae, miracula proposita constare sollemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum igitur esset de heroicis virtutibus deque miraculis prolatum iudicium, illud discutiendum supererai, num Venerabilis ipse Dei Famulus inter Beatos caelites recensendus *tuto* foret. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, hodierno Causae Relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis in Aedibus Vaticanis die vicesima mensis Februarii memorati, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero in re tanti momenti Nostram fiperire mentem distulimus donec enixis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die vicesima quarta nuperrime praeterita, nempe die festo S. Matthiae Apostoli, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus dilectis filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, qui Sacrae Rituum Congregationi praepositus est, et Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alfonso Carinci, Congregationis Rituum a secretis, et Salvatore Natucci, generali Sanctae Fidei promotore, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad Venerabilis Famuli Dei Antonii Mariae Claret beatificationem. Quae cum ita sint, Congregationis praesertim Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis vota implentes, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut idem Venerabilis Dei Servus Antonius Maria Claret, Archiepiscopus S. Iacobi de Cuba dein Traianopolitanus, Fundator Congregationis praelaudatae Missionariorum Filiorum ab Immaculato Corde Mariae, Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana seu relliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publice fidelium venerationi proponantur; itemque permittamus ut

eiusdem Servi Dei imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra largimur ut de eo quotannis Officium recitetur de Communi Confessorum Pontificum cum lectionibus propriis, per Nos adprobatis, et Missa propria, per Nos pariter adprobata celebretur, servatis rubricis, sed tamen in dioecesibus dumtaxat Vicensi, in qua Dei Famulus natus est, Carcassonensi, in qua ipse migravit ad Dominum, atque in S. Iacobi de Cuba archidioecesi quam ipsemet tam sanctissime moderatus est, nec non in templis ac sacellis, ubique terrarum sitis, quibus Congregatio Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis atque Institutum Religiosarum Docentium a Maria Immaculata utuntur, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam saecularibus quam regularibus ad templa sive sacella, in quibus festum agitur, convenientibus. Denique concedimus ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dei Servi Antonii Mariae Claret, Archiepiscopi Cubani dein Traianopolitani ac fundatoris Congregationis Missionariorum praelaudatae, supra dictis in dioecesibus celebrentur, nec non in templis sive sacellis memoratae Congregationis memora tique Instituti, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum ab eisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana peractis. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Sacrorum Bituum Congregationis •subscripta sint, atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur in disceptationibus quoque iudicialibus, quae Nostrae voluntatis significatione **hisce ostensis Litteris, haberetur.**

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die xxv m. Februarii, an. MCMXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR LIBER FRIDERÏCI SCHMIDTKE CUI TITULUS: «DIE EINWANDERUNG ISRAELS IN KANAAN».

Feria IV, die 7 Martii 1934

In generali consessu Supremae Saciae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum «laudarunt librum qui inscribitur:

FRIEDRICH SCHMIDTKE, *Die Einwanderung Israels in Kanaan.* **Breslau, 1933.**

Et sequenti Feria V, die 8 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 9 Martii 1934.

1. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

23 Decembris 1933. — **Cathedrali Ecclesiae Antofagastensi praefecit R. D. Alfridum Cifuentes, ex archidioecesi S. Iacobi de Chile.**

24 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Indianapolitanae, R. P. D. Iosephum Eimerum Ritter, hactenus Episcopum Hippenum.**

— **Cathedrali Ecclesiae Desmoinensi, R. D. Geraldum P>ergan, Antistitem Urbanum, parochum ecclesiae cathedrahs Peoriensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Cajazeirasensi, P. D. Ioannem de Matha Amaral, parochum in dioecesi Nazarensi.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Hippenae, R. D. Vedastum Pinto, Vicarium generalem archidioecesis S. Pauli in Brasilia, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Iosephi Marcondes Hörnern de Mello, Episcopi S. Caroli de Pinhal.**

27 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Puteolanae, B. D. Alfonsum Castaldo, Praepositum-parochum S. Mauri Abbatis in oppido** *Casoria* **(Neapolitan.).**

4 Aprilis. — **Metropolitanae Ecclesiae Granatensi, B. P. D. Augustinum Parrado et Garcia, hactenus Episcopum Palentinum.**

SACRA CONGREGATIO ORIENTALIS

INSTRUCTIO

PEO SACERDOTIBUS BYZANTINI RITUS SUPER LITURGICA BINATIONE

Bis in die Sacrum celebrare nusquam licet, nisi Apostolica Sedes vel per se vel per Ordinarium, gravibus de causis, facultatem scripto dederit.

Sacerdos, qui ex legitima facultate eodem die bis Sacrum facit, praescriptiones sequentes fideliter servet:

1. In prima Hturgia, cum tempus advenerit consumendi sacras Species quae post Communionem fidelium superfuerint, easdem de sacro disco directe sumat, aut una cum ceteris fragmentis diligenter colligat et in calicem inficiat.

2. Dein pretiosissimum Sanguinem attente ac reverenter sumat, curans ne quid in ore et parietibus calicis remaneat. Quo vero facilius guttulae Sanguinis, forsitan calicis parietibus inhaerentes, in imum coalescant, calicem super prothesim deponat, et postea intus inspiciat num aliquid remanserit quod iterum sit sumendum.

3. Si secunda liturgia cum eodem calice et in eadem ecclesia celebretur, tunc sacerdos vinum et aquam ad purificationem perficiendam non infundat, neque calicem abstergat; sed ipsum purificatorio et velo cooperiat, et sic coopertum in prothesi relinquat usque ad secundam liturgiam; qua absoluta, calicem de more purificet. Digitos dein et labia aqua abluat, quam in aliud vas decens, ex metallo aut vitro confectum et ad hunc usum unice reservatum, transfundat et reponat. Ablutio autem sumi non debet, ne ieiunium sacramentale laedatur.

4. Si vero secunda liturgia in alia ecclesia aut cum alio calice celebretur, tunc sacerdos calicem, labia et digitos de more purificet et abstergat; ablutionem autem in aliquod vas transfundat et secum portet ut sumatur cum ablutione secundae liturgiae.

Quod si facile ablutionem secum ferre nequiverit, tunc illa in sacrarium immittatur, aut bombyce, lana vel gossipio absorbeatur, quae omnia exsiccata sedulo comburenda erunt.

5. Ablutionem primae liturgiae sacerdos sumere poterit etiam postridie in prima ecclesia, cum secunda liturgia in alia celebrata sit.

6. Cum calix, qui primae liturgiae inserviit, purificatus fuerit vino et aqua, et purificatorio abstersus, in aliam ecclesiam deferri potest ad iterum celebrandum, si haec proprio calice careat.

7. Si adsit Diaconus, cum semel in die Communionem recipere queat, in hac unica liturgia in qua communicaverit, sacras Species panis et vini, quae superfuerint, ipse consumat; vasa vero sacra, labia digitosque abluat et ablutionem sumat iuxta rubricas liturgiae: sacerdos autem digitos et labia tantum purificet ut supra dictum est.

8. Sacerdos pro secunda celebratione nullimode praesumat stipem accipere, ne turpis quaestus suspicionem praebeat, sed eam applicet vel pro populo, vel ad mentem Episcopi, vel suam. Fas esto autem aliquam retributionem ex titulo extrinseco percipere.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Orientalis, die prima Februarii anno 1933.

£g **A. Card.** SINCERO, **Episcopus Praen.,** *Secretarius.*

L. & S.

I. Cesarmi, *Adsessor:*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA

DIVISIONIS FRUCTUUM ET DISTRIBUTIONUM CHORALIUM

Die 4 Februarii 1933

SPECIES FACTI. — **Capitulum S. Mariae in Via Lata de Urbe, ex indulto Apostolico, nonnisi diebus dominicis et festis de praecepto, i. e. circiter per 80 tantum dies in anno, servitio chorali adstringitur. Qua de causa sequentia dubia huic Sacrae Congregationi proposita sunt solvenda:**

I. Utrum divisio fructuum praebendae, sive haec in distributionibus tantum consistat sive non, in *dies naturales* **an potius in** *dies servitii* **sit facienda in Capitulis ubi quotidianum chori sendtium non exsistit;**

II. Utrum distributiones quotidianae in praedictis Capitulis dividendae sint per *dies naturales* **an per** *dies servitii.*

SYNOPSIS DISCEPT **âTiONis.** — *Iure communi,* **servitium chorale persolvendum est** *quotidie,* **sicuti quotidie officium divinum omnes clerici, sacris ordinibus initiati vel beneficio ecclesiastico praediti, recitare tenentur (can. 135, 414, 1475). Haec obligatio servitii choralis** *singulis diebus* **persolvendi obstringit tum Capitulum tum omnes et singulos canonicos ceterosque beneficiatos.**

Iure particulari **vero servitium chorale potest esse intermissum, seu non quotidianum, quod verificatur indulto S. Sedis vel fundationis lege. Huiusmodi oneris relaxatio habetur, vel quatenus, manente penes Capitulum obligatione quotidie divina officia persolvendi, singuli canonici aliique beneficiati non tenentur quotidie choro interesse, sed per turnum (i. e. mediariam, tertiariam, etc.) servitium praestant; vel quatenus obligatio quotidie persolvendi divina officia in choro cessat non solum pro singulis capitularibus, sed etiam pro ipso Capitulo, cum ex lege fundationis vel ex peculiari S. Sedis indulto divina officia in choro sint persolvenda statis dumtaxat anni temporibus, ex. gr., diebus dominicis et festis de praecepto.**

Ad norman canonis 395 § 1, in Capitulis in quibus nullae sunt *distributiones* **vel ita tenues ut verisimiliter negligantur, separanda est tertia pars fructuum, proventuum, obventionum quae ex dignitatibus, canonicatibus, officiis aliisque ecclesiae capitularis beneficiis percipiuntur, in quotidianas distributiones convertenda. Si vero omnes praebendae fructus in distributionibus consistant, tunc distributiones ipsae in tres partes divi-**

«dendae sunt, quarum duae tertiae partes locum tenent praebendae huiusque reditus repraesentant; tertia autem pars in quotidianas distributiones impendenda erit (cfr. can. 418 § 3; 421 § 2). Quae disciplina etiam ante Codicem vigebat (cfr. Conc. Trid., sess. XXI, cap. 3, *de reform.;* Pitonius, *Disceptationes ecclesiasticae,* discept. 34, n. 1; Garcia, *De beneficiis,* part. III, cap. 2, n. 440).

Ubi distributiones quotidianae non habentur, Episcopus in dignitates, canonicos et ceteros beneficiatus a choro illegitime absentes statuere debet muletas pecuniarias, quae « distributionibus respondeant eorumque locum teneant » (can. 395 § 2).

Si chorale servitium sit quotidianum, palam est fructus praebendae, sive consistant in distributionibus tantum sive in bonis peculiaribus et distinctis, dividendos esse in dies naturales, quia beneficium datur propter officium sacrum, quod in casu quotidie impleri debet. Igitur fructus praebendae dividendi sunt in 365 partes.

At etiam ubi servitium chorale non est quotidianum, vel ex legis fundatione vel ex speciali indulto S. Sedis, divisio fructuum praebendae in dies naturales est facienda, nam reditus beneficíales non sunt adnexi servitio chorali, sive quotidiano sive non, sed titulo sive officio. Nam olficium sacrum, subiective spectatum, ut ait Wernz, *Ins Decret.,* tom. II, n. 240, est: «ius clerico a competente Auctoritate ecclesiastica legitime concessum nomine proprio et stabili quadam ratione exercendi iura et onera spiritualia ex institutione Christi vel Ecclesiae gradui iurisdictionis adnexa. De ratione igitur stricti officii ecclesiastici est ordinaria quaedam potestas ecclesiastica, quae quamvis primo loco et propriissime in officio ecclesiastico comprehendat iurisdictionem ordinariam, tamen iura quoque ordinis et administrationis adnexa includit, si verbum officii ecclesiastici absolute et simpliciter adhibeatur ».

Item Schmalgzrueber, lib. III, part. I, tit. IV, n. 76, ad dubium: « quomodo distributiones quotidianae distinguantur a fructibus praebendarum », sic respondit: « quod vero fructuum nomen, ut plerumque solet, sumatur specifice, plurimum ab illis distributiones quotidianae differunt; nam fructus in hac significatione sunt proventus annui, qui *in fixo* consistunt, et a canonicis propter annuam residentiam dantur absque respectu ad singulas in choro praesentias ». Contra distributiones quotidianae non consistunt *in fixo,* sed cum ratione interessentiae in divinis dentur, ab aliquibus plures, ab aliis pauciores percipiuntur, prout quisquis frequentior, vel remissior in divinis fuit». Et Leurenius, *Forum beneficiale, lib.* I, quaest. IX, sic explicat: « Porro dum (fructus praebendae) dicuntur dari ob spirituale officium, vel etiam, ut Lött., 1. c, n. 25, ait, ob spiritualis officii

temporalem retributionem, ita accipiendum non est, ac si dentur in compensationem et pretium, sed in sustentationem talium personarum, ut eae a cura sibi providendi liberae, Deo melius vaeari queant; Gare, X, p. 1, c. 2, n. 60 ».

Quoad vero *distributiones* **proprie dictas, manifestum est eas per** *dies servitii* **dividendas esse. Id ex ipsa earum natura patet. Nam distributiones sunt quaedam stipendia seu emolumenta ob singulas praesentias in choro assignata, i. e., portiones ecclesiasticorum redituum, quae inter capitulares praesentes dividuntur. Attenditur proinde praesentia, quae potest esse vel physica seu realis, vel iuridica seu per fictionem iuris, quatenus quis revera a choro abest, at nihilominus censetur a lege uti praesens in ordine ad fructus praebendae percipiendos vel etiam ad distributiones lucrandas. Porro praesentia supponit necessario chorale servitium, et cum eo ita absolute stricteque coniungitur, ut ad illo seiungi nullo pacto queat, cum eatenus quis censeatur praesens vel absens, quatenus intersit necne chorali servitio.**

Hinc est quod ex Concilio Tridentino (Sess. XXI, cap. 3, *de reform.)* **distributiones dicuntur dividendae «inter dignitates obtinentes et ceteros divinis interessentes », seu inter capitulares: « qui statis horis interfuerint » (Sess. XXIV, cap.** *12, de reform.,* **can. 394 § 3, 395).**

Distributiones quotidianae percipiuntur quotidie, et pro singulis horis, inter praesentes quibusdam tantum diebus et pro peculiaribus functionibus, et tam illae quam istae nonnisi *ratione servitii choralis.* **Unde Barbosa** *(De canonicis et dignitatibus,* **cap. 21, n. 5) docet: « tribuuntur (distributiones) illis dumtaxat, qui ecclesiis inserviunt et pro ratione servitù ». Proinde ambigendum non est quin distributiones huiusmodi dividendae sint in dies servitii.**

BESOLUTIO. - **His itaque perpensis, in plenariis huius Sacrae Congregationis comitiis diei 4 Februarii 1933 proposita sunt dubia:**

I. *Utrum duae tertiae partes distributionum, quae locum tenent praebendae, dividendae sint per dies naturales, an per dies servitii, in casu;*

II. *Utrum distributiones quotidianae dividendae sint per dies naturales, an per dies servitii, in casu.*

Porro Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad I. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Ad II. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Facta autem postridie Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano N omini propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, dignatus est sequentes providere Ecclesias videlicet:

27 Octobris 1933. — **Titulari episcopali Ecclesiae Camulianensi praefecit, R. D. Ioannem Bernardum Kevenhoerster, Praefectum Apostolicum de Bahama.**

9 Ianuarii 1934. — **Titulari episcopali Ecclesiae Olbiensi, R. P. D. Ludovicum Iustinum Gumy, hactenus Episcopum Portus Victoriae.**

1 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Candiensi, R. P. Iacobum Inglese, Ord. Fratrum Minorum Capuccinorum (fr. Laurentium a Salerni).**

— **Cathedrali Ecclesiae Nagporensi, R. D. Ludovicum Franciscum Gay et, ex Societate Missionariorum S. Francisci Salesii, Annecien.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Trisipensi, R. D. Ioannem Gualterium Panis, ex Missionariis Ss. Cordis Iesu quem constituit Vicarium Apostolicum de Célebes.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Oeensi, R. D. Camillum Verfaillie, ex Societate Presbyterorum Ss. Cordis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Stanley-Falls.**

26 Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Ceramensi, R. P. Valentinum (Camillum) Stappers, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Lulua et Katanga centrali.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Metellopolitanae, R. D. Bernardum Iiiihorst, ex Congregatione Spiritus Sancti, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bagamoyo.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tegaeae, R. D. Iosephum M. Preciado Nieva, ex Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Darien.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Uthinensi, R. D. Oscar Morin, ex Societate Missionariorum Africae (vulgo** *Pères Blancs),* **quem constituit Vicarium Apostolicum de Navrongo.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Vartanensi, R. D. Leonem Taylor, ex Societate Lugdunensi pro Missionibus ad Afros, quem constituit Vicarium Apostolicum Nigeriae occidentalis.**

26 Februarii 1934. — **Titulari episcopali Ecclesiae Balianensi, E. D. Georgium Six, ex Congregatione Missionariorum Immaculati Cordis B. M.V. (de Scheut), quem constituit Vicarium Apostolicum Leopoldopolitanum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Sinnensi, R. D. Iosephum Vanderhoven, ex eadem Congregatione, quem constituit Vicarium Apostolicum de Boma.**

II

NOMINATIONES

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, successivis datis decretis, ad suum beneplacitum renunciavit:

12 Ianuarii 1934. — **E. P. Theodorum Koenig, e Pia Societate Societate Missionum ven. V. Pallotti,** *Praefectum Apostolicum districtus occidentalis Promontorii de Bona Spe.*

— **R. P. Thomam Hughes, e Societate Lugdunensi pro missionibus ad Afros,** *Praefectum Apostolicum Nigeriae septemtrionalis.*

19 Ianuarii. —- **R. P. Henricum Martinum Mekkelholt, ex Sacerdotibus Ss. Cordis Iesu,** *Praefectum Apostolicum de Bengkoelen.*

26 Ianuarii. — **R. P. Patricium O'Donohoe, ex Societate Missionariorum a S. Ioseph (de Mill-Hill),** *Praefectum Apostolicum de Kafiristan.*

23 Februarii. — **R. P. Thomam Tien, ex Societate Verbi Divini (de Steyl),** *Praefectum Apostolicum de Yangku in Sinis.*

III

DESIGNATIO

Ad normam can. 1594 § 3, Praefectus Apostolicus de Nijgata pro appellationibus a suo tribunali in secunda instantia designavit curiam Archiepiscopi Tokyensis; quam designationem Beatissimus Pater, in Audientia diei 1 Februarii 1934, ratam habere dignatus est.

LSACRA CONGREGATIO RITUUM [1]

I

TAURINEN.

CANONIZATIONIS B. IOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO, CONFESSORIS, CANONICI FUNDATORIS INSTITUTI TAURINENSIS PARVAE DOMUS A DIVINA PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Divino Spiritus Sancti eloquio per Isaiam edocemur: *Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque indue in domum tuam: cum vider is nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris* **(Is. 58, 7). Contra Iudaeorum hypocrisim propheta vocem suam levabat ut ostentata ieiunia sine proximi dilectione reiiceret. Quum autem Deus sit omnium pater, cunctosque homines e communi eodemque stipite traxerit ut in sortem filiorum eius reciperentur, profecto qui proximum non diligit atque indigenti opem denegat,** *carnem suam,* **testante propheta,** *despicit.*

Postquam vero in Evangelica lege caritatis praeceptum ipsius Christi Domini exemplo et doctrina firmatum perfectumque est, innumeri fuere qui divini Redemptoris vestigia sequuti mirabilia erga proximos operati sunt, *spectaculum facti mundo et Angelis et hominibus* **(I Cor. 4, 9). Elapso saeculo ad ruinas reiiciendas, quas civiles et sociales perturbationes in Europa congesserant, plures Deus insignes viros et feminas suscitavit, qui tum doctrinae vi, tum praecipue caritatis operibus christianam fidem collapsam et caritatem paene emortuam vivificarent. Quos inter, in Pedemontana Italiae regione, tres eminent insignes viri, spiritualis necessitudinis vinculis arcte inter se coniuncti, beatorum fastis iam adlecti: Iosephus Cafasso, Ioannes Bosco et Iosephus Benedictus Cottolengo, quorum alter iam ad solemnis Canonizationis honores in eo est ut mox perveniat, indicta iam a Ssmo D. N. die, tertius vero, hodierno hoc decreto de divino miraculorum testimonio eius sanctitatem comprobante, ad eam feliciter properare videtur.**

[1] **Pag. 101 in titulo, loco eius quod est «Ss. Assumptionis» legatur «Bonaeren. ».**

Iosephus Benedictus, ex piissimis parentibus, primus duodecim inter fratres die Sanctae Crucis Inventioni sacra anno Domini 1786 Braydae in Astensi dioecesi natus est et insequenti die baptismi lavacro ablutus. Praevenerat Deus pueruli animam gratia sua, eique felicia vocationis suae germina indiderat. Sane quum vix quinquennis puer cubicula domus quaquaversus intentus metiretur, sciscitanti matri ecquid ageret, respondit: « aetate maior quum fuero in omnibus hisce cubiculis pauperes infirmos collocabo ».

Equidem cum beato Iob dicere poterat: *Ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meae egressa est mecum* **(Iob. 3.1.,. 18). Sacerdos et Canonicus Taurinensis Ecclesiae Sacratissimi Corporis Christi factus, B. M. V. instinctu dereiictorum patrem se a Deo esse selectum cognovit. Quare mirabilem illam** *Parvam Domum a divina Providentia* **Augustae Taurinorum fundavit, in qua, nulla quaesita stipe, sed solo divinae Providentiae succurrente auxilio, miselli omne genus ingenti numero hospitio reciperentur et victus, vestes aliaque ad vitam necessaria eis suppeditarentur. Quod usque modo, obstupescente mundo, post elapsum iam saeculum mirabiliter servatur. Anno 1.842 die 30 Aprilis mensis ad superos evolavit.**

Sanctitatis fama, eo emortuo, adeo increvit, ut tum Ordinaria auctoritate tum Apostolica seu super virtutibus seu super miraculis processus adornarentur, et Benedicti XV fel. m. auctoritate, Beatificationis honores eidem die 29 Aprilis mensis, anno 1917, late adhuc flagrante teterrimo bello, collati. Quum nova prodigia a Deo ad Beati invocationem patrata visa sint, Apostolicae inquisitiones, Augustae Taurinorum super quatuor sanationibus sunt peractae, duabus ex his variis de causis sepositis. De horum processuum iuridica servata forma diebus 12 Iulii mensis anno 1932 et 28 Novembris mensis sequentis anni ab Sacra Congregatione editum est decretum. Ambae quae propositae sunt mirabiles sanationes Augustae Taurinorum evenerunt.

Soror Beniamina, in saeculo Amabilis, Stradiotto, e Vincentiana Familia a Beato Iosepho Benedicto instituta, Februario mense elapsi anni influentiali febri fuit affecta, cui purulenta successit otites et postea gravis Hiastoidites. **Haec omnia in oppido « Thiene » Patavinae dioecesis primum contigerunt. Medicus huius loci, nec non alii otoiatrae seu Patavii, seu postea Taurini, quo Soror infirma translata est, necessariam esse chirurgicam operationem edixerunt, et circa aurem die 30 Martii mensis capilli tonsi ut libera ferro via pararetur. Soror Beniamina ferventissime Beatum exoravit ut sanationem a Deo impetraret, infirmae auri autem strophiolum, quod urnam corpus Beati continentem tetigerat, apposuit una cum eiusdem**

imagine, doloribus atrociter eam, hora post meridiem octava, adhuc torquentibus. Iterata Beati invocatione, per unius horae spatium placide obdormivit. Dein, expergefacta, omnia morbi symptomata ex toto evanuisse persensit.

Miraculum duo medentes, et tres periti ab hac Sacra Congregatione adlecti unanimiter conclamant.

Altera, quae uti prodigio tribuenda ab actoribus proposita est sanatio, Margaritam Bocca, Francisci Massimino uxorem, respicit. Mulier haec annos nata viginti quatuor, in dystocia, quae eam per quadraginta octo horas vexavit, et a qua per laboriosissimam chirurgicam actionem liberata fuit, parietalis membranae lacerationem est passa, quae fistulam cistocolpicam efformavit, duorum centimetrorum diametro. Magnae notae chirurgus ter, dissecto quoque ventre, manus, ut fistulam occluderei, apposuit, sed incassum, et sanatio naturae viribus aut chirurgicae arti omnino impossibilis edicta.

Deficiente humana spe, infirma, eius soror, Vincentianae Sorores ex instituta a B. Iosepho Benedicto familia, quibus infirmarum cura in|clinica domo, in qua Margarita versabatur, concredita est, eumdem Beatum ferventissime deprecatae sunt: apposita infirmae corpori de Beati reliquiis particula. Haec die vicesima mensis Maii anno 1931 hora serotina septima cum dimidio facta sunt. Margarita tranquillo somno corripitur. Summo sequentis diei mane Margarita perfecte sanata expergiscitur. Miraculum chirurgi medentes et peritus physicus, nec non tres periti ex officio concorditer agnoscunt.

De his sanationibus in triplici iudicii sede, ut ius est, fuit disceptatum: nempe die 13 Decembris mensis elapsi anni coram Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore; die 23 Ianuarii mensis anni huius, coram Rmis Cardinalibus, demum coram Ssmo D. -IST. die 13 Februarii. In qua Generali Congregatione idem Rmus Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum: *An et de quibus miraculis post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores, suum quisque edidere suffragium, quod benigne Beatissimus Pater excepit. Suam autem sententiam hac die proferre voluit 18 Februarii, Dominica prima sacratissimae Quadragasimae.

Quare ad se acciri iussit Rmos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Catucci Fidei Promotorem Generalem meque infrascriptum Secretarium, et, Eucharistico Sacrificio devotissime litato, edixit: *Constare de duobus miraculis, a Deo per Beati Iosephi Benedicti Cottolengo*

intercessionem patratis, nempe: de instantánea perfectaque sanatione sive Sororis Beniaminae Stradiotto a gravi mastoidite ab otite, sive Margaritae Massimino Bocca ab incurabili fístula cisto-colpica.

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Bomae, die 18 Februarii anno Domini 1934.

C. **Card.** LAURENTI, *Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VICES".

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE CLARET, ARCHIEPISCOPI TRAIANOPOLITANI, FUNDATORIS CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACOLATI CORDIS B. M. V.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Quem Apostolus Paulus in Epistola ad Corinthios (2. Cor. 6,1-10) quae in sacratissimae huius diei liturgia legitur, perfectum typum Dei ministri tradit, illum mirabiliter expressum conspicimus in Venerabili Servo Dei Antonio Maria Claret y Clara **catholicae Hispaniae nobilissimo sanctitate filio. Is enim** *gratiam Dei non in vacuum* **recipiens, fortiter patiendo, atque alacriter laborando, omnigenasque virtutes strenue exercendo, ad altissimum heroicae perfectionis culmen, praesertim in apostolico munere obeundo, pervenit.**

Anno 1807 in oppido Sallent, Vicensis dioecesis in Catalaunia, quintus inter undecim filios ex piis honestisque parentibus natus cum matris laete eam pietatem large hausit, quae postea tam vivide in eo effulsit. Sacerdos factus ministerio verbi Dei praedicandi totus incubuit maximo cum animarum lucro. Congregationem Missionariorum Füiörum Immaculati Cordis B. M. V. vix fundaverat, quum anno 1850 Archiepiscopus S. Iacobi de Cuba electus sequentis anni initio suae archidioecesis regimen suscepit, eamque brevi temporis spatio ter laboriose lustravit, innumeras animas Deo reconcilians et ecclesiasticam disciplinam firmans. Quod iram nefariorum hominum in eum concitavit, instigante diabolo, qui nullum non movit lapidem ut sancti Praesulis egregia facinora impediret, morte etiam ei pluries intentata, a qua tamen evidenti divinae Providentiae praesidio fuit ereptus. In Hispanias post sex annos rediit, confessarii Beginae Isa-

bellae II munere functurus. Quam sancte hoc gesserit ministerium aperte ostendit regiae aulae stupenda morum, eo hortante, reformatio, nunquam interim intermissa verbi Dei praedicatione, frequentissimo pópulo ad eum inexplebili studio audiendum aecurrente.

Oecumenico Concilio Vaticano interfuit, et pro Pontificiae infallibilitatis dogmate definiendo strenue adlaboravit. Seditione in Hispania adhuc flagrante exsul, in Cisterciensi monasterio Fontis Frigidi in Gallia, sanctissimam animam die 24 Octobris anno Domini 1.870 Deo reddidit.

Insignis hic vir, iuxta Pauli monitum quod innuimus, perfecte se exhibuit sicut verum *Dei ministrum in multa patientia, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in scientia* **(plures enim ad animarum aedificationem libros conscripsit),** *in longanimitate, in suavitate, in caritate, in verbo veritatis {verbum* **enim** *Dei* **in eo** *non erat alligatum), per arma iustitiae, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam.*

Hanc Servi Sui in adimplendis officiis fidelitatem pluribus Deus donis cumulavit sive dum viveret, sive post mortem. Quare, sanctitatis fama percrebescente, plures Ordinariorum auctoritate constructi sunt processus, et a Leone X H I fel. rec. introductionis causae Commissio anno 1899 signata fuit. Apostolicis peractis inquisitionibus, virtutes huius servi Dei heroicas fuisse anno 1926 fuit decretum. Super nonnullis sanationibus, quae ad eius intercessionem supra naturae leges ferebantur acceptae Apostolica auctoritate fuerunt adornati processus: quumque altera ex his sanationibus fuerit seposita, nova suffecta est. De sanationibus itaque nunc agitur Xaveriae Mestre y Cornado, quae postea in Instituto Filiarum Dominae Nostrae a B. Ioanna de Lestonnae fundato nomen Sororis Mariae a Doloribus assumpsit, nec non Sororis B enignae Sibila Alsina e Philippinarum Instituto.

Puella Xaveria, 15 annos nata, Maio mense anno 1897, dum Ilerdae in Hispania variolar um contagium grassabatur, eo morbo fuit affecta, qui adeo invaluit ut in pessimam formam abierit variolarum, ut aiunt, confluentium, medentis iudicio mortis periculo fere imminente. Hisce in adiunctis mater particulam ex Ven. Antonii Claret reliquiis filiolae corpori applieuit, ferventer Immaculatum B. M. V. Cor deprecans, ut per eiusdem venerabilis intercessionem Xaveria sanitatem recuperaret. Vix particula haec fuit applicita, puella somno corripitur, quo perdurante mater advigilans variolarum pápulas exsiccari, crustasque decidere vidit. Haec per noctem evenere. Mane facto, medicus, quum perfecte sanatam puellam invenisset nullumque variolarum symptoma persistere, miraculum sine haesitatione agnovit. Praeteriti morbi nullum permansisse vestigium periti

physici testantur. Tres periti ex officio plene in diagnosi, in prognosi et in miraculo agnoscendo concordant.

Ulcus in pylorica regione a Novembri mense anno 1926 Sororem Benignam Sibila Alsina, e Sororum Philippinarum Instituto, tentare coepit, quod per tres annos et ultra eam adeo vexavit, ut curantes medici, quasi ultimum sanationis tentamen, chirurgicam operationem necessariam esse duxerint. Quae tamen ob extremam infirmae debilitatem perfici nequivit. Quum incassum curationes cessissent, nullaque fere sanationis spes affulgeret, ab infirma et a consororibus ad sanationem obtinendam fervidae sunt precationes ad Deum per Ven. Antonii Claret intercessionem porrectae, novendialibus precibus die 11 Maii anno 1930 inceptis. Sequenti mane, dum ceterae Sorores Sacro adstabant, Benigna morbum e stomacho quasi divelli sensit; continuo vires restitutae exinde facilis ciborum sine dolore digestio et promptus ad regularem observantiam reditus. Perfectam fuisse sanationem medicus a curatione eamque plene perseverare periti physici, qui tres post annos eam inspexerunt, testati sunt.

Miraculo hanc sanationem tribuunt duo curantes medici et tres ex officio periti a sacra hac Congregatione adlecti.

De priori sanatione, una cum alia quadam postea seposita, disceptatum est in tribus de more Congregationibus, diebus 29 Octobris mensis anno 1929, 27 Ianuarii anno 1931 et 3 Maii anno 1932, in quarum postrema Emus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Belator, coram Ssmo D. N. Dubium proposuit discutiendum: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Beatissimus Pater, auditis tum Emorum Cardinalium tum Praelatorum Officialium et PP. Consultorum suffragiis, alterum, quod exhibebatur miraculum, seponendum decrevit. Quapropter post noviter institutas super alia, quae est Sororis Benignae, sanatione, inquisitiones, de ea pariter in triplici iudicii sede actum est. Antepraeparatoria Congregatio apud Emum Cardinalem Ponentem die 2 Ianuarii hoc anno habita fuit, Praeparatoria die 23 eiusdem mensis, Generalis vero coram Ssmo D. N. die 13 Februarii. In qua idem Emus Cardinalis Dubium discutiendum proposuit:** *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Rmi Cardinales, ceterique suum edidere suffragium; Sanctissimus vero Pater suam sententiam de utroque miraculo edere in hanc distulit diem 18 Februarii, Dominicam I sacratissimae Quadragesimae. Ad se itaque Rmos Cardinales Camillum Laurenti S. E. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Ponentem, accivit una cum E. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, et, Sacrosancto Missae Sacrificio rehgiosissime celebrato, pronunciavit;** *Constare de duobus miraculis a Deo, intercedente Venerabili Antonio Maria*

Claret, patratis; nempe: de instantánea perfectaeque sanatione tum Xaveriae Mestre y Cornado a variolis eonfluentibus, tum Sororis Benignas Sibila Alsina a gravi ulcere in regione pylorica.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. **R. C. referri mandavit.**

Die 18 Februarii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © **S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

III

TAURINEN.

CANONIZATIONIS B. IOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO, CONFESSORIS, FUNDATORIS INSTITUTI TAURINENSIS PARVAE DOMUS A DIVINA PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius canonizationem.*

Geminata laetitia nobilissima Pedemontana regio merito exsultat, quum alter e suis filiis, sanctissimo hoc anno decurrente, ad sollemnis Canonizationis honores fauste iam properet. Porro B. Ioannes Bosco et Beatus Iosephus Benedictus Cottolengo sanctitate vitae et stupendis operibus non solum subalpinam regionem suam, sed et Italiam totam, felicem Sanctorum altricem, immo et totam Christi Ecclesiam mirifice illustrant. B. Ioannes Bosco, vir vere apostolicus, vir vere catholicus, animi sui magnitudine universum mundum Christo adducendum visus est complecti: B. Iosephus Benedictus Cottolengo ad humanas quaslibet miserias, praesertim magis despectas, amplexu suae caritatis colligendas, singulari prorsus divino actus impulsu, cor grande dilatavit, idque novo exemplo, nulla quaesita stipe omnique stabili repudiato, siquod offerretur, patrimonio. Hoc autem veluti peculiare a Deo acceptum munus, tamquam hereditatem in aevum amplificandam et perennandam, successoribus transmisit, rursus ab his illibatam transmittendam. *Parva enim domus divinae Providentiae,* **Augustae Taurinorum a B. Iosepho Benedicto centum abhinc annis instituta, iisdem normis modo regitur, quibus ab ipso regebatur, et in dies, veluti perenni quodam miraculo, viget et floret. Huic arduo moliendo operi sola** *caritas Christi* **cor Beati urgebat. Quoniam aut tem** *caritas,* **ut scribit Augustinus (Ep. 139, 3),** *quae tanquam nutrix fovet filios, non ordine amandi, sed ordine subveniendi, infirmiores fortioribus*

anteponit; **ideo Beatus noster qui magis derelicti, qui magis despecti aut quavis deformitate foedi, eos ceteris praeponebat. Nemini aptius quam ei verba Iob videntur congruere:** *Oculos fui caeco et pes elaudo, pater eram pauperum* **(Ob., 27, 15-16). Sed, vel brevissime, nonnulla de eius vita gratum est delibare.**

In oppido, vulgo Bra nuncupato, provinciae Cuneensis, tunc in dioecesi Astensi, anno 1786 ortus est, eique sequenti die baptizato nomina Iosephi, Benedicti et Augustini indita sunt. Parentes eius Ioseph Antonius et Benedicta Clarotti spectatissimae virtutis in exemplum fuere, duodenosque susceptos filios in Bei timore et amore, summa adhibita cura, educavere, uti eventus comprobavit. Iosephus Benedictus inde a teneris unguiculis amore in pauperes ita iam ferebatur, ut gaudio gestirei quum eis auxiliari sibi datum esset. Divino veluti instinctu ad sanctitatem se allici persentiebat: *Ego sanctus ero: sanctum volo fieri* **passim puerulus dictitabat, piumque hoc optatum benigne excepit Deus. Octo annos natus sacro chrismate delibutus, ut bonus Christi miles, qui iura sui Begis tuetur, iam inde animarum saluti pro suo posse incumbebat,vicinos quosque ad sacrum Mariale rosarium una simul recitandum invitans. Novennis sacrae synaxi admissus, saepe, prout ei datum erat, ad eam accedebat, insidias, astus, immo et apertam vim illatam a daemone, eum ab ea avertere conante, fortiter superando. Deo suaviter ad sacerdotale munus vocanti alacer obsequutus, die 8 Iunii mensis anno 1811 sacrum Presbyteratus ordinem Augustae Taurinorum suscepit. Braida primum et Cornelianum, Augusta Taurinorum postea, sacerdotalis eius zeli uberrimus fuerunt campus. Canonicus dum esset Collegiatae Ss. Trinitatis in ecclesia Ss. Corporis Domini, Septembri mense anno 1827 vocatus ad morientium sacramenta cuidam mulieri administranda, eam invenit in quodam foedissimo confugio anhelantem, circum plorantibus viro ac tribus teneris filiolis: quippe misella e Mediolano in Galliam iter faciens, Taurini gravi correpta morbo ex publicis omnibus infirmorum hospitiis reiecta, animam, omni ope destituta, iam agebat. Quo spectaculo Beatus noster tanto est commotus dolore, ut misella vix demortua, in suam ecclesiam reversus a Beata Virgine implorandum lumen duxerit, ut clarius agnosceret quid sibi, ex voluntate Dei, factu opus esset ad tam lugendis casibus occurrendum. Itaque, licet intempesta hora, aes campanum pulsari iubet, et una cum populo Lauretanas Litanias ante** altare **Eiusdem sub** *Gratiarum* **titulo cantat. His absolutis, in sacrarium rediens:** *Facta est gratia,* **gaudio gestiens exclamat,** *obtenta iam gratia: benedicta iterumque benedicta sit Sancta Domina nostra.* **Dei comperta voluntate, domum in loco « Volta rossa » nuncupato, prope eandem ecclesiam, conduxit, inque eam, nonnullis lectis instructam,**

derelictos infirmos excepit, medico, aromatario aliisque libenter eum adiuvantibus. Ceterum infirmis gratuito excipiendis alendisque nulli alii provisi reditus, nisi quem in singulos dies Pater caelestis praebuisset, panis quotidianis, numquam pro eius ineffabili providentia defecturus.

Multa, ab initio praesertim, Iosephus Benedictus est passus; quin immo et ipsum hospitale a civili auctoritate suppressum, et infirmi dispersi. Beatus, interim eamdem domum in alium caritatis usum convertens, derelictis adulescentulas ac puerulos, Deo annonam suppeditante, excepit. Auctos eos numero quum domus continere omnes non valeret, in suburbana tunc plaga, vulgo dicta *V diciocco,* **semidirutas domos emit, nec non circumiacentem campum. Haec humilia initia eius quae ab eo dicta est: « Parva domus divinae Providentiae sub S. Vincentii a Paulo patrocinio ».**

Quod de Ecclesia Christi Isaias prophetabat: *Dilata locum tentorii tui, et feiles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas; longos fac funiculos tuos et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim et ad laevam penetrdbis* **(Is. 54, 2-3), Beatus, Deo inspirante, pro suo Instituto perfecit.**

Hic dilectos infirmos iterum excipere ei datum est, novasque, ut vocabat, familias, pro re nata et pro diversa hospitum conditione, fundavit, quibus novas pariter sive Fratrum sive Sororum religiosas familias praeposuit, cooperante prae primis sanctae memoriae Maria Anna Nasi-Pullini, vidua piissima, caritatis operibus impense dedita, quae B. Iosepho Benedicto adiutricem manuum praestitit, uti iam S. Vincentio a Paulo, B. Ludovica de Marillac vidua Le Gras.

Quatuor primitus excepti infirmi sinapis grammi fuere, quod quatuordecim post annos factum est arbor, miUetercentos fructus afferens: arbor haec modo adeo increvit, ut in « *Parva* **tantum Taurinensi** *Divinos Providentiae domo* **» novem fere milha afferat fructuum, divina Providentia nunquam alere deficiente. Miraculum quidem humanae superbiae impervium, sed divinae promissionis implementum, dicente Christo:** *Bespicite volatilia caeli... Pater vester pascit illa... Considerate lilia agri... nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis... Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis* **(Matth. 6, 26-33). Cuius plenissimae fiduciae in Deum mirabile praeprimis exemplum Beatus Cottolengo [in [fastis caritatis elucet, qui, quum gloriam Dei et iustitiam eius unice quaesivisset, ita se totum in eius paternis manibus posuit, ut in se suoque opere mirabiliter impleri divina promissa meruerit.** *Semper gaudete,* **scribit Apostolus, ut in hodierna feriali liturgia legimus,** *sine intermissione orate, in omnibus gratias agite* **(1, Thess. 5). Porro spirituale** *gaudium,* **ad quod hortatur Apostolus, et quo, veluti peculiari nota, sanctitas Beati Cottolengo iucunde effuMt, suaviter** *in Parva domo* **adhuc perfundi omnium**

oculos mire percellit: *Perennis laus* **diu noctuque sine intermissione personat; Christus, Eucharisticus panis, plura quotidue hominum milia in eadem domo pascit, sibi intime coniungit, utramque vitam, spiritualem et temporalem eis praebet, et solatur. Marialis Rosarii flores millies milliesque Immaculatae Virgini quotidie oblati veluti suavissimum thymiama fiunt, quod ad caelum ascendit, divinarum gratiarum uberrimum imbrem attrahens:** *Deo gratias* **semper et ubique ex omnium ore suaviter exsilii.**

Sed iam Iosephus Benedictus ad caelum properabat, laboribus non annis fractus. Domum germani fratris, Canonici, Cherii, prope moriturus petit. Die 30 Aprilis mensis anno 1842: *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus* **lente proferens, pientissime animam exhalavit. Sanctum eum omnes conclamarunt.**

Ordinaria auctoritate processibus constructis, Pius IX fel. rec. Commissionem Intioductionis Causae signavit. Apostolicae inquisitiones sive super virtutibus sive super miraculis subsequutae sunt et S. H. C. decreta ea approbanda diebus 10 Februarii mensis anno 1901 et 15 Augusti mensis anno 1916 edita. *Tuto* **autem procedi posse ad sollemnem ipsius beatificationem die 10 Decembris mensis eiusdem anni edictum fuit, et beatificatio die 29 Aprilis anno insequenti celebrata.**

Die 28 Februarii mensis anno 1923 Causa Canonizationis resumpta duobusque novis miraculis, per decretum diei 18 mensis huius, approbatis, unum supererai discutiendum apud S. IT. C. dubium: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius canonizationem.* **Huic Dubio, quod in Generalibus S. B. C. Comitiis coram Ssmo D. N. die 20 mensis huius habitis Emus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, proposuit, unanimi affirmativo suffragio Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores responderunt. Beatissimus vero Pater preces ingeminari hortatus, ad hanc diem Apostolo Matthiae dicatam, Sabbatum Quatuor Temporum Quadragesimae, Suam sententiam proferre distulit. Quapropter arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, nec non R. P. Salvatore Catucci, Fidei Generali Promotore, meque infrascripto Secretario, Sacroque pientissime litato, edixit: « Tuto** *procedi posse ad sollemnem Beati Iosephi Benedicti Cottolengo canonizationem ».*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 24 Februarii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefeetus.*

L. © S.

• A. Carinci, *Secretarius.*

IV

VICEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE CLARET, ARCHIEPISCOPI TRAÍAN OPOLITANI, FUNDATORIS CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. M. V.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum heroicarum necnon duorum miraculorum approbatione, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius beatificationem.*

Summus Pontifex Pius IX cuidam Venerabilis Antonii Mariae Claret epistolae respondens: *Gaudio quidem,* **inquit,** *superabundavit cor nostrum, cum tantae sollicitudinis et vigilantiae vere pastoralis testimonia ac significationes legeremus; et levantes oculos nostros ad Dominum, Ei benediximus, qui in summa istius Ecclesiae* **(Cubanae)** *necessitate Pastorem ei iuxta cor suum clementissime suscitavit. Tibi idcirco Nobisque gratulamur, Venerabilis Frater, de studiosissima quam praefers ad partes omnes Episcopalis muneris obeundas voluntate* **(27 Sept. 1854).**

Vere pastor secundum Cor Dei fuit Venerabilis Dei Servus Antonius Maria Claret.

In oppido Sallent, Vicensis dioecesis, anno 1807, a Ioanne et Iosepha Clara, die 24 Decembris natus, ipso Nativitatis Domini festo per baptismi gratiam renatus est, inditis ei nominibus Antonii, Ioannis et Adiutorii. Parentes eius, textores, summa in Deum pietate nitentes, filiolis suis dulcissima Iesu et Mariae nomina, quae primitus proferrent, suggerebant, piae lectioni et Mariali Rosarii recitationi quotidie cum eis vacabant.

Unde nil mirum si Antonius, puerulus adhuc, stupendos in Dei amorem progressus fecerit, diu noctuque sacrae meditationi, supra aetatem incumberet, infirmos visitaret, frequens ecclesiam adiret, longasque moras coram Ssmo Eucharistico Sacramento et B. M. V. a Rosario Imagine duceret. Rationis usu potitus ad sacerdotalia munia propendere sibi visus est, attamen familiaribus necessitatibus pressus, textoriae arti aliquot per annos addictus cum operariis sibi subiectis integrum Mariale Rosarium, et ad cuiusque horae pulsationem angelicam salutationem recitabat. Barcinone quatuor circiter annis moratus est. Dum ibi degebat, Carthusianum ordinem amplecti peroptavit, sed Deo aliter disponente, Vicum se contulit, fraterna cum celeberrimo viro Iacobo Balmes amicitia se obstrinxit,

sacrisque initiatus, die 13 Iunii mensis anno 1835 sacerdotio est auctus. Animarum cura ei fuit ab Episcopo concredita in suo natali oppido; sed non multo post cum ad praedicandum apud infideles Evangelium mitti optaret, Urbem petiit a S. C. de Propaganda Fide Cardinali Praefecto missionem petiturus. Sed, eo ab Urbe absente, spiritualibus exercitationibus interim incubuit, et in Societatem Iesu ingressus est. Ob morbum, quo fuit in crure tentatus, e tirocinio exire coactus, p. Ioannis Roothan Soc. Iesu consilio in Hispaniam reversus, Vicarius factus est oppidi Viladrau, simulque sacris expeditionibus in viciniis operam dedit. Servi Sui ministerium pluribus donis Deus decoravit.

Post annum circiter Vici commorari coepit, ad Episcopi nutum verbo Dei praedicando incumbens. Totam Catalauniam, et Canarias insulas lustravit, immenso animarum emolumento. Novem post annos, die 4 Octobris mensis a. 1849 Archiepiscopus S. Iacobi de Cuba electus, sequenti anno consecratus addito sibi, ob ardens in B. Virginem studium, Mariae nomine, Februario mense anno 1851 Episcopale ministerium inaugura vit. Per sexennium Ecclesiam sibi commissam sanctissime gubernavit. Clericorum seminarium nativo fini restituit, cleri populique disciplinam suaviter fortiterque, *factus forma gregis ex animo,* **summopere curavit. Undecim sermonum milia habuit, triginta matrimoniorum milia coram Deo conciliavit, tercenta hominum milia sacro chrismate linivit, plura milia milium librorum et piarum opellarum ad populi reformationem diffudit, nulli pepercit industriae ut animas Christo lucrifaceret, a nullo obveniente periculo se retraxit, animam pro Christo effundere paratus. Non semel nefarii homines mortem ei inferre conati sunt. In oppido Holguin quidam, eo quod sanctus pastor eius concubinam a malo retraxerat, eum aggressus novacula graviter genam et dexteram brachium vulnera vit. Veniam ex corde pius Episcopus ei dedit, et ne morti traderetur impetravit. Pius IX amantissimas gratulatorias litteras ei conscripsit.**

Magno suae dioecesis luctu a Regina Isabella H, quae sibi eum in paenitentiae sacramenti adniinistrum elegerat, in Hispaniam fuit accitus: ab apostolatu tamen non destitit, ad regiam aulam nonnisi sacri muneris ergo accedens.

Apostolicae Sedis iurium defensor acerrimus, post eidem illatam ab hispanico gubernio, Regina aegre cedente, iniuriam, confessarii munere se abdicavit, Urbemque petiit. Pius IX, enixis Reginae precibus annuens, reditum ad aulam suasit.

Praeses Escurialensis monasterii electus institutum illud ad magnum splendorem in excolendis bonis artibus et theologicis disciplinis evexit eiusque reditus amplificavit. Ecclesiae et Regii Matritensis nosocomii « de

Monteserrato » Protector factus divinum cultum restituit, infirmorumque curationi mire prospexit.

Exorta seditione, ab Hispania cum Begina exsulare cogitur, Christi bonum ubique effundens odorem.

Cum Vaticani oecumenici Concilii Patribus plurimum adlaboravit, praesertim vero in doctrina de infallibilitate Romani Pontificis asserenda.

Deficientibus iam viribus, ab Urbe discedens in domum suae Congregationis, loci vulgo « Prades » in Gallia se recepit, sed inde exturbatus, in monasterio Fontis Erigidi prope Narbonam, Augusto mense, peramanter et venerabiliter a Cisterciensibus monachis exceptus, paralysi correptus intemeratum spiritum die 24 Octobris mensis anno 1870 Deo reddidit.

Insignis sanctitate vir, solidissima fide, firmissima in Deum spe, ardentissima caritate totam vitam suam ad maiorem Dei gloriam et animarum salutem impendit.

Atrocibus calumniis asperrimisque insectationibus impetitus patientissime omnia toleravit, persequentibus ignoscens, seque maioribus castigationibus dignum esse dictitans et pro sua humilitate existimans. Ut autem ampliori christiani populi saluti prospiceret, Congregationem Missionariorum anno 1849 condidit, quos ob tenerrimum quo erga B. M. V. Cor amorem ferebatur, Filios Immaculati Cordis B. M. V. nuncupavit: quae Congregatio, ab Apostolica Sede approbata, modo in Europa, America, Asia et Africa plusquam biscentum domos enumerat. Societatem quoque Sororum docentium a B. M. V. Immaculata instituit, quae tum in S. Iacobi de Cuba archidioecesi, tum in nonnullis Hispaniae dioecesibus educationi puellarum incumbunt.

Pluribus quoque Institutis beneficam manum apposuit, eiusque consilio large usae sunt tum B. Michaela a Ssmo Sacramento, prope canonizanda, tum Servae Dei Ioachima de Vedruna de Mas, fundatrix Carmelitarum a Caritate, et Paula Delpuig a S. Aloisio eiusdem Instituti.

Tantos pro sua gloria exantlatos labores tantasque virtutes miris Deus rependit donis discretionis spirituum, prophetiae, infirmorum curationis, éxtasis, raptus, intimae unionis, aliisque signis atque portentis, ut thaumaturgus praedicari quivisse videatur.

Servatis omnibus de iure servandis, Beatificationis causa apud S. B. C. iam ab anno 1899 introducta, heroicis virtutibus anno 1926, miraculis vero, nuperrimo decreto diei 18 mensis huius, approbatis, ad felicem exitum plano itinere pergere modo visa est. Nil restabat nisi dubii discussio: *An stante virtutum heroicarum nec non duorum miraculorum approbatione,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem Ven. Servi Dei Antonii Mariae Claret beatificationem.*

Dubio huic a Emo Cardinali Alexandro Verde, Causae Relatore, in Generalibus S. **R.** C. **Comitiis, coram Ssmo D. N. die 20 mensis huius habitis, proposito, omnes quotquot aderant seu Rmi Cardinales, seu Officiales Praelati et Consultores unanimiter affirmative responderunt. Beatissimus vero Pater hanc selegit diem. S. Matthiae Apostolo sacram, Sabbatum Quatuor Temporum, ut Suam ederet sententiam.**

Quapropter arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Catucci Fidei Generali Promotore meque infrascripto Secretario, pronunciavit: « Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Antonii Mariae daret beatificationem ».*

Hoc autem decretum promulgari, in acta S. R. C. referri. Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de beatificationis sollemniis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, die 24 Februarii a. D. 1934.

C. Card. LATJEENTI, *Praefectus.*

L. *fB* **S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

21 Marzo 1934. S. E. Revma Monsig. Giuseppe Pizzardo, Arcivescovo tit. di Nicea, Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari; S. E. Revma Monsig. Alfredo Ottaviani, Sostituto della Segreteria di Stato di Sua Santità; l'Illmo e Revmo Monsig. Domenico Tardini, Incaricato della Pontificia Commissione « pro Russia »; il Revmo Monsig. Serafino De Angelis, Sostituto della Penitenzieria Apostolica per le S. Indulgenze, *Consultori della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

» » » **S.** E. Revma Monsig. Giuseppe Cesarmi, assessore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, *Consultore della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

10 Luglio 1931. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Ordine dei Chierici Regolari Minori.*

30 Novembre 1933. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lorenzo Lauri, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Cuore Santo e Immacolato di Maria* (Los Angeles-S. Diego).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Capotosti, *Protettore dell'Istituto delle Figlie del Ssmo Salvatore* (Bratislava: Tirnava).

1 Dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Religiose Figlie di Maria Immacolata per il servizio domestico* (Madrid).

1 Dicembre 1933. **L'Emo e Revino Signor Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Società delle Conferenze di S. Vincenzo de' Paoli.*

7 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore dell'Istituto delle Povere Ancelle di Gesù Cristo* **(Dernbach: Limburgo).**

» » » L'**Emo e Revmo Signor Cardinale Lorenzo Lauri,** *Protettore delV Ordine dei Mercedari.*

» » » L'**Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Pumasoni Biondi,** *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe* **(Newark).**

21 » » L'**Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani,** *Protettore dell'Istituto delle Suore Grigie di S. Elisabetta* **(Breslavia).**

28 » » L'**Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz,** *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Immacolata Concezione* **(Barcellona).**

24 Gennaio 1934. **S. E. Rma Monsig. Alberto Levarne, Arcivescovo tit. di Chersoneso,** *Nunzio Apostolico nella Repubblica di San Salvador.*

» » » **S. E. Rma Monsig. Alberto Levarne, Arcivescovo tit. di Chersoneso,** *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Honduras.*

26 » » L'**Emo** e **Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi,** *Protettore della Congregazione delle Povere Suore Scolastiche di Nostra Signora* **(Monaco di Baviera).**

» » » L'**Emo** e **Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi,** *Protettore delle Suore del Terz'Ordine di S. Francesco d'Assisi* **(Milwaukee).**

28 » » L'**Emo e Revmo Signor Cardinale Giulio Serafini,** *Protettore della Congregazione del Ritiro del S. Cuore d'Angers.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

29 Dicembre 1932. **S. E. Revma Monsig. Fedele Oliva Escudero, Vescovo di Ayacucho.**

25 Maggio 1933. **S. E. Revma Monsig. Pietro Pisani, Arcivescovo tit. di Costanza di Scizia.**

14 Luglio » **S. E. Revma Monsig. Giovanni D'Almeida Ferrao, Vescovo di Campanha.**

4 Novembre » **S. E. Revma Monsig. Mattia Ehrenfried, Vescovo di Würzburg.**

4 Novembre 1933. S. E. Revma Monsig. Giustino Sanchini, Vescovo di Fano.
1 Dicembre » S. E. Revma Sigismondo Waitz, Vescovo tit; di Cibira, Amministratore Apostolico di Innsbruck.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

24 Marzo 1933. Monsig. Giuseppe Ha mi 11, della diocesi di Indianapolis.
3 Novembre » Monsig. Guglielmo Patrizio Shannahan, della diocesi di Davenport.
23 » » Monsig. Giovanni Maria Vidal (Francia).
» » » Monsig. Giovanni Enrico Ashmole, della diocesi di Northampton.
8 Gennaio 1934. Monsig. Maurizio Carton de Wiari, dell'archidiocesi di Westminster.
» » » Monsig. Antonio Wünsch, delFarcbidiocesi di Praga.
5 Febbraio » Monsig. Francesco Walczynski, della diocesi di Tarnovia.

Prelati Domestici di S. **S..**

17 Settembre 1933. Monsig. Cornelio P. Brennan, dell'archidiocesi di Filadelfia.
3 Novembre » Monsig, Tommaso Francesco Gallican, della diocesi di Davenport.
» Monsig. Giovanni Maria Walsh, della medesima diocesi.
19 » » Monsig. Giuseppe Caputo, della diocesi di Patti.
» » » Monsig. Ignazio Perna, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Agostino De la Cueva, dell'archidiocesi di Messico.
22 » Monsig. Enrico Dooner, della diocesi di Pembrolce.
•>> » » Monsig. Giovanni Freeland, delia diocesi di Northampton.
26 » Monsig. Emilio Stevani, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Ferdinando Piontek, dell'archidiocesi di Breslavia.
30 » » Monsig. Alberto Fuchs, della diocesi di Treviri.
» » » Monsig. Carlo Kammer, della medesima diocesi.
2 Dicembre » Monsig. Cirillo Bafinka, della diocesi di Olomouc.
6 » » Monsig. Alfonso Gutiérrez Fernandez, dell'archidiocesi di Messico.
10 » » Monsig. Giuseppe Francesco Mittenberger, della diocesi di Würzburg.
12 » Monsig. Vittore Radvanyi, della diocesi di Veszprimia.
15 » » Monsig. Geysa Zebracky, della diocesi di Cassovia.
» » » Monsig. Giordano Timkó, della medesima diocesi.
1 Gennaio 1934. Monsig. Valeriano Meysztowicz, dell'archidiocesi di Vilna.
» Monsig. Maurizio Foin, della diocesi di Le Mans.
» Monsig'. Leone Daumas, della medesima diocesi.

8 Gennaio 1934. Monsig. Arturo Jackman, dell'archidiocesi di Westminster.
» . » » Monsig. Giorgio Coote, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leonello Evans, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Grüner, delParchidioeesi di Praga.
» » » Monsig. Antonio Hoffmann, della medesima archidiocesi.
10 » » Monsig. Paolo Borschki, della prelatura ***nullius*** di Schneidemühl.
» » » Monsig. Ermanno M. Stoeckle, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Vincenzo Giebartowski, della diocesi di Pinsk.
U » » Monsig. Tommaso J. Flinn, della diocesi di Hartfort.
» » » Monsig. Alessandro Damiani, della diocesi di Como.
26 » » Monsig. Francesco De Nayer, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Monsig. Edmondo Dean Slattery, della diocesi di Dubuque.
28 » » Monsig. Venceslao Blizinski, della diocesi di Vladislavia.
» » » Monsig. Valerio Pogorzelski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Villibaldo Regnath, della diocesi di Eichstätt.
2 Febbraio » Monsig. Benedetto Reali, della diocesi di Tarquinia.
» » » Monsig. Giuseppe Compagnucci, della diocesi di Civitavecchia.
7 » » Monsig. Guglielmo Kerby, della diocesi di Sioux City.
» » » Monsig. Vittore Prévot, della diocesi di Nancy.
10 » » Monsig. Gerolamo Russo, della diocesi di S. Marco e Bisi«nano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine Supremo di Cristo:

20 Settembre 1933. A S. E. dott. Guglielmo Miklas, Presidente Federale della Repubblica Austriaca.

L'Ordine dello Speron d'Oro:

20 Settembre 1933. A S. E. dott. Engelberto Dollfuss, Cancelliere della Repubblica Austriaca.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

29 Giugno 1933. A S. E. prof. Pietro Fedele (Italia).
6 Agosto » A S. E. Federico Francesco von Papen (Germania).
13 Dicembre » A S. E. Alessandro Lira (Chile).

La Placca dell'Ordine Pïano:

6 Agosto 1933. Al sig. dott. Federico Alertshausen (Germania).
28 Settembre » Al sig. conte Paolo Datti (Roma).
14 Dicembre » Al sig. Lodovico Blaas (Austria).

La Commenda con Placca dell'Ordine Pïano:

7 Settembre 1933. Al sig. Luigi Avelino Gurgel do Amaral (Brasile).

La Commenda dell'Ordine Pïano:

7 Febbraio 1934. Al sig. conte Massimiliano Golacicchi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine Pïano:

2 Giugno 1932. Al sig. Giorgio De Vecchi di Val Gismon (Italia).
28 Agosto 1933. Al sig. marchese Ludovico Pallavicino, dell'archidiocesi di Genova.
4 Settembre » Al sig. Pietro Aluffi Pentini (Roma).
13 Dicembre » Al sig. dott. Giovanni Schwarzenberg (Austria).
29 Gennaio 1934. Al sig. Leopoldo Buchsbaum (Austria).
7 Febbraio » Al sig. conte Mario Fani-Ciotti (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 Aprile 1933. A S. E. dott. Giuseppe Schmitt (Baden).
» » » A S. E. dott. Eugenio Baumgartner.
12 Maggio » Al sig. barone Guglielmo Eugenio Bosch von Oud-Amelisweerd (Olanda).
» » » A S. E. conte Franco Ratti, dell'archidiocesi di Milano.
16 » » A S. E. dott. Guglielmo Mattes (Baden).
27 Novembre » A S. E. Sean T. O'Kelly (Irlanda).
16 Dicembre » A S. E. Riccardo Schmitz (Austria).
» » » A S. E. dott. Emerico Czermak (Austria).
21 » » A S. E. Rodolfo Kohlruss, Inviato Straordinario e Ministro plenipotenziario della Rep. Austriaca presso la Santa Sede.
» » » A S. E. dott. Egon Loebenstein (Austria).
» » » A S. E. Francesco Peter (Austria).
2 Gennaio 1934. A S. E. Gennaro Albat, Inviato Straordinario e Ministro plenipotenziario di Lettonia presso la Santa Sede.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 Novembre 1933. **Al sig. coram. Alfredo Castelli, deìFarchidiocesi di Milano.**
2 Dicembre » **Al sig. conte Gino Ghezzi (Roma).**

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 Aprile 1933. **Al sig. dott. Francesco Huber (Baden).**
» » » **AI sig. dott. Francesco Schmidt (Baden).**
7 Agosto » **Al sig. Luigi Mendelssohn, della diocesi di Detroit**
21 Dicembre » **Al sig. Eugenio Chavanne (Austria).**
8 Gennaio 1934. **Al sig. Giuseppe Lojacono (Roma).**
9 » » **Al sig. Carlo Giovanni Dahlström (Finlandia).**
17 » » **Al sig. rag. Cesare Oreglia (Italia).**
18 » » **Al sig. avv. Giuseppe Cocchia (Roma).**
30 » » **Al sig. avv. Leone Lalean (Haiti).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

» » » **sig. dott. Carlo Perzon (Baden),**
30 Aprile 1933. **sig. dott. Rodolfo Seuhert (Baden),**
» » » **sig. dott. Giuseppe Duffner (Baden),**
12 Maggio 1933. **sig. Vittore Michiels, dell'archidiocesi di Malines,**
sig. arch. Pietro Molli, della diocesi di Novara,
sig. Ferdinando Van der Velden, dell'archidiocesi di Malines.
21 **sig. avv. Mario Augusto Martini, della diocesi di Fiesole,**
sig. prof. Giustino Calmette, della diocesi di Beyruth.
sig. prof. Eugenio Cottard, della medesima diocesi,
sig. dott. Emilio Borelli, dell'archidiocesi di Genova,
27 » **sig. Guido Bucciardi, dell'archidiocesi di Modena,**
17 Giugno **sig. Eugenio Scattolin, del Patriarcato di Venezia,**
10 Luglio **sig. avv. Edoardo Giove (Roma),**
sig. cav. Francesco Saverio Ricci (Roma),
sig. Francesco Somaini, della diocesi di Como,
sig. dott. Costantino Herdocia (Costarica)
sig. dott. Raffaele Calderon-Muñoz (Costarica),
7 Agosto **sig. Erberto von Bose (Germania),**
10 **sig. conte prof. Ugo Conti-Sinibalcli (Roma),**
22 Settembre **sig. Gioacchino Lei va (San Salvador),**
20 » **sig. dott. Mariano Figueres, dell'archidiocesi di S. Giuseppe di Costarica.**

25 Novembre 1933. **Al sig. prof'. Raffaele Santarelli (Roma).**
12 Dicembre » **Al sig. Saverio Stella, dell'archidiocesi di Atene.**
14 » » **Al sig. Carlo Freudenthal (Austria).**
» » » **Al sig. Federico Driak (Austria).**
» » » **Al sig. dott. Ernesto Hefel (Austria).**
» » » **AI sig. dott. Carlo Hirsch (Austria).**
16 >•> » **Al sig. dott. Rodolfo Jary (Austria).**
1 Gennaio 1934. **Al sig. Giulio Dassonville, delFarchidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. Armando Esders, della diocesi di Bayeux.**
» » » **Al sig. Saverio G asnos, della diocesi di Le Mans.**
11 » » **Al sig. Pietro Lefebvre, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. Vincenzo Savini, della diocesi di Teramo.**
» » » **Al sig. Gennaro Flajani, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Agostino Beaud, dell'archidiocesi di Parigi.**
17 » » **Al N. U. sig. Ottavio Serena di Lapigio (Italia).**
» » » **Al sig. ing. Pio Calletti (Italia).**
» » » **Al sig. dott. Ezio Affini (Italia).**
24 » » **Ai sig. dott. Rodolfo Weigl, della diocesi di Leopoli dei Latini.**
27 » » **Al sig. avv. Domenico Larussa, dell'archidiocesi di Catanzaro.**
» » » **Al sig. Francesco Di Rienzo, della diocesi di Sulmona.**
» » » **Al sig. Celestino Paolo Camus, dell'archidiocesi di Malines.**
» » » **Al sig. Renato Tancredi Auguste (Haiti).**
» » » **Al sig. prof. Giuseppe Baronci (Roma).**
28 » » **Al sig. cav. Vincenzo Intontì, dell'archidiocesi di Trani.**
2 Febbraio » **Al. sig. dott. Giovanni Antoni (Austria)).**
» » » **Al sig. conte Arturo Potocki, dell'archidiocesi di Cracovia.**
7 » » **Al sig. Lodovico Dupont, dell'archidiocesi di Cambrai.**
» » » **Al sig. Eugenio Plantet, della diocesi di Châlons-sur-Marne.**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

11 Settembre 1933. **Al sig. Alfredo van Cauberg (Belgio).**
1 Novembre » **Al sig. cav. Alessandro Poggioli (Roma).**
7 Febbraio 1934. **Al sig. conte Giovanni Battista Pecci (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6 Aprile 1933. **Al sig. De Nicola H. van Muyden, del vicariato apostolico di Batavia.**
» » » **Al sig. dott. Giuseppe Deuz (Baden).**
13 » » **Al sig. Ottone Wittman (Baden).**
30 » » **Al sig. Carlo Frech (Baden).**

3 Maggio 1933. **Al sig. Giovanni Szweicer, della diocesi di Lodz.**
7 Giugno » **Al sig. Giovanni Mahieu-Liebaert, della diocesi di Bruges.**
13 Giugno » **Al sig. Eugenio Gillier, dell'archidiocesi di Lione.**
10 Luglio » **Al sig. ing. Enrico Rosi-Bernardini (Roma).**
» » » **Al sig. Giuseppe Valvassori (Roma).**
13 » » **Al sig. Carlo J. Reardon, della diocesi di Hartford;**
» » » **Al sig. Guglielmo Brosmith, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Nicola Schneider-Trnavskey, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.**
» » » **Al sig. dott. Emmanuele Garcia-Garofalo Mesa, della diocesi di Cienfuegos.**
19 » » **Al sig. ing. Leone Girolami, della diocesi di Concordia.**
» » » **Al sig. dott. Alfonso David, dell'archidiocesi di Cambrai.**
» » » **Al sig. avv. Giovanni Giraudo, della diocesi di Cuneo.**
» » » **Al sig. avv. Pietro Moni eat, della diocesi di Moulins.**
22 » » **Al sig. Giancarlo Folini, della diocesi di Ajaccio.**
» » » **Al sig. Elia De Langlais, della diocesi di Vannes.**
» » » **Al sig. Vittore Magnili, della medesima diocesi.**
28 » » **Al sig. Pietro Enrico De Vink, dell'archidiocesi di Utrecht.**
29 » » **Al sig. dott. Francesco Guilly, della diocesi di Arras.**
» » » **Al sig. ing. Marcello Ludovico Felice Rossignol, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Felice Decroix, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Paolo Duquesne, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Achille D'Ari, dell'archidiocesi di Trani e Barletta.**
1 Agosto » **Al sig. Lodovico Julienne, della diocesi di St-Brieuc.**
» » » **Al sig. Alessandro Monjaret, della medesima diocesi.**
3 » » **Al sig. dott. Cesidio Lolli (Roma).**
4 >> » **Al sig. dott. Andrea Nelissen, della diocesi di Haarlem.**
10 » » **Al sig. Enrico Hollenkamp, della medesima diocesi.**
17 » » **Al sig. Ernesto Boivin, della diocesi di S. Giacinto.**
» » » **Al sig. Giuseppe Mullin, della medesima diocesi.**
28 » » **Al sig. Paolo Favatier, della diocesi di Carcassona.**
» » » **Al sig. Giuseppe Umlauf (Ungheria).**
6 Settembre » **Al sig. Edoardo Dejongh, della diocesi di Liegi.**
22 » » **Al sig. avv. Fernando Lardizabal (Honduras).**
18 Ottobre « **Al sig. Gastone Cardinal, della diocesi di Vannes.**
25 » » **Al sig. Giuseppe De Lignac, della diocesi di Bourges.**
21 Novembre » **Al sig. Giovanni Duff, della diocesi di Fall River.**
» » » **Al sig. Giacomo H. Mahoney, della medesima diocesi.**
22 » » **Al sig. Giovanni Galicier, dell'archidiocesi di Parigi.**

12 Dicembre 1933. Al sig. Ermanno Giovanni Schim. van der Loeff, della diocesi di Ru remonda.
» » » Al sig. Gerardo Pietro van dei' Hamijn, della diocesi di Haarlem.
13 » » Al sig. Giuseppe Scbmaretz (Austria).
» » » Al sig. Francesco Androszowski (Austria).
15 » » Al sig. Emilio Schnee (Austria).
» » » Al sig. Federico Klauscher (Austria).
21 » » Al sig. Guglielmo Heinrich, della diocesi di Treviri.
» » » Al sig. Andrea Heim, della medesima diocesi.
11 Gennaio 1934. Al sig. avv. Giuseppe Marcheggiani, della diocesi di Teramo.
16 » » Al sig. dott. Enrico Neri (Italia).
» AI sig. dott. Battista Calandra (Italia).
» » » Al sig. Quinto Navarra (Italia).
» » » Al sig. ing. Domenico Lanate (Italia).
19 » » Al sig. ing. Luigi Ciampini, della diocesi di S. Miniato.
» » . » Al sig. Luigi Francesco Uberto Regout de Kruisdonk, della diocesi di Ruremonda.
25 » » Al sig. Mario Umberto Colangeli, della diocesi di Sabina.
29 » » Al sig. dott. Tito Tronconi, della diocesi di Sora.
> »• » Al sig. Villibaldo Eibner, dell'arch. di S. Paolo di Minnesota.
» »• » Al sig. Tommaso Tate, della diocesi di Leeds.
» » » Al sig. dott. Francesco Nagy (Austria).
» » » Al sig. dott. Oliviero Resseguier (Austria).
» » » Al sig. Giovanni Salat (Austria).
7 Febbraio » Al sig. dott. Giovanni Gibelli, della diocesi di Monaco.
10 »• » Al sig. Cheren Gatta, della diocesi di Tarquinia.
14 » » Al sig. ing. arch. Emilio Paor, dell'archidiocesi di Trento.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

6 Dicembre 1933. Al sig. Ernesto Warland, dell'archidiocesi di Malines.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 Settembre 1933. Al sig. conte Ludovico D'Ursel (Belgio).
» » » Al sig. Paolo Le Tellier (Belgio).
» » » Al sig. barone Pietro van Zuylen (Belgio).
> » » Al sig. Carlo Papeians de Morchoven (Belgio).
22 » » Al sig. Ismaele Fuentes (El Salvador).
21 Dicembre » Al sig. Guglielmo Klastersky (Austria).
» » » Al sig. Ottone Huber (Austria).
17 » » Al sig. Guglielmo J. McGinley (S. U. A.).

17 Dicembre 1933. **Al sig. dott. Giovanni Pernter (Austria).**
28 » » **A. S. E.. Edoardo Ludwig (Austria).**
9 Gennaio 1934. **A S. E. dott. Rodolfo Giovanni Witting (Finlandia).**
19 » » **Al N. U. Giorgio Andreoli (res. Ancona).**
3 » » **Al sig. Alfredo O'ßyrne, dell'archidiocesi di Dublino.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

13 Maggio 1933. **Al sig. prof. Pietro Vaccari, della diocesi di Pavia.**
7 Luglio » **A S . E. gen. Rodolfo Graziani (Italia).**
8 Agosto » **Al sig. Carlo Anze Loria (Bolivia).**
7 Settembre » **Al sig. conte Lodovico de Lichterwolde (Belgio).**
4 Novembre » **Al sig. Erberto Wollmann (Germania).**
» » » **Al sig. barone Arturo De Riseis, dell'arcbidiocesi di Lanciano.**
» » » **Al sig. barone Francesco Raillon (Austria).**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa.

17 Dicembre 1932. **Al sig. Angelo Bezzi, della diocesi di Bergamo.**
» » » **AI sig. Bernardo Ferreri, della diocesi di Casale Monferrato.**
31 Marzo 1933. **Al sig Francesco Saverio D'Almada y Castro, del vicariato Apostolico di Hom-Kom.**
27 Maggio » **Al sig. Augusto Veronesi, dell'archidiocesi di Modena.**
8 Luglio » **Al sig Camillo Uccelli, della diocesi di Parma.**
20 » » **Al sig.. Alfonso Russo, della diocesi di Valva e Sulmona.**
21 » » **Al sig. Domenico De Matteis, dell'archidiocesi dell'Aquila.**
» **Al sig.. Giuseppe Antonio Garcia (Costarica).**
» **Al si».. Federico Güther von Tschirschky und Boegendorff (Germania),**
10 » » **Al sig. ing. Aldo Boldrini, della diocesi di Teramo.**
14 Settembre » **Al N. U. Aldo Ettore Visconti, della diocesi di Ivrea.**
22 » » **Al sig, avv. Enrico Di Gregorio (Roma).**
9 Ottobre » **Al sig. Giuseppe Barnabe de Mesquita, dell'archidiocesi di Cujabà.**
11 » » **Al sig. dott. Tommaso Torrera, della diocesi di Bojano-Campobasso.**
16 » » **Al sig. cav. Lucio Lucioli, della diocesi di Chiusi e Pienza.**
» » » **Al sig. dott. Raimondo Del Balzo di Presenzano (Roma).**
4 Novembre » **Al sig. Ferdinando Innocenti (Roma).**
7 » » **Al sig. Anacleto Girla, dell'archidiocesi di Milano.**
27 » » **Al sig. dott. Ottone Kemptner (Austria).**
1 Dicembre » **Al sig. bar. Lodovico von Pastor, dell'archidiocesi di Vienna.**

12	*Dicembre*	*1933.*	Al	sig. Evaristo Cernilo, della diocesi di Avellino.
14	»		Al	sig. dott. Guido Schmidt (Austria).
17	»	»	Al	sig. dott. Francesco Greiner (Austria).
»		»	Al	sig. dott. Rodolfo Manda (Austria).
»	»	»	Al	sig. dott. Enrico Heinrich (Austria).
»	»	»	Al	sig. dott. Enrico Veigl (Austria).
»	»	»	Al	sig. dott. Vittore Froehlichsthal (Austria).
	»	»	Al	sig. dott. Giuseppe Seidl (Austria).
»	»		Al	sig. Rodolfo Mitlöhner (Austria).
»		»	Al	sig. conte Ferdinando Giov. Trauttmandorff-Weinsberg Í Austria).
21	»		Al	sig. cav. Lorenzo Marini (Roma).
»	»	»	Al	sig. Giacomo De Sanctis (Roma).
»	»	»	Al	sig. dott. Giulio Fumasoni (Roma).
»		»	Al	sig. ing. Paolo Castelli, dell'archidiocesi di Milano.
30	*Dicembre*		Al	sig. Alessio De Martini, della diocesi di Vigevano.
8	*Gennaio*	*1934.*	Al	sig. Gabriele Ylma Weulde (Etiopia).
11	»	»	Al	sig. prof. Alberto Riccoboni, della diocesi di Teramo.
»	»	»	Al	sig. Giovanni Battista Eugenio Bogard, della archidiocesi di Parigi.
»	»	»	Al	sig. Augusto Grange, della medesima archidiocesi.
13		»	Al	sig. Vincenzo Pirri (Italia).
»		»	Al	sig. dott. Nicola Guastadisegni (Italia).
»	»	»	Al	sig. dott. Sebastiano Cascella (Italia).
»	»	»	Ai	sig. dott. Pericle Baruffi (Italia).
»	»	»	Al	sig. ing. Cesare Palazzo (Italia).
19	»	»	Al	sig. avv. Francesco Ponticelli, dell'archidiocesi di Siena.
27	»	»	Al	sig. avv. Tommaso Spasati, dell'archidiocesi di Catanzaro.
»	»	»	Al	sig. Ludovico Arturo Trudel, dell'archidiocesi di Quebec.
»	»	»	Ai	sig. Giuseppe Enrico M. Giovanni Geerling, della diocesi di Haarlem.
30	»		Al	sig. prof. Francesco Saverio Zimmermann (Austria).
»	»	»	Al	sig. dott. Giovanni Haminscb (Austria).
»	»	»	Al	sig. Carlo Nemec (Austria).
»	»	»	Al	sig. Raul Rouzier (Haiti).
	»	»	Al	sig. Alfredo De Matteis (Italia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21	*Maggio*	*1933.*	Al	sig. Alessandro d'Alessandro, dell'archidiocesi di Amalfi.
»		»	Ai	sig. Camillo Grassivaro, della diocesi di Brescia.
	»	»	Al	sig. dott. Luigi Dienstleder, della diocesi di Secovia.

21	*Maggio*	*1933.*	**Al sig. Giuseppe Martin, dell'archidiocesi di Vienna.**
»	»	»	**Al sig. Pietro Ce vasco, dell'archidiocesi di Genova.**
4	*Giugno.*	»	**Al sig. Ugo Teodori (Roma).**
28	»	»	**Al sig. Leonida Alessi (Roma).**
13	*Luglio*	»	**Al sig. Alfredo Taf uri, dell'archidiocesi di Salerno.**
»	»	»	**Al sig. Vittorio Trainini, della diocesi di Brescia.**
19	»	»	**Al sig. avv. Mario Ferren, della diocesi di Cuneo.**
»	»	»	**Al sig. rag. Emilio Toselli, della medesima diocesi.**
20	»	»	**Al sig. Luigi Morticeli]", della diocesi di Valva e Sulmona.**
»	»	»	**Al sig. Giacomo Paffendorf, della diocesi di Paderborn.**
28	»	»	**Al sig. Giovanni Perucca, della diocesi di Asti.**
29	»	»	**Al sig. Giuseppe Tomoli, della diocesi di Città di Castello.**
»	*Agosto*	»	**Ai sig. Mario Baldelli (Roma).**
10	»	»	**Al sig. Carmine Leone, della diocesi di Teramo.**
			Al sig. dott. Gerardo Ferrara, della medesima diocesi.
12	» '	»	**Al sig. prof. Giacomo Gamba, del vicariato apostolico di Tripoli.**
5	*Settembre*	»	**Al sig. Giacomo De Thier (Belgio).**
»	»	»	**Al sig. Enrico C. J. B. Woestijn (Belgio),**
25	»	»	**Al sig. Antonio Colajacono (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Giovanni Jori (Roma).**
28	»	»	**Al sig. avv. Giuseppe d'Angelo, della diocesi di Aversa.**
7	*Ottobre*	»	**Al sig. Luigi Basile, della diocesi di Nola.**
»	»	»	**Al sig. Antonio Vitale, della medesima diocesi.**
»	» •	»	**Al sig. Raffaele Fabbrocini, della medesima diocesi.**
10	»	>?	**Al sig. Giacomo Melchionni, della diocesi di Alessandria.**
4	*Novembre*	»	**Al sig. Giovanni Hahn (Germania).**
16	*Dicembre*	»	**Al sig. ing. Rodolfo Klòss^ dell'archidiocesi di Vienna.**
28	»	»	**Al sig. Paolo Klostermann, della diocesi di Spira.**
8	*Gennaio*	*1934.*	**Al sig. Giovanni Francesco Pizzorno, della diocesi di Acqui.**
16	»	»	**Al sig. Giuseppe Cornelii (Italia).**
20	»	»	**Al sig. Arnaldo Canepa (Roma).**
27	»	»	**Al sig. Ernesto Longo, dell'archidiocesi di Catanzaro.**
»	»	»	**Al sig. Vittorio Vona (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Alfredo Kiesewetter (Austria).**
31	»	»	**Al sig. Ante Inkinen (Finlandia).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

22	*Settembre*	*1932.*	**Monsig. Erberto Ohters, dell'archidiocesi di Florianopolis,**
4	*Maggio*	*1933.*	**Monsig. Boleslao Partika, della diocesi di Culma.**
»	»	»	**Monsig. Edmondo Roszczynialski, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Casimiro Sprengel, della medesima diocesi.**
8	*Giugno*	»	**Monsig. Raffaele Granato, della diocesi di Guayana.**
15	»	»	**Monsig. Giuseppe Herget, dell'archidiocesi di Varsavia.**
22	»	»	**Monsig. Ladislao Pilin, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Ludovico Jarónski, della medesima archidiocesi.**
2	*Novembre*	»	**Monsig. Stanislao Ciesliñski, della diocesi di Kielce.**
16	»	»	**Monsig. Giuseppe Gonzato (Roma).**
30	»	»	**Monsig. Giuseppe Campolongo, della diocesi di San Marco.**
7	*Dicembre*	»	**Monsig. Eustachio Morrogh Bernard, dell'archidiocesi di Westminster,**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Rysavy, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.**
»	»	»	**Monsig. Ferdinando von Werden, della diocesi di Eichstatt.**
14	»	»	**Monsig. Raffaele De Giuli, della diocesi di Novara.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Utili, della diocesi di Forlì.**
»	»	»	**Monsig. Ettore Casadei, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Salvatore Scapaticci, dell'archidiocesi di Benevento.**
»	»	»	**Monsig. Antonio Parrella, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Vincenzo Capone, della medesima archidiocesi.**
21	»	»	**Monsig. Emeri co Sándor, della diocesi di Alba Julia.**
»	»	»	**Monsig. Giorgio Wagner, della diocesi di Augusta.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Bortone, della diocesi di Lacedonia.**
22	»	»	**Monsig. Giuseppe Puggiotto, del Patriarcato di Venezia.**
28	»	»	**Monsig. Luigi Deyrieux, dell'archidiocesi di Lione.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Lavarenne, della medesima archidiocesi.**
29	»	»	**Monsig. Giacomo Treitz, della diocesi di Treviri.**
4	Gennaio	*1934.*	**Monsig. Bosio Riccardo Federici (Roma).**
»	»	»	**Monsig. Augusto May, della diocesi di Fulda.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Barros Uchoa, dell'archidiocesi di Clinda.**
Iß	»	»	**Monsig. Paolo Bertoli (Roma).**
18	^ »	»	**Monsig. Francesco J. Conron, della diocesi di Rockford.**
	»	»	**Monsig. Leone J. Binz, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Hufnagel, della diocesi di Alba Reale.**
25	»	»	**Monsig. Giovanni Vaughan, della diocesi di Scranton.**
»	»	»	**Monsig. Torello Turbini, della diocesi di Massa Marittima.**
»	»	»	**Monsig. Sabatino Barsotti, della medesima diocesi.**

25 Gennaio 1934. Monsig. Pietro Savio (Roma).
1 Febbraio » Monsig. Felice Dè Oettingen-Spielberg, della diocesi di Eichstätt.
15 » • » Monsig. Giuseppe Caecuri, dell'archidiocesi di Rossano.
» » » Monsig. Pietro Ravelli fu Luigi Alessandro (Roma).
22 » » Monsig. Guglielmo Van De Loo, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Giuseppe Havestadt, della medesima diocesi.
» » >> Monsig. Enrico Frye, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Sievert, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Eulen, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ludovico Berberich, dell'archidiocesi di Monaco e Fri singa.
1 Marzo 1934. Monsig. Roberto Vitale, della diocesi di Aversa.
7 » » Monsig. Amedeo Finocchi (Roma).
23 » » Monsig. Bernardino Caselli (Roma).
» » » Monsig. Francesco J. Monaghan, della diocesi di Newark.
» » » Monsig. Giovanni G. Delaney, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

7 Dicembre 1933. Sig. conte Carlo Gacon D'Allery de Prony, della diocesi di Marsiglia.
21 » » Sig. nob. Alessandro Meysztowicz, dell'archidiocesi di Wilna.
28 » » Sig. conte Francesco Erdödy, della diocesi di Sabaria.
1 Febbraio 1934. Sig. Giovanni Kartowski, della diocesi di Vladislavia.
15 » » Sig. Gonippo Raggi, della diocesi di Newark.
» » » *Sig. Giovanni A. Matthews, della medesima diocesi.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

7 Dicembre 1933. Monsig. Giovanni Dobránszky, della diocesi di Gassovia.
» » » Monsig. Ludovico Kristóf, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Inczinger, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alessandro Spesz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Cesare Vignocchi (Roma).
14 » » Monsig. Giuseppe Hlawati, dell'archidiocesi di Vienna.
21 » » Monsig. Cario De Cani, dell'archidiocesi di Milano.
4 Gennaio 1934. Monsig. Enrico Dassi, dell'archidiocesi di Milano.
8 Marzo » Monsig. Giacomo Benvenuto, dell'archidiocesi di Genova.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.

28 Dicembre 1933. Sig. Gustavo Daumas, dell'archidiocesi di Parigi.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

14 Dicembre 1933. **Monsig. Mario Fusco, dell'archidiocesi di Benevento.**
» » » **Monsig. Vincenzo Velardi, della medesima archidiocesi.**

NECROLOGIO

5 Gennaio 1934. **Monsig. Antonio Valbonesi, Arcivescovo tit. di Memfi.**
18 » » **Monsig. Emanuele Coste, Arcivescovo di Aix.**
22 » » **Monsig. Francesco De Pietro, Vescovo tit. di Calinda.**
11 Febbraio » **Monsig. Giulio Drohobecky, Vescovo tit. di Poliboto.**
3 Marzo » **Monsig. Michele Leon *y* Prado, Vesc. di Linares.**
26 » » **Monsig. Torquato Dini, Arcivescovo tit. di Darà.**
27 » » **Monsig. Domenico Premus, Vescovo tit. di Belgrado sul mare.**

An. et yol. XXVI 1 Maii 1934 (Ser, II, v. I) - Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATI IOANNIS BOSCO CONFESSORIS, IN BASILICA VATICANA DIE I MENSIS APRIlks, ANNO SACRO MDCCCCXXXIV PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *factam per Advocatum Sacri Consistorii Ioannem Guaseóla Viro]ßJminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, Rmus D. Antonius Bacci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

Dum nostra hac aetate victoriae palma, magno cum admirantium plausu, iis interdum tribuitur, qui in causa vel nullo vel fere nullo praeconio digna primas obtinent, haec sollemnia, quibus christiani herois nomen consecratur, videntur equidem non sine gravi monitu atque exemplo celebrari. Tantum enim christianae sanctitudinis laudes fluxae ac periturae hominum gloriae antecellunt, quantum terrae praestat pulcritudine caelum, quantumque sempiternae beatitatis gaudia miseras caducae huius vitae voluptates exsuperant atque evincunt. Ut igitur per sollemnes huiusmodi caerimonias, quibus iubilaris anni cursus decoratur eiusque augentur salutares fructus non tam ad germanae sanctimoniae praestantiam satius altiusque reputandam, quam ad rectum atque arduum eius iter volenti animo ingrediendum excitentur omnes, Beatissimus Pater vehementer exoptat. Id profecto fiet per legitimam Ioannis Bosco consecrationem, a Romano Pontifice peragendam; Ioannis Bosco dicimus, Italiae totiusque Ecclesiae decoris; Ioannis Bosco, qui non modo ad evangelicae perfectionis fastigium totis viribus citatoque gradu contendit, sed tot etiam filios — florentem praesertim aetatem christianis praeceptis christianisque moribus conformando — Iesu Christo peperit.

Quapropter quod instanter perorando postulastis, quodque innúmera beati huius eaelitis familia fieri gestit suisque precibus maturavit, id benigne excipere communibusque votis satisfacere percupit Sanctitas Sua. Vult nihilominus ut antea, ex vetustissimo Apostolicae Sedis more, ad rem fauste feliciterque definiendam, caelestis Curiae supplicatio a nobis omnibus interponatur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

Procul dubio admotae ad caelestem Aulam preces supplicationesque effieaeissimae exstitere; procul dubio quod nos cupimus omnes, angelorum itidem sanctorumque agmina exoptant; ac Deo ipsimet voluntas est novum hoc sanctitudinis ornamentum atque exemplum, militanti Ecclesiae dilargiri. Verumtamen, quamquam nullus relinquitur ambigendi locus beatum Ioannem Bosco sempiterna in caelis beatitate perfrui, quam, divina aspirante gratia, per sanctissima rerum gesta promeruit, per me nihilo secius edicit Beatissimus Pater velle se, antequam inerrans edatur oraculum, Superni Spiritus lumen, ad rem religiosissime perficiendam, sibi ab omnibus concilietur.

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit; quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

In hac rerum hominumque maiestate, quae caelestis Aulae fulgorem refert divinosque concentus, eventum mox visuri sumus, quod in Dei gloriam communemque salutem maximopere conferet. Etenim, nulla iam interposita mora, Iesu Christi Vicarius optatissimam fallique nesciam sententiam suam laturus est. Eam prona fronte gratoque animo excipiamus; ac caelestia munera, quae hodie procul dubio e beati huius eaelitis manibus uberiora profluunt, cum nobis, tum laboranti Ecclesiae conciliemus.

Tum Beatissimus Pater ex cathedra sollemniter pronunciavit:

« Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum **IOANNEM BOSCO SANCTUM** esse decernimus et definimus, ac

Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die XXXI Ianuarii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Pagtris et Fi£glii et Spiritus £8 Sancti ».

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

Geminata hodie perfundimur laetitia, ac Nobiscum universa afficitur Ecclesia, quod victoriam ex mortis et ex inferorum potestate a Iesu Christo partam celebramus, quodque hodie Nobis licuit praeclaris viris feminisque non paucis, per huius anni sancti decursum ad sanctitudinis honores evectis, sollemnem hanc Ioannis Bosco consecrationem quasi in cumulum adiicere; Ioannis Bosco inquimus, quem paucis abhinc annis in Beatorum numerum rettulimus, quique iuventutem Nostram — gratum adhuc subit recordatio animum — non modo adspectu suo suoque alloquio recreavit, sed per mirabilium etiam rerum gesta virtutisque praestantiam in sui admirationem rapuit. Iamvero, quamvis eius vita tot sit egregie factis referta atque illustrata, ut vix queat adumbrari paucis, cupimus tamen haec, quae praecipua Nobis videntur, admirationi imitationique vestrae proponere. Divinae gloriae animarumque saluti procurandae omnino deditus, quidquid noster novisset, superno quodam instinctu ductus, ex Dei esse voluntate faciendum, id, etsi temerario ausu dignum videbatur, nulla aliorum diffidentia distractus, ac vias etiam rationesque animosus ingressus, quas nova induxerat aetas, ad effectum deducere enitebatur. Itaque, cum pueros, per urbis vias vagantes, paene innumeros vidisset, a parentibus derelictos omnique cura destitutis, eos ad se paterno animo vocavit; eosque, per opportuna omne genus oblectamenta ipso-

rum animis potitus, et catholicae religionis praeceptis imbuit, et ad iisdem praeceptis per virtutis disciplinam perque crebriorem Sacramentorum susceptionem sese conformandos allexit atque permovit. Nostis profecto quantum utilitatis iuventuti recte instituendae et a vitiorum illecebris revocandae ex huiusmodi institutis, quae *Festiva* vocantur *Oratoria* sit ortum; quae quidem *Oratoria* non modo Augustae Taurinorum condidit et in vicinioribus urbibus atque oppidis, sed ubicumque etiam, quo suam invexit religiosam familiam. Praeterea, cum frequentissimae huic adulescentium iuvenumque turbae honestum vitae genus impertire cuperet, quo iidem et sibi possent et futurae proli consulere, illa constituit domicilia, in quibus ipsi exciperentur, et ad fabriles artes addiscenda^, cuique consentaneas, praepararentur. Neque iuventuti defuit litteris humanioribusque disciplinis deditae, in cuius commodum multa collegia condidit, in quibus eadem tuto itinere ad altiorem etiam, si vellet, doctrinam adipiscendam contendere et, bene morata, in spem Ecclesiae Nationisque suae succrescere posset.

Quam ad rem animadvertendum est idcirco Ioannem Bosco, in puerorum iuvenumque animis fingendis educandique, felicissimos edidisse fructus, quod germanam eam veri nominis educationem alacri perspicacique animo suscepit, quam catholica Ecclesia tantopere commendat, quamque Nosmet ipsi, occasione data, saepenumero commendavimus. Illam nimirum quae evangelicis praeceptis praeclarisque Iesu Christi exemplis imbuitur tota per omnesque venas alitur; illam, qua, christiana religione virtuteque duce, ita iuveniles rediguntur ac componuntur mores, ut omnino digni evadant, quos et terrestris patria dilaudet, et caelestis tandem aliquando non periturae coronae praemio remuneretur. Illam denique, quae si corporis vires exercet, at animum potissimum — inconditos inordinatosque eius motus compescendo et ad virtutis convertendo studia — confirmat atque conroborat; quaeque, si humanas omnes disciplinas, ad praesentem vitam excolendam ornandamque opportunas, discipulis impertit, at quod est praecipuum non neglegit,

Creatoris nempe ac Eemuneratoris Dei[doctrinam atque Ecclesiae praecepta.

At non heic consistit neve laxatur alacer eius animus, sed, superna caritate compulsus, quam condiderat religiosorum hominum ac mulierum familiam, eam, mirabili quodam modo ob divinae gratiae opem magis usque magisque increbrescentem, per universum mittit terrarum orbem, evangelii lucem christianumque cultum laturam. Quae tot tantaque incepta atque opera dum noster instituit ac perficit, non ex humanarum rerum defectione neque ex aliorum diffidentia atque irrisu concidit animo, sed caelesti fretus auxilio, ulterius cotidie tranquilla serenaque fronte progreditur. Quodsi interdum suscepta ab se in animarum bonum consilia in difficultates se illidere videbantur, quae humana ope devinci non possent, talaris atque erectis in caelum oculis, dicere sollemne habebat: « Dei optatum est, atque adeo ex eius voluntate faciendum; quapropter ipsimet quodammodo officio est necessaria adiumenta suppeditare ». Atque ita, praeter omnium exspectationem, res ad laetum exitum adducebatur; hominumque sugillationes in communem admirationem commutabantur.

Quem igitur, venerabiles fratres ac dilecti filii, christianae sanctitatis heroèm, per praecipua animi sui lineamenta, venerationi vestrae proposuimus, in eum omnes, studiosae imitationis causa, intueantur. Ita enim, eo auspice eoque dèprecatore, profecto fiet ut, quam Iesus Christus rettulit de mortis deque tenebrarum potestate victoriam, eam nos quoque omnes feliciter assequamur; utque, a peccatorum servitute liberati sempiternaque in caelis beatitate fruituri, paschale canticum una fide unaque voce concinamus omnes:

« Ut sis perenne mentibus
Paschale, Iesu, gaudium,
A morte dira criminum
Vitae renatos libera. Amen :

[1] **Ex Brey. Rom., off. Dom. in Albis.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM PAROECIALE B. M. V. «DE LA DELIVRANCE» OPPIDI QUENTIN IN DIOECESI ERIOCENSI BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Uti ad Nos refert venerabilis frater Brioeensium Episcopus, intra dioecesis suae fines, in loco quem *Quentin* **nuncupant, templum exstat, nunc tantum paroeciale olim conlegiatum, ubi simulacrum Beatae Mariae Virginis sub titulo** *de la Délivrance* **religiosissime colitur. Tradunt quidem iam ipso in oppido a saeculo decimo tertio christifideles peculiari cultu Deiparam veneratos esse post adventum insignis relliquiae Cincturae B. Mariae. Virginis eundem in locum; quam dominus castri, uti fertur, relliquiam a Locis sanctis Palaestinae secum tulit ut in primaevo castri sacello pie servaretur. Hoc autem sacellum saeculo quarto decimo in ampliorem formam exstructum est; sed, saeculo nuper praeterito, sacrum ipsum aedificium, iam ob temporum hominumque iniurias fere ruinosum, in novam pulcrioremque ecclesiam conversum est, quae a fundamentis exaedificata, structura, uti aiunt, ogivali, sex altaribus praedita, operibusque artis insignibus ornata (quamvis christifidelibus aperta iam ab anno** MDCCCLXXXVH) **anno tantum millesimo nongentesimo trigesimo, ingenti presbyterorum peregrinorumque multitudine adstante, a quinque Episcopis dedicata est. Cum vero non modo in dioecesi Briocensi, sed in universa etiam Gallia sanctuarium Mariale ipsum uti praestantissimum et celeberrimum habeatur, christifideles ex omni ordine coetuque, peregrinationibus frequentibus, simulacrum B. Mariae Virginis** *de la Délivrance-pie* **devo teque veneraturi ad hanc sacram aedem confluunt; peregrinorumque spirituali adsistentiae nunc parochus loci consulit, eundemque eodem in sacro ministerio peragendo tum vicarii paroeciae, tum presbyteri parvo dioecesis Seminario addicti sollerter adiuvant. Olim autem sanctuarii ipsius cura Capitulo conlegiato concredita erat; anno enim** MCCCCV, **quinque sacerdotum conlegium, ut eodem in loco melius stabiliusque sacrarum functionum celebrationi consuleretur, constitutum est, titulo privilegiisque Capituli decoratum; at, ineunte saeculo decimo nono, ob politicas Galliae perturbationes, conlegium idem est suppressum, vetustumque propterea conlegiatum templum in paroeciale erectum. Nunc autem venerabilis frater Brioeensium Episcopus, ad decus augendum sanctuarii**

eius dem, a Nobis suppliciter demisseque efflagitat ut, votis quoque fidelium Briocensium obsecundantes, templum Mariale praedictum Basilicae minoris titulo ac privilegiis, de Apostolica benignitate, honestare velimus. Placet proinde Nobis huiusmodi optatis concedere; ideoque, audito quoque dilecto filio Nostro Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, templum paroeciale Beatae Mariae Virginis sub titulo *de la Délivrance* **in honorem, Deo dicatum in loco** *Quentin* **nuncupato intra dioecesis Briocensis fines, Basilicae minoris titulo ac dignitate perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula tribuimus iura ac privilegia quae Basilicis minoribus competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.**

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Augusti, an. MDOOOOXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

B. P. D. FRANCISCUS M. SERRAND EPISCOPUS BRIOCENSIS DEPUTATUR AD AUREA CORONA DONANDUM SIMULACRUM B. M. V. « DE LA DÉLIVRANCE » OPPIDI QUENTIN.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. —Uti ad Nos attulisti, in loco « Quentin» in ,tuae dioecesis intra fines sito, insigne «xstat sanctuarium mariale sub titulo Beatae Mariae Virginis *de la Délivrance;* **ibique simulacrum eiusdem Beatae Virginis a christifidelibus religiosissime colitur. Hoc simulacrum venerati sunt praeclarissimi viri, quos inter S. Ivo et S. Vincentius Ferreri numerandi sunt. Constat profecto Briocenses cives iugiter suos amoris sensus erga Deiparam coram ipso simulacro effudisse etiam gallica, uti aiunt, revolutione" perdurante; insigni vero pietate ac devotione cives ipsos erga Beatam Virginem grassante lue anno** MDCCCLXVH, **ac saeviente bello anno millesimo octingen-**

tesimo septuagesimo adeo exarsisse ut hodie quoque nullus sit Briocensis qui eidem Virgini *de la Délivrance* non deferat peculiares reverentiae cultu sque significationes. Incredibile autem dictu est quam ingenti fideles numero ex universa Gallia ad sanctuarium confluant, vel opem Deiparae imploraturi, vel grates eidem accepta ob beneficia habituri. Nil mirum itaque si tibi, venerabilis frater, opportunum visum sit cum tua tum cleri populique Briocensis vota Nobis proponere atque enixis precibus a Nobis efflagitare, ut eidem Beatae Virginis *de la Délivrance* inclyto simulacro aureum diadema Pontificia auctoritate sollemniter imponatur. Quibus equidem optatis ad fidelium Briocensium pietatem erga Deiparam augendam, ultro libenterque concedentes, audito quoque dilecto filio Nostro Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, harum Litterarum vi, tibi, venerabilis [frater, eas partes committimus, ut simulacrum Beatae Mariae Virginis *de la Délivrance* in sanctuario seu templo sub eodem titulo intra fines dioecesis tuae exsistens, die per te statuendo, post sollemnia Missarum, per te ipsum, servatis servandis, Nostro nomine et auctoritate, sollemni ritu aurea corona redimías. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Augusti, an. MDCCCCxxxni, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status,*

III

B. M. V. TITULO DOMINAE NOSTRAE AD NIVES PATRONA AEQUE PRINCIPALIS CUM SACRA FAMILIA DECLARATUR DIOECESIS SENENSIS IN STATU NEVADA AMERICAE SEPTEMTRIONALIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.—Refert ad Nos venerabilis frater Renen«ium Episcopus christifideles omnes e sua dioecesi Beatissimam Virginem Mariam, sub titulo *ad JSfives,* veluti matrem potentem et benignam pie ac religiose colere, eamdemque firmissime habere veluti praesidium praeco puum dioecesis itemque Status, e cuius territorio Renensis dioecesis constat. Nam in ipso Statu, vulgo nuncupato *Nevada* propter nives candidas quibus continenter montes regionis totius obruuntur, ex nivibus iisdem omnes terrae foecunditas fructusque pendent. Itaque cum idem Praesul vota exprimens communia cleri populique sibi commissae dioecesis enixas preces Nobis humiliter adhibuerit, ut Beatissimam Mariam Virginem, titulo Dominae

Nostrae ad Nives, praecipuam universae dioecesis Eenensis apud Deum Patronam constituere atque eodem tempore Sacram quoque Familiam Iesu, Mariae et Iosephi Patronam aeque principalem eiusdem dioecesis declarare dignemur; Nos piis huiusmodi optatis concedendum ultro libenterque censemus, ad magis magisque augendam Benensium pietatem in Deiparam sub memorato titulo, qui est immaculatae puritatis imago, necnon ad eorundem fovendum erga Sacram Familiam cultum qui certe ad vincula christianae familiae firmanda et ad corrigendos mores valide adiuvat. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Bituum Congregationi praeposito, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam ad Nives Patronam principalem et Sanctam Familiam Iesu, Mariae et Ioseph Patronam aeque principalem dioecesis Eenensis declaramus et constituimus, omnibus et singulis adiectis liturgicis privilegiis atque honorificentiis, quae praecipuis locorum Patronis de iure competunt in celebratione patronahum festivitatum quotannis peragenda. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec vero mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos integros effectus sortiri et obtinere; dictaeque dioecesi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Augusti, anno MDCCCCXxxm, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

SANCTA THERESIA A IESU INFANTE SECUNDARIA PATRONA DECLARATUR DIOECESIS DE SOCORRO ET SAN GIL.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanum Pontificem decet votis Episcoporum concedere, quae praesertim eo spectant ut spirituali christifidelium bono pro vide consulatur. Itaque cum nuper venerabilis frater Episcopus de Socorro et San Gil, in ditione Columbiana, vota quoque universi cleri populique dioecesis sibi commissae depromens, enixas Nobis preces

adhibuerit, ut Sanctam Theresiam a Iesu Infante dioecesis suae Patronam secundariam, pro Nostra bemgnitate, declarare dignemur; Nos precibus optatisque huiusmodi concedendum censemus. Itaque, audito dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Sanctam Theresiam a Iesu Infante virginem, dioecesis de Socorro et San Gil in Columbia Patronam secundariam declaramus et constituimus. Eadem praeterea auctoritate Nostra, Litterarum praesentium vi, itemque in perpetuum decernimus ut festum eiusdem Sanctae Patronae quotannis die m mensis Octobris, sub ritu duplici primae classis, cum Officio et Missa propriis et adprobatis recoletur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec vero mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; dictaeque dioecesi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Augusti, anno MDOCCCXXXLU, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status,*

V

B. M. V. SUB TITULO AUXILII CHRISTIANORUM CAELESTIS PATRONA DIOECESIS NICTHEROYENSIS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis frater Nictheroyensium Episcopus in Brasilia, vota exprimens communia cleri populique universi sibi commissi, enixas Nobis preces humiliter exhibuit, ut Beatissimam Virginem Mariam sub titulo « Auxilium Christianorum » totius dioecesis Nictheroyensis caelestem apud Deum Patronam declarare pro Nostra benignitate dignaremur. Nos autem ad magis magisque fovendam augendamque cleri populique eiusdem dioecesis venerationem ac pietatem erga Beatissimam Virginem «Auxilium Christianorum », in cuius quidem honorem eadem in dioecesi templum exstat, quod frequentissimi christifideles Nictheroyenses celebrant, piis memoratis votis concedendum censemus. Audito igitur dilecto

filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, dioecesis Nictheroyensis in Brasilia Beatam Mariam Virginem titulo « Auxilium Christianorum » caelestem apud Deum Patronam constituimus ac declaramus, omnibus et singulis adiectis privilegiis hturgicis atque honorificentiis, quae praecipuis locorum Patronis competunt. Decernimus autem ut festum eiusdem Beatissimae Patronae eadem in dioecesi die vicesima quarta mensis Maii, servatis servandis, quotannis recolatur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidem dioecesi Nictheroyensi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis Augusti, anno MDceccxxxrn, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status»*

EPISTOLA APOSTOLICA

AD R. P. MARTINUM GILLET SUMMUM MAGISTRUM ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM, SEPTIMO SAECULO EXEUNTE A DECRETIS LEGIFERO PATRI SANCTORUM HONORIBUS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Inclytam ac perillustrem Dominici sancti familiam iusta suavissimaque laetitia affectam esse videmus, quod septimum iam saeculum impletur, ex quo magnus -file Conditor per Gregorium IX Decessorem Nostrum caelestibus honoribus auctus decoratusque est. Enimvero minime latuit aut dubia fuit Dominici Gusmani virtus atque praestantia, si decimo tertio anno post eius obitum nondum exacto, dignus plane est habitus, ut in sanctorum numerum referretur. Ceterum magnificentia ipsa muneris et amplitudo, quod Legifero isti Patri Deus sapientissimus tradidit obeundum, excelsam profecto ac singularem vitae sanctitudinem expostulavit.

In comperto est enim, duodecimo abeunte saeculo, bellum grave et calamitosum christianis gentibus et religioni ipsi divinae a potentissima Catharorum secta inlatum atque commotum. Haec nova ac teterrima Manichaeorum progenies quum in varias Europae partes aut aperte invadebat aut occulte serpebat, tum maxime in regione Galliae ad meridiem vergente, quae Occitania dicebatur, iam penitus insidebat. Pravae autem doctrinae fautores, ex Albiga civitate, prima illic haereticorum sede atque officina, Albigenses appellati, multorum principum dominorumque gratia et favore Eruebantur; ex quo factum est, ut, nulla fere prohibente sacrorum pastorum sollertia ac virtute, ignoratione ipsa fidelium de religione maxime f avente, complures catholici viri ac mulieres a genuina Christi Ecclesia ad perniciosam sectam deficerent. Atque illud imprimis fidelium mentes animosque alliciebat, quod nonnulli e Catharorum factione, qui quendam ritum seu « consolamentum » receperant, severiorem vitae disciplinam persecuti, austeris se iactabant virtutibus atque specioso nomine « perfecti » vocabantur. Ceteri vero — magna nimirum pars — qui, ritu illo ad extremum vitae protracto, « credentes » simpliciter dicebantur, omni lege morali solutos se esse arbitrabantur. Quare Albigensium secta, integritatis fidei morumque specie quidem fautrix, re vera perturbatrix pessima et corruptrix, magno christianae genti erat exitio. Neque enim de errore quodam agebatur, qui peculiari christianae fidei veritati adversaretur, sed principia ipsa fidei doctrinaeque moralis capita in dubium revocabantur, nulloque discrimine inter bona et mala, inter virtutes ac vitia servato, fundamenta ipsa rationis humanae civilisque cultus in summum periculum adducebantur.

In tanto Ecclesiae discrimine providentissimus Deus praeyalida auxilia sua deesse illi minime sivit. Romani ipsi Pontifices primo, litteris missis et legatis, plures pastores virosque apostolicos excitaverunt, ut tot damnis ab haereticis christianae genti illatis mederentur; deinde, collectis undique ex Gallia militibus cruce signatis, bellum indixerunt ad haereticos eorumque patronos reprimendos compescendosque. At vero auxilium, quod perielitanti christiano coetui maxime succurrit, simulque argumentum genuinae CJoristi Ecclesiae lueulentissimum, exstitit sanctorum virorum virtus atque splendor, qui falsa adversariorum lumina offudit, viresque eorum et impetus labefactavit atque perfregit.

Inter hosce heroicos viros excelluit Dominicus Gusmanus, qui ex Hispania in Galliam profectus, Albigensium haeresi summa contentione obstitit Ipse enim mysteriorum Christi praedicatione, ferventi ad Deum precatione, humanarum rerum eontemptione, plurimos ab Ecclesia dissidentes ad pristinam fidem revocavit. Neque electissimus vir post primos triumphos sibi

requíescendum putavit. Inveterata enim mala funditus radices egerant, quae nondum erant avulsa; hostes vero semel prodigati, se rursus erigere poterant et acerbam pugnam redintegrare. Oportebat igitur praesidia stabiliter constituere sacrasque militias comparare, quae semper instructae ac paratae resurgentes haereticorum impetus refellerent, fidemque Christi integram in populo tuerentur ac servarent. Haec Dominicus diu multumque secum meditatus, societatem instituendam censuit religiosorum, qui, tamquam copiae militum auxiliares ac mobiles, ubicumque Ecclesiae periculum impenderet, subvenire mature et efficaciter possent. Itaque, multis difficultatibus superatis, Ordinem Fratrum Praedicatorum condidit, quem Honorius Pp. III, sub peculiari sua tutela et patrocinio collocavit, eiusque sodales « vera mundi lumina » et « púgiles fidei » quasi divinando appellavit. Primum autem conditum est monasterium a S. Maria de *Prouiïle,* ubi quidem exstiterunt Eosarii Marialis ipsius incunabula. Plura deinceps alia monasteria in diversis Europae regionibus posita sunt, ut Tolosae, Lutetiae Parisiorum, Bononiae atque in Hispania, unde sanctus ipse Patriarcha ortum duxerat.

Nobilissimum autem praecipuumque istius Ordinis munus, ut ipsum monet « Praedicatorum » nomen, est Christi doctrinam publice exponere atque illustrare, ut fideles, divino verbo eruditi atque spe caelestium praemiorum illecti, Dei praeceptis iussisque Ecclesiae libenti voluntate obsecundent. At vero Legifer Pater optime intellexit praedicationem evangelii efficacem evadere non posse, nisi duo potissimum adiumenta eam praecedant eique comitentur, cotidiana nempe precatio Deo adhibita atque adsidua sacrarum rerum commentatio. Fusae enim suppliciter ad Deum preces superna dona facile conciliant, quibus oratorum sermo non in auribus tantummodo auditorum insideat, sed in imos penetret animos eosque fingat, formet, flectat; accurata autem divinarum rerum consideratio atque commentatio, quae e sacris Litteris inexhaustum quoddam pabulum ac robur percipit, argumenta praebet solidissima, quae sermoni humano divinam quandam affert virtutem. Propterea Dominicus Pater, qua singulari erat prudentia, Constitutiones novi Ordinis efficiens, plures quidem normas, quae ad officium canonicale et monasticam disciplinam spectant, ex aliis canonicorum regularium Ordinibus hausit, alias vero proprias condidit leges, quae ad peculiare suum propositum suamque ordinationem referuntur. Iure ergo in sacra Liturgia de Dominico legitur: « virum canonicum auget in apostohcum ». Quum autem divini verbi praedicatio cum sacrarum rerum studio tam arcte cohaereat, peropportunum ipsius Ordinis Conditori visum est, prima sodalium monasteria iis in civitatibus, quas supra nominavimus, collocare, ubi studiorum Universitates propriam sedem

posuerant. Doctor enim ille, qui in aetatis flore Valentinas Universitatis discipulus fuerat, mature intellexit, quantum virium et efficacitatis conferat ad iura fidei Ecclesiaeque tuenda scientiarum sacrarum pervestigatio. Quare sollemne in vestro Ordine est nullam domum Praedicatorum constituendam esse absque « doctore ». Inter tot autem clarissimosque sancti Dominici filios, qui scientia ac virtute floruerunt, taciti omnino praeterire non possumus eruditissimos illos sanctissimosque viros Albertum Magnum et Thomam Aquinatem, quorum alter per Nosmet ipsos « Doctoris Ecclesiae » titulo novissime est decoratus, alter, sacrae theologiae princeps, scholarum omnium catholicarum caelestis patronus a Leone Papa XIII immortalis memoriae est renuntiatus. Neque silentio premendum ducimus Thomam de Vio S. R. E. Cardinalem, quem Caietanum appellant, cuiusque proxime quater saecularis memoria ab eius obitu fauste recoletur.

Neque tantum Ecclesiae filii, sed ipsi quoque infideles salutiferam Fratrum Praedicatorum vocem persenserunt. Primo iam anno, ex quo Sanctus Dominicus ex hac vita migravit, missionales dominicam in Graeeia et in civitate ipsa Constantinopolitana exstitere; ex qua deinceps ad extremas Orientis plagas transierunt. Ex Hispania vero ad Africani appulerunt, et, America patefacta, trans Oceanum Atlanticum ad oras transgressi, infidelium indigenarum iura inter primos tutati sunt, ac religiosas sodalium domos, sicut alibi, constituerunt.

Gloriosa autem Patriarchae Dominici progenies, tot saeculis tantisque vicibus laboribusque exagitata, pristinum animarum studium, veluti hereditario iure a maioribus traditum, praesenti quoque tempore in sodalibus suis alit ac fovet. Novae ipsae Ordinis Constitutiones, quae nuper latae sunt, non sunt profecto nisi quaedam priorum explicatio novis rerum adiunctis accommodata; ita ut dici possit naturam ac rationem ab ipso Conditore in sodalitate sua impressam ac signatam, tam longo temporis intervallo, numquam mutatam fuisse. Quamobrem Nos, qui sancti Dominici filios magna benevolentia complectimur ac patrocinium Ordinis proprium Nobis esse gloriamur, saecularia sollemnia, quae proxime peragentur, singulari studio ac delectatione participamus, omnesque Dominicanos sodales valde exhortamur, ut vestigia Patris sui fideliter prementes, sapientissimas eius leges ac statuta, diuturno usu atque exemplo tot prudentem sanctorumque alumnorum comprobata, pie diligenterque exsequantur.

Nostra quidem aetate, non minus quam temporibus anteactis, Ecclesia apostolicos viros exquirit, qui, summa vitae integritate atque innocentia praediti, rerum divinarum studio solidaeque pietati ac verbi Dei explanationi potissimum incumbant. Haud secus ac duodecimo saeculo, nunc

quoque plures ac nefasti de religione moribusque errores passim pervulgantur, et iura ipsa divina ac naturalia non raro aperte et publice contemnuntur. Homines fere ubique illecebris atque oblectamentis innumeris ad ea quae fluxa sunt existimanda excitantur, ad quaerenda bona fragiüa et caduca vehementer impelluntur, quasi eiusmodi in terris peregrinatio vera ac sempiterna esset vita. Necesse est igitur documenta divina iugiter meditari eaque studioso animo percipere, ut fideles plane in iis erudiantur, memoresque fiant mortalem hanc vitam viam esse ad meliora ac caelestia, quibus proprie nati sumus. Hodie gentes ac nationes divina subsidia parvi pendentes, humana plerumque auxilia et naturae adiumenta deposcunt atque expetunt; oportet ergo vitam supernaturalem intime persentire eaque delectari, divinumque auxilium cotidie efflagitare, sine quo nihil boni facere possumus. Neque in apostolatu tam nobili et frugifero perficiendo desunt vobis socii atque adiutores: habetis enim tot fidelium utriusque sexus consociationes, qui « tertiarii » vocantur, quosque omni virtute et religiosa doctrina exornatos esse convenit, ut « Actionem Catholicam », secundum normas ab Ordinariis locorum statutas, provehere efficaciter valeant. Iuvenes praesertim, qui Catholicae Actioni navare cupiant, sanam Ecclesiae doctrinam' rectamque vivendi rationem mature perdiscant, ut proximos suos exemplo et sermone ad christianas virtutes colendus allicere queant.

Auspicato autem contingit, ut faustus dies anniversarius, qui in honorem sancti Dominici recoletur, in mensem Iulium proximum incidat, paulo post Sanctum ipsum Annum, quem divinae Redemptioni dicare et consecrare voluimus. Etenim inter arma, quibus sanctus Dominicus ad emendandos haereticos usus est, ut probe noscunt fideles, validissimum exstitit Rosarium Mariale, cuius ritus a Beata ipsa Virgine exhibitus in omnes catholici orbis partes late est propagatus. Iam vero, undenam haec suavissimam precationis ratio tantam virtutem accipit et efficaciam? Ab ipsis profecto divini Redemptoris mysteriis, quae pie religioseque contemplantur atque excoluntur; ita ut iure dici queat in Rosario Mariali exstare veluti principium ac fundamentum, quo ipse sancti Dominici Ordo innititur ad vitam sodalium perficiendam ad aliorumque salutem comparandam. Quapropter saluberrimam hanc precationis formam, qua copiosa Domini redemptio adsidue recolitur et caelestis Reginae favor quam maxime conciliatur, etiam atque etiam commendamus, vehementerque exoptamus, ut ea religiose custodiatur vel redintegretur consuetudo, quae apud patres viguit, quum familiis christianis id sanctum erat, ut Rosarii cultum alterna laude quotidie persolverent. Huius quidem communis precationis virtute spectata, optimam spem concipimus fore ut salutares Redemptionis fructus

a smgulis fidelibus, a christianis familiis, a civili ipsa consortione largissimo percipiantur.

Quorum interea caelestium donorum auspex sit et concih^trix apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, ceterisque Dominicanis Fratribus, itemque universis Secundi et Tertii Ordinis sodalibus summa in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vi mensis Martii, pervigilio sancti Thomae de Aquino, anno MDCCCCXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

PIUS PP. XI

ACTA "SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

PRAXIS QUAM DICUNT « QUADRAOINTAQUATUOR MISSARUM » REPROBATUR

DECRETUM

Nunciatura est, opera Patrum Minorum quos Bernardinus vocant, e conventu Bessoviensi in dioecesi Premisliensi Latinorum Poloniae Minoris* novam quamdam devotionis praxim quam dicunt *quadragintaquatuor Mis* ***T*** *sarum,* **per schedulas absque ullo competentis auctoritatis permissu typis editas, longe lateque ab aliquo tempore propagari, qua asseritur animam cui, dum adhuc in corpore esset, quadraginta quatuor Missae quovis modo ac tempore applicatae fuerint,** *ex, revelatione divina,* **tertia die post mortem e Purgatorio liberari.**

De re edocti, Emi ac B.evmi DD. Cardinales fidei morumque integritati tutandae praepositi, in generali conventu habito feria IV die 14 Martii 1934, praxim huiusmodi omnino reprobandam et ceu reprobatam habendam esse decreverunt, monitis quorum interest ne amplius in hunc finem Missarum stipendia accipere vel colligere audeant sub paena, ipso facto incurrenda, suspensionis a divinis, si clerici, privationis Sacramentorum, si laici.

Sequenti vero feria V, die 15 eiusdem mensis et anni, Ssmus D.N.D. Pius divina Providentia Pp. XI relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit ae publici iuris quamprimum faciendam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 17 Martii 1934.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius**

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

9 Aprilis 1934. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Hierapolitanae in Syria, praefecit R. P. D. Thomam Trussoni, hactenus Archiepiscopum Consentinum.**

19 Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Bisicensi, R. D. Emmanuel Borras Ferré, Vicarium generalem archidiocesis Tarraconensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Vidal y Barraquer Archiepiscopi Tarraconensis.**

21 Aprilis. —^ **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicosiensi, R. P. D. Gulielmum Piani, hactenus Archiepiscopum titularem Dramensem.**

23 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Hartfortiensi, R. P. D. Mauritium> Mae Auliffe, hactenus Episcopum titularem Dercensem.**

SACRA CONGREGATIO CONCILII

SE.DUNEN.

INCARDINATIONIS

Die 15 Iulii 1933

FACTI SPECIES. - **Quidam N.... anno 1898 ingressus est Societatem Lugdunensem pro missionibus ad Afros, in qua, praestito iuramento perseverantiae, die 7 Iulii 1910 sacerdos ordinatus est. Per aliquot annos, Lugduni, in Seminario eiusdem Societatis officio magistri functus est, usque dum, exorto immani bello, in castris fuit ut infirmarius et cappellanus militum.**

Pace composita, anno 1919, in Societatem reversus est, et paulo post instare coepit et penes Moderatorem generalem et penes Sacram Congregationem de Propaganda Fide ut a iuramento emisso liber evaderet, e Societate discedendi causa. Sacra Congregatio tamen, ut moris est, eundem

certiorem fecit ut Episcopum benevolum receptorem antea invenisset, et litteris *i* die 4 Aprilis 1930 ad Sacram Congregationem Concilii datis, haec retulit: « Egli *(sacerdos de quo agitur)* chiese per la prima volta nel Settembre* 1919, e quindi nelP Aprile 1920, la dispensa dai voti emessi nella Società delle Missioni Africane di Lione; ma questa S. C. ambedue le volte gli significava che per ottenere la suddetta facoltà era necessario che esso, avesse trovato un Vescovo disposto ad accettarlo nella sua diocesi, dal quale eventualmente si fosse fatto rilasciare un certificato di incardinazione da trasmettersi alla Propaganda. Non avendo il detto sacerdote rimesso quanto gli era stato richiesto, la dispensa dai voti (idest a iuramento perseverantiae) non è stata mai a lui concessa».

At, his non obstantibus, consentiente Moderatore Societatis generali, anno 1920 sacerdos N... Societatem reliquit, et per tres fere annos ministerio sacerdotali vacavit in dioecesi Curiensi, ex qua in diocesim Sedunensem se contulit, ubi a mense Ianuario anni 1924 usque in praesens commoratus est. Cum autem, anno 1927, litteris diei 29 Martii Episcopum Sedunensem rogavisset ut in hac dioecesi incSMiharetur, Episcopus, requisito voto¡ Capituli, quod fuit negativum, huiusmodi petitionem die 4 Maii 1927 reiecit. A dioecesi tamen Sedunensi sacerdos N.... non discessit, Episcopo non contradicente; sed cum, exeunte anno 1931, prorogationem facultatis celebrandi Missam postulasset, ab Episcopo monitus est ut alio peragraret.

De his conquestus, idem sacerdos die 27 Octobris 1932 ad hanc Sacram Congregationem provocavit, contendens dioecesi Sedunensi se esse legitime incardinatum, ad normam canonis 641 § 2 Codicis iuris canonice.

Hoc in primis ille eruit ex ipsa interpretatione memorati canonis. Cum enim vox *religiosus* in casu complectatur sodales cuiuscumque Societatis clericalis exemptae, cumque per novem fere annos in dioecesi Sedunensi commoratus sit, elapso sexennio, non obstante denegata incardinatione, ipso f acto implicitam se adeptum esse incardinationem deducit. Termini enim ad probationem religiosi incardinandi peremptorie in canone sunt constituti, quapropter ex facto suipsius admissionis in dioecesim ad ministerium sacerdotale exercendum iam incoepit experimentum; triennio elapso, poterat quidem Episcopus eidem incardinationem petenti denegare, minime vero initium experimenti a die postulatae incardinationis computare. Nec his obstat quod interea dispensationem a iuramento perseverantiae nondum assequutus esset, cum ab hoc dispensari potuisset et post explicitam incardinationem, et post implicitam, ut in casu.

E contrario nullum ius esse censet Episcopus memorato sacerdoti incardinationem obtinendi, immo et commorandi in sua dioecesi, et quia non est religiosus, cui aptetur canon 641 § 1; et qui a, etsi de religioso agatur

sexennium ad experime ntum fluere coepit ab anno 1927, quo mcardinari primum ille petiit; et tandem, quia ut id valide fieret, necesse erat ut a iuramento perseverant iae antea dispensantur, quod nondum factum est.

AD IUS QUOD ATTINET - **Iamvero perperam contendit sacerdos N.... locum esse in casu canoni 641 § 1, cum ipse non sit religiosus, eo quod iuramento, non votis, Societati Missionum est devinctus. Ii enim vocantur et sunt/religiosi qui, iuxta canonem 488 n. 7, «vota nuncuparunt in aliqua religione »; et religio, ut edicitur in eodem canone n. 1, est « Societas a legitima ecclesiastica auctoritate approbata, in qua sodales, secundum proprias ipsius Societatis leges, vota publica, perpetua vel temporanea... nuncupant ». At sodales in Societate Lugdunensi pro missionibus ad Afros née publica nec privata vota nuncupant, sed iuramento tantum perseverantiae eidem sunt adstricti, quod patet ex litteris eiusdem sacerdotis diei 29 Martii 1927: « Les membres de la société des Missions Africaines ne sont pas liés par des vœux, mais par le** *iuramentum perseverantiae* **dont Borne se reserve la dispense ».** ^

Particeps proinde ille est unius ex iis Societatibus virorum, «in qua sodales vivendi rationem religiosorum imitantur », quae Societas « non est proprie religio, nec eius sodales nomine religiosorum proprie designantur» (can. 673 §•!). Iique « in iis quae ad studiorum rationem et ad suscipiendos ordines pertinent... iisdem legibus tenentur ac saeculares clerici» (can. 678).

RESOLUTIO - **His omnibus perpensis, in plenario huius Sacrae Congregationis conventu diei 15 Iulii 1933, proposito dubio:**

An sacerdos N... incardinatus sit dioecesi Sedunensi, in casu.

Emi Patres responderunt:

Negative.

Pacta autem de his Ssmo Dno nostro Pio div. Prov. Pp. XI relatione per subscriptum huius Sacrae Congregationis Secretarium in Audientia diei 17 Iulii 1933, Sanctitas Sua hanc resolutionem approbare et confirmare dignata est.

1. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

PASSAVIE^.

CANONIZATIONIS B. CONEADI A PARZHAM, CONFESSORIS LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.

Beati Conradi a Parzham sanctitas, eius est indolis intimae atque profundae, quae non terrenae sapientiae, quae apud Deum stultitia est, oculis inspicienda, sed in lumine divinae sapientiae, ad tramitem evangelicae doctrinae, est consideranda. Quo in lumine eo splendore fulget, ut facile nos in admirationem rapiat; eaque nobis animo revocet verba Christi Domini: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* In quo Beatus Conradus Francisci Assisiensis genuinus filius apparuit.

Non generis nobilitate, sed avita pietate commendabiles Ioannes Birndorfer, sic in saeculo vocabatur Beatus noster, parentes sortitus est. Apud Parzham, intra Passaviensis dioecesis fines, nonus inter decem filios, die 22 Decembris anno 1818 ortus eadem die in S. Wolfangi ecclesia baptismalibus aquis est ablutus. Eluxit statim in puero egregia indoles atque ad pietatem proclivis. Adolescentulus ad publicum ludum pergens singulari modestia incedebat, Mariale Bosarium devote recitans: ad quem morem servandum condiscipulos suaviter indncebat. Angelum non hominem in ecclesia vidisses, mente in Deum abrepta, ante altare Ssmi Sacramenti aut B. M. V. orantem; Sanctum fieri Ioannes sibi proposuerat.

Parentibus orbatus intensiore nisu christianae perfectioni institit, lucem a Deo simul implorans ut quodnam religiosae vitae genus sibi esset capessendum aperiret. Piissimi sacerdotis, qui per decennium eius conscientiam est moderatus, consilio obsequutus, in Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum anno 1849 est ingressus, indito sibi novitiatus initio Fratris Conradi nomine. Religiosa sollemnia vota professus ianitoris munus Vetoettingensis conventus ei est concreditum, quo sancte per duos et quadraginta annos functus est.

Die 21 Aprilis a. 1894, senio, laboribus et paenitentiis fractus, purissimam animam Deo, reddidit.

Vix de eius obitu f ama percrebuit, dici non potest quanta totius oppidi fuerit commotio. Iustis funebribus celebratis, triumpho similis fuit eius cadaveris ad coemeterium delatio.

Gratiarum fama et prodigiorum, eius intercessione, ut ferebatur, obtentorum, ratio fuit cur Ordinaria prius, Apostolica postea auctoritate instruerentur processus seu super vitae sanctitate, seu super miraculis; quibus processibus adornati», anno 1924 Commissionem introductionis Causae Ssmus D. N. Sua manu dignatus est obsignare; quatuor post annos heroicae virtutes declaratae: anno autem 1930 miracula approbata, et Beatificationis sollemnia celebrata.

• **Novis miraculis, ut ferebatur, à Deo per eiiis'mtercessiönem 'patratis., Canonizationis causa die 10 Decembris mensis a. 1930 fuit resumpta, et in episcopalibus curiis Augustana et Oenipontana Apostolica auctoritate inquisitiones super duabus miris sanationibus sunt peractae, de quarum iuridica vi favorabilia diebus 1 Februarii mensis ét 28 Novembris a. 1933 edita sunt decreta.**

Iuridicis actis sedulo perpensis, haec eruuntur.

In utraque sanatione agebatur de morbis organicis cum laesionibus anatomicis, ab ipsis diligentibus medicis a curatione ante sanationem declaratis; quod iudicium in altera a radiographicis tabulis confirmatur, nec non a decreta brachii amputatione, ut infirmae vitae consuleretur: in altera vero idem eruitur a pneumothoracicis emotionibus infirmae adhibitis aliisque adiunctis.

Quae omnia tres magnae notae periti, ab H. S. C. adlecti pro unaquaque sanatione, sollerter singulatim et una simul perpenderunt, eorumque iucliëium sine ulla haesitatione fuit et de gravitate et insanabilitate, saltem in instanti, morborum, quibus seu Maria Zech seu Augusta Scheidle afficiebantur. Sanatio itaque in instanti, ad B. Conradi invocationem praeter naturae leges est dicenda.

De his sanationibus in triplici iudicii sede, iuxta iuris normam disceptatum est. In Antepraeparatoria Congregatione coram Emo Cardinali Alexandro Verae, **Causae Ponente seu Belatore, die 22 Decembris mensis anno elapso, in Praeparatoria die 30 elapsi mensis, demum in Generali coram Ssmo D. N. die 20 mensis huius. In quo idem Emus Cardinalis Belator dubium proposuit discutiendum:** *An et de quibus miraculis constet post indultam Beato Conrado ab Apostolica Sede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suam quisque mentem aperuerunt. Beatissimus vero Pater suam**

proferre sententiam in hanc distulit diem, S. Matthiae Apostoli festum, Sabbatum Quatuor Temporum. Quocirca, arcessitis Emis Cardinalibus Oamillo Laurenti, S. R. C. Praefecto,; et Alexandro Yerde, Causae Ponente, mee non R. :P¿ Salvatore CatuccijPideijgenerali Promotore, meque infra-scripto Secretario, Sacro,q.ue ferventissime litato, edixit: *Constare de duo-Ims "miraculis a. Deo per. Meati Conradi a Parzham intercessionem patratis,* **nempe:;^e,** *instantánea' perfectaque sanatione,, tum Mariale Zeçh ab osfco-ar-4hrite tuberculari post-traumatica artus superioris dexteri; tum Augustae Scheidle a gravi tuberculosi pulme-nari cum metastasi meningo-mdicularL*

Hoc autem decretum promulgari et apta S. R. C. referri mandavit.

Romae, die 24 Februarii a. D. 1934.

C, Card. LAURENTI, *Praefectus*

A. Carinci, *Secretarius.*

PASSAVIEN.

CANONIZATIONIS B. CONRADI A PARZHAM, CONFESSORIS LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Quum, testante Ioanne Apostolo, omne quod in mundo est *concupiscentia carnis* **sit,** *concupiscentia oculoyum et superbia vitae,* **ut huic triplici concupiscentiae, unde venenati omnes peccatorum fructus procedunt, remedium afferret, Redemptor Noster,** *contrarietatem opposuit novitatis suae,* **effractoque veteri peccati iugo, homines, qui non renuerent, ad novam gratiae vitam evexit. Qua in re illud mirabile est et superbienti mundo prorsus impervium, quod vera magnitudo hominis tota ex interiore caritatis vita promanet, atque mensuram accipiat; unde saepe qui hominibus carnalibus despecti habentur, altissima contingunt supernaturalis vitae, quae vere vita est, culmina; quandoque vero qui maxima videntur fulgere gloria apud mundum, foedissima miseria coram Deo tabescunt. At contra:** *Sapientia iustorum est,* **scribit B. Gregorius Papa,** *nil per ostensionem fingere,*

sensum verbis aperire, vera ut stent diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius toter aré quam facere; nullam iniurias ultionem quaerere... Sed haec iustorum simplicitas deridetur; quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur **(Mor. 10, c. 16). Huius caelestis sapientiae documentis totam B. Conradus a Parzham vitam suam conformavit.**

Christianae religionis cultores eximii moribusque spectatissimi, Bartho^ iomaeus Bimdofer et Gertrades Niedermayer, rus, apud oppidum Parzham in Bavaria, incolentes, decem genuerant liberos, quos in Dei timore -et amore in exemplum educarant. Horam nonus, Ioannes, die 22 Decembris mensis anno Í81& et vitae natalem et spiritualem regenerationem per sacrum "baptisma accepit.

Pietatem, quam parentum opera large hauserat, cum Bavarieae gentis propositi tenacitate et animi firmitate coniungens, miras ad christianam perfectionem progressiones fecit. Quod supererai temporis seu a schola, quam puer frequentavit, prius, seu ab agrestibus laboribus, postea, totum orationi impendebat, praecipue ad parochiale templum accedens, ubi mente in Deo defixus a terra abstrahi videbatur.

Ea autem erat morum puritate, ut nemo, eo praesente, minus caste loqui auderet, eamque angelico vultu veluti spirare videretur. Ioannes quartodecimo aetatis suae anno, dulcissima orbatus est matre, biennio post; patre. Orphanus ádolescens fervidiore studio ad Patrem qui in caelis est, cor erexit, animoque volvere coepit quo tutiore itinere ad christianam perfectionem assequendam posset pervenire, per plures annos ad id preces ingeminans. Precibus annuens Deus, eum ad Ordinem Minorum Capuccinorum vocavit, vocantemque Deum alacer Ioannes, relictis omnibus, sequutus est. Ioannes itaque, satis amplo patrimonio in pias causas erogato, anno 1849 ad religionem evolavit. Biennio in Vetoettingensi conventu in humili Fratris laici statu uti probandus transacto, in Laufensi novitiatus domo, assumpto fratris Conradi nomine, tirocinium posuit; festo autem die legiferi Francisci anno 1852 sollemnia vota nuncupavit. Ianitoris in Vetoettingensi S. Annae coenobio munus ei paulo post, raro exemplo, ob spectatissimas virtutes quibus iam refulgebat, fuit concreditum, quod ad mortem usque retinuit, tanquam arduam sanctitatis palaestram sibi a Deo destinatam. Porro S. Annae coenobium « omnia Provinciae coenobia superat sua numerosa familia, suis fabricis, suis laboribus quoad animarum curam » ut in Ordinis Capuccinorum Analectis legitur. Coenobium enim hoc celeberrimo B. M. V. sanctuario adiacet, quo peregrinationis causa plura centena hominum milia quotannis, non solum e Bavaria sed et ex Austria, Bohemia, Moravia, Buthenia aliisque regionibus confluunt. Quum autem plerique peregrini ad Fratrum conventum, uti assolet, spiritualia et corporalia»

adiumenta petitori accedant, facile est videre qua invicta patientia, qua mansuetudine, praesertim erga tam multos morosos et difficiles, qua effusa caritate in pauperes, qua diligentia ac prudenti discretione, qua profunda humilitate, ianitorem praeditum esse oporteat, ut apte suo muneri satisfaciat. His virtutibus B. Conradum heroico gradu fulsisse, omnes, qui eum noverunt, unanimiter praedicant; qui pariter eum nil per ostensionem finxisse, nullam iniuriarum ultionem quaesivisse, arctissimam paupertatem illibatamque castitatem coluisse, easque virtutes a^perrimis paenitentiis saepivisse, nunquam in verbo deliquisse, immo nec inutile aut superfluum verbum umquam protulisse, seque nullum in eo defectum, qui vel veniale peccatum saperet, deprehendisse deponunt. Hora matutina tertia cum dimidio iam in templo orationi incumbebat, sacrisque ministrabat. Solidam per diem suo **muneri quam diligentissime instabat, nulli parcens labori, nullam lasso corpori requiem concedens, nisi ad tardam noctem; rursus media nocte ad matutinas preces surgens, post quas persaepe usque mane vigilans orabat. Subsecivis horis Ssmum Sacramentum adoratum advolabat, aut ante B. M. V. aram, filialis suae erga eam pietatis sensus effusurus.**

Haec quidem tam ardua per quadraginta et tres f ere annos, nulla intermissióne, renovato quotidie labore exercuisse, illud requirit animi robur, eam firmam virtutem, ut vix credas mortalem hominem ad id sufficere posse. Hanc tamen tantam molem laboris Conradus noster, non quaerens *quae sua sunt sed quae Iesu Christi,* **ideo tam invicto pertulit animo, ut Superioribus obsequens, ipsi Deo obediret. Sed et sua patientia atque caritate id egit, ut vix dicere queas quot animi aegritudines leniverit, quot miseris una cum corporeo pane verbum veritatis, ad eorum salutem, praebuerit, quot devios ad bonam frugem suaviter admonendi reduxerit, quot suo fervido adloquio ad maiorem pietatem inflammaverit, ita ut breve illud conventus atrium, quod pius religiosus laicus custodiebat, uberrimus quidam apostolatus campus evaserit.** *Iesus crucifixus,* **aiebat,** *est liber meus.* **Quo in libro iugiter meditatus ea flamma caritatis exarsit, ut iam in Christum Crucifixum totus videretur conversus.**

Senio et asperitatibus debilitatus, die 18 Aprilis mensis anno 1894 ad conventus Guardianum aegerrime se pertrahens, ei: *Pater,* **humillime ait,** *ultra non valeo.* **Post triduum, receptis summa pietate morientium sacramentis, sanctissimam animam exhalavit.**

Quo humilior Conradi vita, eo gloriosior exitus. Innumeri ad eius sepulchrum devotionis ergo accedere numquam desiere: quam populi pietatem innumeris gratiis, spmtualibus praesertim, Deus per Servi sui intercessionem iugiter rependit.

Anno 1914 iirformätivus"processus in Passaviensi ¡curia inceptus, ©b imniane bellum anno 1919 fuit absolutus. Anno, 1924 "Ssmus D. N. Pius Papa XI Gausaedntíodúctiomsv Gommissionem Sua: manu benigne signavit. Apostolicis', inquisitionibus .rite^peractis, die f estoni Assumptionis *iBiMs* V. **anno 1928 super heroicis virtutibus, die autem 25 Man anno 1930 super rniraculis, die o Iiinii super** *tuto* **ad Beatificationem decreta fuerunt edita: •huius vero; sollemnia die 15 eodem mense eodemque anno, peracta. :** i,

- ; - Novis, accedentibus signis; : die 10 Decembris,; ¡mensis anno : 1930 canonizationis causa , desumpta, Apostolica auctoritate : super duabus miris isanationibus sunt processus constructi. ; Districte adhibito examine,; sanationem has divino miraculo, intercedente B. Conrado, tribuendas esse iudicatum est, et decretum die 24 elapsi mensis editum. • R

I. **Ad omnium** I **actuum; édmplementum,; qui apud S. B. C. iuridice, pertractantur, ultimum restabat discutiendum dubium:** *An, stante duorum miraeulorum approbatione, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* **Dubium hoc in Generahbus S. B. C. Comitiis, coram Ssmo D. N. nudiustertius habitis, Emus Cardinalis Alexander Verde, Causae huius Ponens seu Belator proposuit. Emi Cardinales, Officiales Praelati ,et PP. Consultores in affirmativam sententiam concorditer concessere. Beatissimus vero Pater hanc selegit diem primam Martii mensis ut Suum supremum iudicium proferret. Quare Brnos Cardinales Camillum Laurenti, S. B. C. Praefectum et Alexandrum Verde, Causae Belatorem, nec non B. P. Salvatorem Natucci Fidei generalem Promotorem, meque infrascriptum Secretarium arcessivit, sacroque rehgiosissime litato, edixit: « Tuto** *procedi posse ad B. Conradi a Parzham canonizationem ».* . <

Hoc autem decretum promulgari et in S. E. C. acta referri mandavit.

Bomae, die 1 Martii a. D. 1934.

C. Card. LATJHBENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius»*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DIES, QUEM DM5UNT, EUCHARISTICUS INDULGENTIIS DITATUR

DECRETUM

Quo magis magisque apud fideles in Augustissimum Eucharistiae Sacramentum cultus foveretur, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, haud paucis editis Decretis, vel novis prorsus vel amplioribus illis indulgentiis, a suis Praedecessoribus salutariter concessis, nonnullas eucharisticas functiones nec non quaedam pia eucharistica exercitia variasque preces, penes' eosdem fideles magis in usu, maximo cum horum profectu et gaudio augere dignatus est.

Adhuc tamen his spiritualibus beneficiis perquam laudabilis ille carebat mos, postremis his temporibus late hi catholicum Orbem inductus, — iis haud exceptis locis, in quibus pium XL Horarum exercitium etiam constitutum est, — unum scilicet integrum diem impendendi, qui appellari Usu venit *Dies Eucharisticus,* semel vel pluries in anno in adorationem et venerationem huius Augustissimi Sacramenti. Et hoc quidem, tum solemni Ssmi Sacramenti expositione a mane usque ad vesperas, tum oblatione sacrificii Missae, tum accessione fidelium ad sacram mensam, tum denique functionibus et concionibus sacris, directis ad fidem in hoc fidei mysterium magis firmandam, ad spem erigendam et caritatem inflammandam in Christum Dominum sub speciebus eucharisticis praesentem et amore nostrum flagrantem, atque ita ad aliquam reparationem pro facultate Cuiusque nostra Ei exhibendam ob iniurias, quas praesertim perditi et ingrati homines Eidem haud raro in hoc ipso Sacramento, ineffabili Sui erga nos amoris pignore, inferre non verentur.

Porro nemini dubium, quominus tanta fidei ac amoris significatio in Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, quam haec omnia praestant, dignam Diei Eucharistici celebrationem ad incrementum quam maximum huius cultus rationem aptissimam exhibeat. Quod mature perpendens,

Beatissimus Pater, ad hoc incrementum magis magisque fovendum, pro eximia Sua in hoc Sacramentum pietate, statuit Diei Eucharistici celebrationem magnis ditare indulgentiis; quarum elargitio, — cum ostendat quanti ipsa Sancta Sedes eamdem faciat celebrationem, utpote directam ad impensius colendum illud Sacramentum, quo Ecclesia quotidie alitur ac roboratur,— ad hanc ipsam celebrationem maiori cum frequentia, pietate ac religione peragendam fideles alliciat.

Itaque in ipsa prima audientia, infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori post solemnem commemorationem undevicesimi exeuntis saeculi ab institutione huius Sacramenti, id est die 6 Aprilis vertentis anni concessa, Sanctitas Sua indulgentias, quibus pium XL Horarum exercitium Decreto « Invecto feliciter » diei 24 Iulii anni 1933 auxerat,[1] ad Diei quoque Eucharistici celebrationem extendere benigne dignata est.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 10 Aprilis 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ©.S.

I. Teodori, *Secretarius.*

II

INVOCATIO AD S. CRUCEM INDULGENTIIS AUGETUR

DECRETUM

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 16 mensis Martii currentis anni concessa, benigne elargiri dignatus est Indulgentiam *partialem quingentorum dierum,* a christifidelibus lucrandam quoties invocationem « O Crux, ave, spes unica » saltem corde contrito ac pia mente recitaverint, et *plenariam* suetis conditionibus semel in mense acquirendam, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem peregerint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione et] contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae, die 20 Martii 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. $ S.

I. Teodori, *Secretarius.*

[1] *A. A. S.,* vol. XXV, pag. 381.

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CALARITANI

NULLITATIS MATRIMONII (SARRITZU-PINTUS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Antonii Pintus in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma. via della Dataria, 94) die 19 Iulii 1934, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione : *

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Antonii Pintus curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. |2G **S.** **A. Wynen,** *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 Aprilis 1934.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Antoine Pintus défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 19 Juillet 1934, à 11 heures pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Antoine Pintus devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA

PROVISIO ECCLESIAE

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, decreto Pont. Commissionis pro Russia, d. d. 8 Decembri 1928, titulari episcopali Ecclesiae Matregensi dignatus est praeficere R. D. Theophilum Matulanis sacerdotem lituanum, quem constituit Auxiliarem R. P, D. Antonii Malecki, Episcopi tit. Dionysianen., Administratoris Apostolici archidioecesis Mohilovien. in civitate vulgo *Leningrad.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 14 Aprile 1934, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in udienza solenne Sua Eccellenza il Signor CAMILLO DAMMAN, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di El Salvador, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 20 Marzo 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* **dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Prelati Officiali e i Consultori, che la compongono, hanno discusso sul martirio e miracoli del Ven. Servo di Dio Pietro Renato Rogue, Sacerdote della Congregazione della Missione, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede nella città di Vannes.**

Martedì, 10 Aprile 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* **dei Sacri Riti per la discussione e votazione sul martirio e miracoli del Ven. Servo di Dio Pietro Renato Rogue.**

Martedì, 24 Aprile 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta l'adunanza generale della Sacra Congregazione dei Riti in cui gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Prelati Officiali ed i Consultori teologi che la compongono, han discusso dapprima sul dubbio detto del *tuto* **per la beatificazione del Ven. Servo di Dio Pietro Renato Rogue, martire, della Congregazione della Missione, e quindi su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea, miracoli che vengono proposti per la solenne Beatificazione della medesima Venerabile Serva di Dio.**

SEGRETERIA DI STATO

24 Aprile 1934. **Con Biglietto della Segreteria di Stato, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di annoverare fra i Consultori della Sacra Congregazione de Propaganda Fide il Rev.do Padre Augusto Sordet, della Congregazione del Santissimo Redentore.**

NECROLOGIO

11 Marzo 1934. **Monsig. Vincenzo Peira, Vescovo di Catamarca.**

31 » » **Emo Sig. Card. FRANCESCO EHRLE, Diacono di S. Cesareo, Bibliotecario e Ardii vista di S. R. C.**

7 Aprile » **Monsig. Stefano Giuseppe Hurault, Vescovo di Nancy e Toul.**

12 » » **Mousig. Francesco Cherubini, Arcivescovo tit. di Nicosia di Cipro.**

14. » » **Mousig. Giovanni Giuseppe Nilan, Vescovo di Hartford.**

25 » » **Monsig. Francesco Kordac, Arcivescovo tit; di Amasea.**

An. et Vol. XXVI 2 Maii 1934 (Ser. II, y. I) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM AUSTRIACAM SOLLEMNIS CONVENTIO

CONCORDATO

FRA LA SANTA SEDE
E LA REPUBBLICA AUSTRIACA.

Sua Santità il Sommo Pontefice Pío XI e la Repubblica Austriaca, concordi nel desiderio di regolare nuovamente, con mutua intesa ed in modo stabile, la situazione giuridica della Chiesa Cattolica nell'Austria per il maggior bene della vita ecclesiastica e religiosa, hanno risoluto di concludere una solenne Convenzione.

A tale effetto Sua Santità ha nominato Suo Plenipotenziario

Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale EUGENIO PACELLI, **Suo Segretario di Stato,**

ed il Signor Presidente federale della Repubblica Austriaca il Signor Cancelliere federale Dr. ENGELBERT DOLLPUSS **ed**

il Signor Ministro federale della Giustizia, attualmente incaricato del

KONKORDAT

ZWISCHEN DEM HEILIGEN STUHLS
UND DER REPUBLIK OESTERREICH.

Seine Heiligkeit Papst Pius XI. und die Republik Oesterreich, die in dem Wunsche einig sind, die Rechtslage der katholischen Kirche in Oesterreich zum Besten des kirchliehen und religiösen Lebens in gegenseitigem Einvernehmen in dauerhafter Weise neu zu ordnen, haben beschlossen, eine feierliche Uebereinkunft zu treffen.

Zu diesem Zwecke haben Seine Heiligkeit zu Ihrem Bevollmächtigten

Seine Eminenz den Hochwürdigsten Herrn Kardinal EUGEN PACELLI, **Ihren Staatssekretär,**

und der Herr Bundespraesident der Republik Oesterreich den Herrn Bundeskanzler Dr. ENGELBERT DOLLPUSS **und**

den derzeit auch mit der Führung des Bundesministerium für Unter -

Ministero dell'Istruzione Dr. KURT SCHUSCHNIGG, '

i quali, scambiati i loro rispettivi pieni poteri e trovatili in buona e debita forma, hanno convenuto negli articoli seguenti :

rieht betrauten Herrn Bundesminister für Justiz Dr. KURT SCHUSCHNIGG,

zu Seinen Bevollmächtigten ernannt, die nach Austausch ihrer für gut und richtig befundenen Vollmachten folgende Bestimmungen vereinbart haben.

ARTICOLO I.

§ 1. La Repubblica Austriaca assicura e garantisce alla Santa Chiesa Cattolica Romana nei varii suoi riti il libero esercizio del suo potere spirituale ed il libero e pubblico esercizio del culto.

§ 2. Riconosce alla Chiesa Cattolica il diritto di emanare, nell'ambito della sua competenza, leggi, decreti e ordinanze; non impedirà nè renderà difficile l'esercizio di questo diritto.

§ 3. Nell'adempimento del loro ministero spirituale è dovuta agli ecclesiastici la protezione dello Stato.

§ 4. La Santa Sede gode in Austria piena libertà nel comunicare e corrispondere con i Vescovi, con il clero e con quanti appartengono alla Chiesa Cattolica, senza alcuna ingerenza del Governo Federale. Lo stesso vale per le comunicazioni e per la corrispondenza dei Vescovi e delle Autorità diocesane con il clero e con i fedeli.

ARTIKEL I.

§ 1. Die Republik Oesterreich sichert und gewährleistet der heiligen römisch-katholischen Kirche in ihren verschiedenen Riten die freie Ausübung ihrer geistlichen Macht und die freie und öffentliche Ausübung des Kultus.

§ 2. Sie anerkennt das Recht der katholischen Kirche, im Rahmen ihrer Zuständigkeit Gesetze, Dekrete und Anordnungen zu erlassen; sie wird die Ausübung dieses Rechtes Aveder hindern noch erschweren.

§ 3. In der Erfüllung ihrer geistlichen Amtspflicht steht den Geistlichen der Schutz des Staates zu.

§ 4. Der Heilige Stuhl geniesst im Verkehr und in der Korrespondenz mit den Bischöfen, dem Klerus und den übrigen Angehörigen der katholischen Kirche in Oesterreich volle Freiheit ohne jede Einflussnahme der Bundesregierung. Dasselbe gilt für den Verkehr und die Korrespondenz der Bischöfe und Diözesanbehörden mit dem Klerus und de» Gläubigen.

ARTICOLO II.

La Chiesa Cattolica è riconosciuta in Austria come società di diritto pubblico. Le sue istituzioni particolari, che secondo il Diritto Canonico hanno personalità giuridica, godono di personalità giuridica anche di fronte allo Stato, se esistono già in Austria al momento dell'entrata in vigore del presente Concordato. Quelle, che saranno erette in avvenire, acquisteranno la personalità giuridica davanti allo Stato, se saranno fondate con la cooperazione dello Stato prevista in questo Concordato.

ARTICOLO III.

§ 1. L'attuale circoscrizione delle Provincie ecclesiastiche e delle diocesi è mantenuta, salvo quanto viene qui appresso altrimenti stabilito. Per i mutamenti, che in futuro si rendessero eventualmente necessari, occorrerà un accordo previo. Quest'ultima disposizione non vale per le piccole modificazioni richieste dall'interesse della cura d'anime, e per quei mutamenti, i quali, nei singoli casi, sono una conseguenza del cambiamento di confini nelle parrocchie.

§ 2. Si è d'accordo in massima che l'Amministrazione Apostolica di « Innsbruck-Feldkirch » verrà eretta in diocesi « Innsbruck-Feldkirch » con sedè in Innsbruck e che conser-

ARTIKEL II.

Die katholische Kirche geniesst in Oesterreich öffentlich-rechtliche Stellung. Ihre einzelnen Einrichtungen, welche nach dem kanonischen Rechte Rechtspersönlichkeit haben, gemessen Rechtspersönlichkeit auch für den staatlichen Bereich, insoweit sie bereits im Zeitpunkt des Inkrafttretens dieses Konkordates in Oesterreich bestehen. Künftig zu errichtende erlangen Rechtspersönlichkeit für den staatlichen Bereich, wenn sie unter der in diesem Konkordate vorgesehenen Mitwirkung der Staatsgewalt entstehen.

ARTIKEL III.

§ 1. Der gegenwärtige Stand der Kirchenprovinzen und Diözesen bleibt, soweit im folgenden nicht anders bestimmt wird, erhalten. Eine in Zukunft etwa erforderlich werdende Aenderung bedarf vorheriger Vereinbarung. Letzteres gilt nicht für kleinere Aenderungen, die im Interesse der Seelsorge liegen, und für jene Verschiebungen, die sich in einzelnen Fällen als Folge von Umpfarrungen ergeben.

§ 2. Es besteht grundsätzlich Einverständnis darüber, dass die Apostolische Administratur « Innsbruck-Feldkirch » zur Diözese « Innsbruck-Feldkirch » mit dem Sitz in Inns-

vera un Vicariato generale proprio per il Vorarlberg, parte della nuova diocesi, con sede in Feldkirch. Si è parimenti d'accordo nell'erezione dell'Amministrazione Apostolica del Burgenland a « Praelatura Nullius », con sede in Eisenstadt. L'esecuzione di questo accordo di massima si effettuerà per mezzo di una speciale Convenzione tra la Santa Sede ed il Governo Federale, non appena, particolarmente a riguardo della erigenda diocesi di « Innsbruck-Feldkirch », si sarà provveduto a quanto è necessario.

ARTICOLO IV.

§ 1. La scelta degli Arcivescovi e Vescovi e del Prelato « Nullius » appartiene alla Santa Sede.

Verificandosi la vacanza di una Sede Arcivescovile o Vescovile (((Praelatura Nullius »), ciascuno dei Vescovi delle diocesi austriache presenterà entro un mese una lista di candidati idonei alla Santa Sede, la Quale però non è legata a queste liste.

Verificandosi la vacanza della Sede Arcivescovile di Salisburgo, la Santa Sede designerà a quel Capitolo Metropolitano tre candidati, fra i quali esso avrà da eleggere per votazione libera e segreta il nuovo Arcivescovo.

§ 2. Prima di procedere alla nomina di un Arcivescovo residenziale, di

brück erhoben wird und ein eigenes Generalvikariat für den Vorarlberger Anteil der neuen Diözese mit dem Sitz in Feldkirch erhält. Das gleiche Einverständnis besteht bezüglich der Erhebung der Apostolischen Administratur im Burgenland zur « Praelatura Nullius)) mit dem Sitz in Eisenstadt. Die Durchführung dieser grundsätzlichen Einigung erfolgt durch besondere Vereinbarung zwischen dem Heiligen Stuhl und der Bundesregierung, sobald insbesondere bezüglich der neu zu errichtenden Diözese ((Innsbruck-Feldkirch » die nötigen Vorkehrungen getroffen sind.

ARTIKEL IV.

§ 1. Die Auswahl der Erzbischöfe und Bischöfe sowie des Praelaten Nullius steht dem Heiligen Stuhle zu.

Bei Erledigung eines erzbischöflichen oder bischöflichen Sitzes (Praelatura Nullius) legen die einzelnen österreichischen Diözesanbisch öfe innerhalb eines Monates eine Liste von geeigneten Persönlichkeiten dem Heiligen Stuhle vor, ohne dass dieser an die Listen gebunden ist.

Bei Erledigung des erzbischöflichen Stuhles von Salzburg benennt der Heilige Stuhl dem Metropolitankapitel in Salzburg drei Kandidaten, aus denen es in freier, geheimer Abstimmung den Erzbischof zu wählen hat.

§ 2. Bevor an die Ernennung eines residierenden Erzbischof s, eines re-

un Vescovo residenziale, o di un Coadiutore *cum iure successionis,* **come pure del Prelato ((Nullius», la Santa Sede comunicherà il nome della persona prescelta oppure eletta al Governo Federale Austriaco, per conoscere se ha ragioni di carattere politico generale da sollevare contro tale nomina.**

Le pratiche relative si svolgeranno in via rigorosamente riservata, in modo che sia mantenuto il segreto sulla persona prescelta sino alla nomina.

Qualora trascorressero senza risposta quindici giorni dalla data della comunicazione anzidetta, il silenzio sarà interpretato nel senso che il Governo non ha da opporre alcuna difficoltà di tal genere, e la Santa Sede procederà senz'altro alla pubblicazione della nomina.

§ 3. La provvista delle Dignità e dei Canonicati nei Capitoli si effettua secondo il diritto canonico comune.

sidierenden Bischofs oder eines Koadjutors mit dem Rechte der Nachfolge wie auch des Praelaten Nullius geschritten wird, wird der Heilige Stuhl den Namen des in Aussicht Genommenen oder des Erwählten der österreichischen Bundesregierung mitteilen, um zu erfahren, ob sie Gründe allgemein politischer Natur gegen die Ernennung geltend zu machen hat.

Das bezügliche Verfahren wird ein streng vertrauliches sein, so dass bis zur Ernennung die gewählte Person geheimgehalten wird.

Wenn vom Zeitpunkt der oberwähnten Mitteilung an 15 Tage ohne Erteilung einer Antwort verfliessen, wird das Stillschweigen in dem Sinne ausgelegt werden, dass die Regierung kein Bedenken zu erheben hat und der Heilige Stuhl die Ernennung ohne weiteres veröffentlichen kann.

§ 3. Die Besetzung der Digni täten und der Kanonikate in den Kapiteln erfolgt nach dem gemeinen kanonischen Recht.

ARTICOLO V.

§ 1. La formazione scientifica del Clero ha luogo nelle Facoltà teologiche cattoliche mantenute dallo Stato oppure negli Istituti teologici eretti dalle competenti Autorità ecclesiastiche.

ARTIKEL V.

§ 1. Die wissenschaftliche Heranbildung des Klerus erfolgt an den vom Staate erhaltenen katholisch-theologischen Fakultäten oder an den von den zuständigen kirchlichen Stellen errichteten theologischen Lehranstalten.

I Seminari, Convitti ed altri simili Istituti ecclesiastici destinati alla educazione degli aspiranti al sacerdozio dipendono nella loro organizzazione esclusivamente dalle Superiori Autorità Ecclesiastiche.

Tanto l'ordinamento interno quanto il programma degli studi nelle Facoltà cattoliche di teologia mantenute dallo Stato saranno regolati in massima secondo le disposizioni della Costituzione Apostolica « Deus Scientiarum Dominus » del 14 maggio 1931 e qualsiasi altra prescrizione ecclesiastica ulteriore. I provvedimenti che si renderanno necessari per l'esecuzione di queste disposizioni, atteso il carattere peculiare di dette Facoltà e la loro posizione nel sistema universitario, saranno presi sempre d'accordo con la competente Autorità ecclesiastica.

Resta inteso che la Facoltà teologica dell'Università di Innsbruck rimane immutata nel suo carattere particolare, sopra tutto per quel che riguarda la composizione del suo Corpo docente.

§ 2. I gradi accademici in Sacra Teologia ottenuti in Roma presso le Alte Scuole Pontificie sono riconosciuti in Austria a tutti i loro effetti ecclesiastici e civili.

§ 3. La nomina o l'ammissione dei professori o dei docenti nelle Facoltà cattoliche di teologia mantenute dallo Stato avrà luogo soltanto dopo che si sarà conseguito il

Die für die Erziehung der Priesteramtskandidaten bestimmten Seminare, Konvikte und dergleichen kirchlichen Anstalten unterstehen in ihrer Einrichtung ausschliesslich der kirchlichen Oberbehörde.

Die innere Einrichtung sowie der Lehrbetrieb der vom Staate erhaltenen katholisch-theologischen Fakultäten wird grundsätzlich nach Massgabe der Apostolischen Konstitution «Deus scientiarum Dominus» vom 14. Mai 1931 und der jeweiligen kirchlichen Vorschriften geregelt werden. Jene Durchführungsmassnahmen, die sich hiebei im Hinblick auf den besonderen Oha rakter dieser Fakultäten bzw. ihre Stellung im Universitätsverbande als notwendig erweisen, werden jeweils im Einvernehmen mit der zuständigen kirchlichen Behörde ge troffen.

Es besteht Einverständnis darüber, dass die theologische Fakultät der Universität Innsbruck insbesondere bezüglich der Zusammensetzimg ihres Lehrkörpers in ihrer Eigenart erhalten bleibt.

§ 2. Die von den päpstlichen Hochschulen in Rom verliehenen akademischen Grade in der heiligen Theologie sind in Oesterreich hinsichtlich aller ihrer kirchlichen und staatlichen Wirkungen anerkannt.

§ 3. Die Ernennung oder Zulassung der Professoren oder Dozenten an den vom Staate erhaltenen katholisch-theologischen Fakultäten wird nur nach erfolgter Zustimmung der

consenso della competente Autorità ecclesiastica.

§ 4. Se alcuno dei suddetti insegnanti venisse in seguito dalla competente Autorità ecclesiastica dichiarato al Ministero della Pubblica Istruzione come non più idoneo al-Pinsegnamento, sarà rimosso dall'esercizio del rispettivo insegnamento.

In caso di una tale rimozione si provvedere in altro modo senza indugio ad una idonea supplenza a norma di quanto è stabilito nel precedente § 3.

Negli altri istituti d'insegnamento dovranno essere rimossi dalla loro funzione quei maestri di religione cattolica, ai quali fosse tolta la *missio canonica.*

zuständigen kirchlichen Behörde erfolgen.

§ 4. Sollte einer der genannten Lehrer in der Folge seitens der zuständigen kirchlichen Behörde der obersten staatlichen Unterrichtsverwaltung als für die Lehrtätigkeit nicht mehr geeignet bezeichnet werden, wird er von der Ausübung der betreffenden Lehrtätigkeit enthoben.

Im Falle einer solchen Enthebung wird alsbald auf andere Weise für einen entsprechenden Ersatz im Sinne des im § 3 geregelten Vorganges gesorgt werden.

Katholische Religionslehrer an anderen Lehranstalten, welchen die missio canonica entzogen wird, müssen von der Erteilung des Religionsunterrichtes entfernt werden.

ARTICOLO VI.

§ 1. Alla Chiesa spetta il diritto di impartire l'istruzione religiosa e di provvedere alle pratiche religiose per gli scolari cattolici in tutti gli istituti d'insegnamento elementari e medi. Si è d'accordo che gli Ordinari diocesani, per introdurre un ordinamento dell'istruzione religiosa più ampio di quello ora in vigore, prenderanno contatto con la competente suprema autorità scolastica.

La direzione e l'immediata sorveglianza dell'istruzione religiosa e delle pratiche religiose spettano alla Chiesa.

ARTIKEL VI.

§ 1. Der Kirche steht das Recht auf Erteilung des Religionsunterrichtes und Vornahme religiöser üebungen für die katholischen Schüler an allen niederen und mittleren Lehranstalten zu. Es besteht Einverständnis darüber, dass die Diözesanordinarien über die Einrichtung eines Religionsunterrichtes, der über den gegenwärtig bestehenden Zu-' stand hinausgeht, das Benehmen mit der zuständigen obersten staatlichen Schulbehörde herstellen werden.

Die Leitung und unmittelbare Beaufsichtigung des Religionsunterrichtes und der religiösen Hebungen kommt der Kirche zu.

VI È garantita l'obbligatorietà dell'insegnamento religioso e delle pratiche religiose nella stessa misura finora in uso. Gli assegni finanziari per tale insegnamento hanno luogo nella stessa guisa che fino ad oggi. L'istruzione religiosa, eccedente l'attuale misura, comprese le pratiche religiose, è parimenti obbligatoria per gli scolari cattolici, quando è ordinata dopo aver preso contatto con l'Autorità scolastica statale. La cura per le spese necessarie a tale insegnamento spetta alla Chiesa, senza pregiudizio di un eventuale ordinamento futuro da stabilirsi di comune accordo dopo il ritorno di una migliore situazione economica.

L'istruzione religiosa è, in massima, impartita da sacerdoti ; in caso di bisogno potranno essere adibiti all'uopo, di accordo fra l'Autorità ecclesiastica e la scolastica statale, anche maestri laici od altre persone laiche adatte. Per l'insegnamento della religione non saranno assunte se non persone che siano state dichiarate idonee a tale ufficio dall'Autorità ecclesiastica. La facoltà d'impartire l'istruzione religiosa è legata col possesso della *missio canonica* (articolo V § 4).

I programmi d'istruzione religiosa sono fissati dall'Autorità ecclesiastica ; come libri di testo per l'istruzione religiosa possono essere usati soltanto quelli, che sono stati approvati dall'Autorità ecclesiastica.

Die Verbindlichkeit des Religionsunterrichtes samt den religiösen Uebungen im bisherigen Ausmass wird gewährleistet. Die finanzielle Obsorge für diesen Unterricht erfolgt in der bisherigen Weise. Ein darüber hinausgehender Religionsunterricht einschliesslich der religiösen Uebungen ist für die katholischen Schüler ebenfalls verbindlich, wenn er im Benehmen mit der staatlichen Schulbehörde eingerichtet wird. Die finanzielle Sorge für einen solchen Unterricht obliegt, unvorgreiflich einer allfälligen künftigen einvernehmlichen Regelung nach Wiederkehr besserer wirtschaftlicher Verhältnisse, der Kirche.

Der Religionsunterricht wird grundsätzlich durch Geistliche erteilt; im Bedarfsfalle können hiezu im Einvernehmen zwischen der Kirchen- und staatlichen Schulbehörde auch Laienlehrer oder andere geeignete Laienpersonen verwendet werden. Zu Religionslehrern dürfen nur solche Personen bestellt werden, die die Kirchenbehörde als hiezu befähigt erklärt hat. Die Erteilung des Religionsunterrichtes ist an den Besitz der *missio canonica* gebunden (Art. V § 4).

Die Lehrpläne für den Religionsunterricht werden von der Kirchenbehörde aufgestellt ; als Religion slehrbücher können nur solche Lehrbücher verwendet werden, welche von der Kirchenbehörde für zulässig erklärt wurden.

§ '2. In materia di scnola e di istruzione negli istituti medi ed elementari rimangono garantiti alla Chiesa anche tutti gli altri diritti e facoltà, che le competono in conformità alle leggi statali ora in vigore.

§ 3. La Chiesa, gli Ordini e le Congregazioni religiose hanno il diritto, osservando le leggi generali scolastiche, di fondare e dirigere scuole della categoria nominata al § 2, alle quali, per tutto il tempo in cui rimane adempiuta la condizione suddetta, spettano i diritti di istituti pubblici d'insegnamento.

§ 4. Dove tali scuole (§ 3) dimostrano di avere una frequenza relativamente considerevole, e per conseguenza fanno sentire la loro efficacia sullo stato, l'ampliamento o l'erezione di scuole pubbliche analoghe in modo tale che le corrispondenti amministrazioni scolastiche ne ritraggano un risparmio economico, dovranno ricevere dalle pubbliche spese in questo modo risparmiate adeguati contributi a seconda del miglioramento delle condizioni economiche.

Alle stesse condizioni possono essere partecipi di siffatti contributi anche le scuole tenute da Associazioni Cattoliche, se e finché sono riconosciute come scuole cattoliche dal rispettivo Ordinario diocesano ed hanno i requisiti richiesti dalle leggi per acquistare i diritti di scuole pubbliche.

§ 2. Soweit der Kirche rücksichtlich des niederen und mittleren Schul- und Unterrichtswesens gemäss den gegenwärtig geltenden staatlichen Gesetzen noch sonstige Rechte und Befugnisse zustehen, bleiben ihr dieselben gewahrt.

§ 3. Die Kirche, ihre Orden und Kongregationen haben das Recht, unter Beobachtung der allgemeinen schulgesetzlichen Bestimmungen Schulen der im § 2 genannten Art zu errichten und zu führen, denen auf die Dauer der Erfüllung dieser Voraussetzung die Rechte einer öffentlichen Lehranstalt zukommen.

§ 4. Wo solche Schulen (§ 3) eine verhältnismässig beträchtliche Frequenz aufweisen und infolge dessen den Bestand, die Erweiterung oder Errichtung öffentlicher Schulen gleicher Art in einer Weise beeinflussen, dass der betreffende Schulerhalter eine finanzielle Entlastung erfährt, haben sie aus dem hiedurch ersparten öffentlichen Aufwand nach Massgabe der Besserung der wirtschaftlichen Verhältnisse angemessene Zuschüsse zu erhalten.

Solcher Zuschüsse können unter den gleichen Voraussetzungen auch von katholischen Vereinen geführte Schulen dieser Art teilhaftig werden, wenn und solange sie vom zuständigen Diözesanordinarius als katholische Schulen anerkannt sind und den gesetzlichen Bedingungen für die Erwerbung der Rechte einer öffentlichen Lehranstalt entsprechen.

Queste norme sono destinate nell'Austria a promuovere la scuola cattolica e con ciò anche a creare le premesse per il futuro sviluppo della scuola pubblica confessionale cattolica.

Durch diese Massnahmen soll das katholische Schulwesen in Oesterreich gefordert und damit auch die Voraussetzung für die Entwicklung zur öffentlichen katholisch konfessionellen Schule geschaffen werden.

ARTICOLO VII.

§ 1. La Repubblica Austriaca riconosce gli effetti civili ai matrimoni contratti in conformità del diritto canonico.

Alle Associazioni, che perseguono scopi principalmente religiosi e formano parte dell'Azione Cattolica e come tali dipendono dall'autorità dell'Ordinario diocesano, il Governo Federale accorda piena libertà di organizzazione e di attività. Lo Stato avrà cura che siano protette la conservazione e la possibilità di sviluppo delle organizzazioni giovanili cattoliche riconosciute dalle competenti Autorità ecclesiastiche e che nelle organizzazioni giovanili istituite dallo Stato siano assicurati alla gioventù cattolica il compimento, in modo degno, dei suoi doveri religiosi e la sua educazione in senso religioso-morale secondo i principii della Chiesa.

La stampa non sarà soggetta ad alcuna limitazione nella difesa delle dottrine cattoliche.

La Santa Sede consente che le vertenze relative ad obblighi di prestazioni, in denaro od equivalente, a scopi di culto — senza pregiudizio di quanto è stabilito nel capoverso 2 del Protocollo Addizionale all'articolo XI § 1 — siano, fino a

Zu Artikel XIV :

Der Bund räumt den Vereinigungen, die vornehmlich religiöse Zwecke verfolgen, einen Teil der katholischen Aktion bilden und als solche der Gewalt des Diözesanordinarius unterstehen, volle Freiheit hinsichtlich ihrer Organisation und Betätigung ein. Der Bund wird dafür Sorge tragen, dass die Erhaltung und Entfaltungsmöglichkeit der seitens der zuständigen kirchlichen Oberen anerkannten katholischen Jugendorganisationen geschützt werde und dass in vom Staat eingerichteten Jugendorganisationen der katholischen Jugend die Erfüllung ihrer religiösen Pflichten in würdiger Weise und ihre Erziehung in religiös-sittlichem Sinne nach den Grundsätzen der Kirche gewährleistet werde.

Die Presse wird hinsichtlich der Vertretung katholischer Lehrsätze keinen Beschränkungen unterworfen sein.

Der Heilige Stuhl stimmt zu, dass Streitigkeiten über Verpflichtungen zu Leistungen an Geld oder Geldeswert für Kultuszwecke unbeschadet der Bestimmungen des Absatzes 2 des Zusatzprotokolles zu Artikel XI § 1 bis zu einer einvernehmlichen

nuovo regolamento da compilarsi di comune accordo, decise dalle Autorità civili, e cioè dall'Autorità di Stato per il Culto, con la procedura delle istanze ordinarie, quando tale prestazione è reclamata in base al motivo generale dell'appartenenza ad una società ecclesiastica; altrimenti dai tribunali civili. Se un indugio fosse causa di pregiudizio, si procederà, in via provvisoria, nel senso del capoverso 2 del Protocollo Addizionale all'articolo XI § 1.

Le norme ora vigenti nel territorio austriaco circa la erezione e la conservazione delle chiese e degli edifici appartenenti ai benefici, come pure circa somministrazioni finanziarie per altre necessità della Chiesa, compresa la legge del 31 dicembre 1894 (((Reichsgesetzblatt)) n. 7 ex-1895), rimangono in vigore, con le modificazioni risultanti da questo Concordato, fino ad un nuovo regolamento da compilarsi d'accordo fra la Santa Sede e lo Stato Austriaco.

Neuregelung von den staatlichen Behörden entschieden werden, u. zw. wenn eine solche Leistung aus dem allgemeinen Grunde der Zugehörigkeit zu einem kirchlichen Verbande in Anspruch genommen wird, von den Behörden der staatlichen Kultusverwaltung im ordentlichen Instanzenzuge, sonst von den Zivilgerichten. Bei Gefahr im Verzuge kann ein Provisorium im Sinne des Absatzes 2 des Zusatzprotokolles zu Artikel XI § 1 verfügt werden.

Die im Gebiete der Republik Oesterreich in Betreff der Herstellung und Erhaltung der Kirchen- und Pfründengebäude sowie in Betreff der finanziellen Bestreitung der sonstigen Kirchenerfordernisse bestehenden Normen einschliesslich des Gesetzes vom 31. XII. 1894, Reichsgesetzblatt Nr. 7 ex 1895 bleiben mit den aus diesem Konkordat sich ergebenden Modifikationen bis zu einer im Einvernehmen zwischen der Kirchen- und Staatsgewalt getroffenen Neuregelung aufrecht.

All'Art. XV § 3:

A questo proposito, si dovranno pure prendere in considerazione, in quanto non si sia già ad esse altrimenti provvedutole spese occorrenti al funzionamento delle cancellerie diocesane, avuto riguardo alle condizioni finanziarie dello Stato.

Zu Artikel XV § 3:

Hiebei wird auch auf die Kosten der Führung der Ordinariatskanzleien, soweit für deren Zwecke nicht bereits Vorsorge getroffen ist, nach Massgabe der staatsfinanziellen Verhältnisse Bedacht zu nehmen sein.

All'Art. XV § 5:

Non si faranno, per ragioni di ordine finanziario dello Stato, riduzioni, senza previo accordo.

Zu Artikel XV § 5:

Kürzungen aus staatsfinanzielleii Gründen werden nicht ohne vorheriges Benehmen erfolgen.

All'Art. XXII capoverso 3:

Rimangono, fra le altre, con ciò abrogate, in tutta la loro estensione, le leggi del 7 maggio 1874 « Reichsgesetzblatt » nn. 50 e 51.

Zu Artikel XXII Absatz 3:

Unter anderem treten hiemit die Gesetze vom. 7. V. 1874, Reichsgesetzblatt Nr. 50 und Nr. 51 in ihrem ganzen Umfange ausser Kraft.

Città del Vaticano, 5 Giugno 1933.


In der Vatikanstadt, am 5. Juni 1933.

L. S. EUGENIO CARDINALE PACELLI.

L. © S. ENGELBERT DOLLFUSS
Bundeskanzler.

L. © S. KURT SCHUSCHNIGG
Bundesminister.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, Kalendis Maiis anno MDCCCCXXXIV *Vindobonae Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a Kalendis Maiis anno* MDCCCCXXXIV, *quo die huiusmodi Instrumenta permutata fuerunt, Conventio inter Ssmum Dominum Nostrum Pium Pp. XI et Supremum Reipublicae Austriacae Praesidem icta una simul cum Protocollo Additionali, vigere ei valere coepit ad normam art. xxni eiusdem Pactionis.*



An. et Toi. XXVI 5 Iunii 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. xi

TN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATI CONRADI A PARZHAM, CONFESSORIS, IN BASILICA VATICANA DIE XX MENSIS MAII, FESTO PENTECOSTES ANNO MDCCCCXXXIV PERACTA.

Ad postulationem **instanter** *jactam per Advocatum Sacri Consistorii Augustum Milani, Decanum, a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, Rmus D. Antonius B acci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

Licere Sibi hodie hoc in amplissimo coetu perorationi vestrae concedere, atque adeo novum ad caeleste Numen deprecatorem novumque sanctitatis exemplar militanti Ecclesiae dilargiri Augustus Pontifex gratulatur vehementer. Dum enim tantopere superbit saeculum atque, caelestibus bonis nimio saepius neglectis, vulgo discupiunt homines terrenas opes, potentiam voluptatesque, humillimus hic franciscalis capulatus, qui, abdicatis rebus omnibus suoque corpore per voluntarias castigationes in servitutem redacto, ad Dei gloriam animarumque salutem unice spectavit totisque viribus contendit, videtur equidem commonere omnes pacem, laetitiam verique nominis felicitatem non in anxia et invida divitiarum coacervatione, non in sensuum oblectamentis fallacibusque honoribus consistere; sed christiana potius virtute inniti, quae omnia moderetur, omnia dirigat, ac mortalium animos ad caelestia non peritura solacia erigat.

Si igitur ad sanctissima Conradi a Parzham exempla mentes convertant homines, si superna ea luce collustrentur, quae ex mirifica eius vita profluit,

facere iidem non poterunt quin ad vestigia eius libenter volenterque ingredienda commoveantur. Qua quidem spe fretus Beatissimus Pater suprema iam auctoritate Sua causam decernere paratus est; vult tamen ut antea, interposita Deiparae Virginis ac caelitum omnium deprecatione, caelestia Sibi lumina a nobis omnibus impetrentur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam **instantius** *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

Virtutum omnium laudes, quibus universa bonestatur Conradi vita, rerumque miracula eo deprecatore a Deo gesta — quae quidem, ut nostis, et diligenter explorata et ad amussim probata fuere — fidem profecto faciunt sempiternae eum esse felicitatis compotem. Attamen, quamvis in causa, de qua agitur, nullus relinquatur ambigendi locus, per me nihilominus Sanctitas Sua vos omnes adhortatur, quotquot adestis, ut incensissimas, ad supernum lumen impetrandum, Spiritui Sancto Paraclyto adhibeatis preces.

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Veni Creator Spiritus** *cum congrua oratione successit; quo expleto, tertiam* **instantissimam** *postulationem haec excepit eiusdem Rmi Domini responsio:*

Aures animosque intendite omnes. Apostolorum Princeps, qui «in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit »[1] sanctissimum auctoritatis suae oraculum per Pium editurus est. Quemadmodum christiana humilitas ad summos honores extollitur, quemadmodum paenitentiae virtus gaudiis afficitur sempiternis, ita — suppliciter rogamus — divinae caritatis ignis, qui tantopere Conradi animum incendit, omnes expiet, refoveat, fraterno foedere coniungat et ad caelestia desideria erigat.

Tum Sanctissimus ex cathedra sollemniter sic pronunciavit:

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum **CONRADUM A PARZHAM SANCTUM** esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia uni-

[1] **S. Leo M. - Sermo II in anniv. assumpt. suae.**

versali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die **XXI** Aprilis, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine PaQHris et Figgili et SpiritusffiSancti.

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium Jiaec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINT NOSTRI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

«Factus est repente de caelo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementia ». [1] Repleti Spiritu Sancto Apostoli, iamque non ut antea humanae infirmitati, ignorantiae trepidoque timori obnoxii, terram mareque peragrantes, quocumque gentium christianum nomen christianumque cultum invehunt. «In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum ». [2] Exheres atque exsul genus humanum, tot erroribus involutum, tot immodicis cupiditatibus iactatum, ac formidolosis illis aliisque implicatum malis, quae primor am parentum culpa pepererat, in interitum rapiebatur. Attamen hoc ex undantium fluctuum oceano, mirificis evangelicorum praeconum laboribus excitata, di vinique Redemptoris cruore fecunda, emergit Ecclesia; quae excultas ac barbaras gentes fraterno foedere coniungit, eorum peccata eluit, virtutem refovet, ac caelum, alteram veluti patriam, deliciis affluentem perpetuoque mansuram, iisdem assequendam pandit. Quodsi, per saeculorum cursum, regna, imperia resque omnes, hominum temporumque iniuria, conabuntur, at Dei Ecclesia, caelesti Flamine alta ac roborata, numquam decidit. Quin immo, quo tristior est aetas, eo pulchrior sanctitudinis decor renidet; quo scelestioribus conatibus, insectationibus, calumniis christiana respublica connectatur, eo magis invicti ac strenui propugnatores excitantur, qui eam tueantur, in libertatem vindicent, omniumque virtutum fulgore collustreut.

[1] ***Act. Apost.*, II, 2.**

[2] **Ps. XVIII, 5. - Rom., X, 18.**

Ac procul dubio, quemadmodum in militantis Ecclesiae viridario nec candidi virginum, nec purpurati martyrum flores, neque sublimes denique desunt fructibusque opimae arbores; ita tenues humilesque violae non desiderantur, suavi odore fragrantés. Quarum numero, ob singularem animi demissionem, adscribendis est Conradus a Parzham, quem hodie, in Pentecostes nempe sollemnibus, non sine* providentis Dei consilio, sanctitudinis diademate decoravimus. Is enim, si umquam alius, ita Spiritus Sancti efflatibus libenti operosoque animo respondit, ut, in quibusvis vitae suae adiunctis divinam illam Tesu Christi sententiam iure meritoque usurpare posset: « Quae placita sunt ei, facio semper ».[1] In humillimo ianitoris munere, quod religiosae familiae suae moderatores ei concrediderant, quodque patientiae, perspicaciae sagacitatisque non parum postulat, quam diligentissime piissimeque obeundo, ad summum sanctitatis fastigium pervenire contendit. Nihil profecto mirum in cotidianae eius vitae ratione, nihil est extra rerum ordinem factum; at omnia fuere ad caritatis, obedientiae religionisque normam fidelissime gesta: « Bene omnia fecit ».[2] Quamobrem merito asseverari rjotest christianam sanctimoniam non quorumdam esse privilegium, sed reapse commune omnibus officium; non ad quosdam dumtaxat pertinere, qui praeclarioribus sint animi dotibus divinisque muneribus peculiari modo praediti, sed universos omnino christifideles obstringere. Quod ceteroquin Deus ipsemet omnibus praecipiendo edixit: «Sancti estote, quia ego sanctus sum»;[3] « Estote... perfecti, sicut et Pater **Tester** caelestis perfectus est ».[4]

At quibusnam viis rationibusque Conradus noster heroicam eiusmodi evangelicae viae perfectionem assecutus est? Nostis profecto virginalem eins castimoniam, qua animus exornatus per exilem sui corporis formam angelico nitore radiabatur, atque arcanas caeli pulchritudine» exprimere ac veluti repercutere vide-

[1] IOAN., VIII, 29

[2] MARC, VII, 37.

[3] LEVIT., XI, 44; I PETRI, I, 16.

[4] MATT., V, 48.

batur. Christianam eius humilitatis virtutem nostis, qua ductus atque compulsus, illud Iesu Christi hortamentum in cotidianum usum miro quodam modo reduxit: «Discite a me, quia mitis sam et humilis corde:.et invenietis requiem animabus vestris ».[1] Enimvero, quemadmodum, ut Augustinus monet,[2] sanctitatis aedificium ad alta consurgere sublimibusque caelis se inserere debet, ita in profundum deprimatur oportet, quo firmiore tutioreque fundamento nitatur. Ac praeterea, venerabiles fratres et dilecti filii, geminam eius Dei proximorumque caritatem non ignoratis, qua incensus Noster hoc potissimum in deliciis habebat, ut nimirum interdiu noctuque ad Augusti Sacramenti aram se provolveret, flagrantissima ex animo vota precesque efïundens; atque varia perpetuaque, ob sui muneris perfunctionem, rerum vicissitudine distractus atque distentus, arctissime nihilo secius cum Deo cotidie iungebatur. Itemque, quotiens pro condicionis suae adiunctis poterat, totiens, peculiari ea suavis animi sui industria, in animarum salute procuranda elaborabat.

Fulgeat igitur et ante omnium oculos eniteat germana huiusmodi sanctimoniae imago ac forma, quam humilis hic in se rettulit franciscalis capulatus; eademque edoceat commoneatque omnes quam longe a recto veritatis itinere ii aberrent, qui ethnicorum praecepta ac mores in pristinum restituere ac laudibus celebrare enitantur, chxistianamque doctrinam respuere ac repudiare conentur, quae una potest ad virtutem, ad civilem cultum verique nominis progressionem revocare homines. Affatim a Deo impetret Sanctus novensilis lumen ac gratiam; ut ea tandem aliquando ad effectum feliciter ducantur, quae Ecclesia hodie concinit a divinoque Flamine exorat: « Flecte quod est rigidum, f ove quod est frigidum, rege quod est devium. Amen ».[3]

[1] MATT., XI, 29.

[2] **Cfr. Sermo** LXIX, **1-3; Migne: P. L.,** XXXVIU, **440-441.**

[3] **Ex Sequent. Pentec.**

MOTU PROPRIO

ABBATIAE SANCTI HIEBONYMI DE UBBE

PIUS PP. XI

Monasterium Sancti Hieronymi in Urbe, vi constitutionis Nostrae apostolicae *Inter praecipuas,* die 15 Iunii 1933 latae, est abbatia immediate Sanctae Sedi subiecta. Nunc vero dubitatio affertur, an nova haec abbatia particeps sit fraternae illius Confoederationis, quam Benedictinorum Congregationes, ad normam Litterarum Apostolicarum *Summum semper* die 12 Iulii 1893 editarum, inierunt. Quum enim omnes abbatiae Benedictinae tunc temporis Congregationibus obnoxiae essent, Litterae illae de Congregationibus quidem agunt, non autem de abbatiis, quae iisdem adiunctae non sint. Quapropter ad omnem dubitationem auferendam Motu proprio et certa scientia ea, quae sequuntur, statuimus ac decernimus:

1. Abbatia Sancti Hieronymi in Urbe ad fraternam Benedictinorum Confoederationem pertinet iisdem iuribus iisdemque officiis, quibus ceterae abbatiae confoederatae.

2. Abbas Sancti Hieronymi, sicut ceteri Abbates regiminis, ius habet interveniendi Abbatum confoederatorum coetibus et suffragium ferendi in Abbate Primate eligendo.

Praeterea, ut praefatam Sancti Hieronymi abbatiam eodem, quo cetera monasteria, favore et gratia prosequamur, illi quoque concedimus privilegia, quibus omnes fere Benedictinorum abbatiae fruuntur, tum scilicet privilegia quae « Cassinensia » vulgo nuncupantur, tum etiam privilegia Congregationum Cluniacensis, Sanctorum Vitonis et Hydulphi et Sancti Mauri quae abbatiis Congregationis Solesmensis concessa sunt. — Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Ianuarii anno MDCCCCxxxiv, Pontificatus Nostri duodecimo.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM PAROECIALE S. VINCENTII MARTYRIS IN URBE METENSI BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat Metensi in urbe antiquum conspicuumque templum ad honorem Sancti Vincentii Martyris Deo dicatum; quod loco vetustioris sacelli ibique exsistentis monachi ex Ordine Sancti Benedicti anno millesimo ducentésimo quadragesimo octavo inceperunt exaedificare. Ipsum autem templum, quod structura, uti aiunt, gallica, perspicuum est, atque amphtudine sua quamlibet aliam dioecesis Metensis sacram aedem, templo excepto cathedrali, superat, anno MCCCLXXVI **sollemniter consecratum est, privilegiisque postea magnis sive ab Episcopis sive ab Abbatibus sive etiam ab Imperatoribus ditatum. Saeculo decimo octavo labente, ob politicas socialesque Galliae perturbationes, monachi Ordinis Sancti Benedicti, qui in Sancti Vincentii templo Metensi sacras liturgicas functiones explebant et adnexam domum claustralem inhabitabant, a loco sacro eodem expulsi sunt; idemque templum suis opibus supellectilibusque pretiosis spolia tum est; quamvis vero postea cura et liberalitate christifidelium ipsum sanctuarium nova et copiosa sacra supellectili sit denuo exornatum. Nunc templo eidem Sancti Vincentii post annum millesimum octingentesimum secundum in paroeciam saecularem erecto* praeest parochus cum vicariis coadiutoribus suis, qui omnes in dominicum gregem sibi concreditum pascendum sollerter incumbunt, sacras functiones sacro in loco peragunt, piasque paroeciae provehunt fidelium consociationes, quas inter praesertim numeratur pia Mariana sodalitas virginum, quae una cum puellarum coetu domum Dei singulari studio prosequuntur, cultumque Sacratissimi Cordis Iesu quoquo modo fovent. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Metensium Episcopus, dioecesis sibi commissae utriusque cleri populique fidelis communia vota depromens, ac praesertim paroeciae, cui titulus et sedes est memoratum templum Metense, humillimis Nos iteratisque supplicationibus deprecatus sit ut templum supra memoratum ad titulum dignitatemque Basilicae minoris evehere dignaremur, Nos optatis hisce adnuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Bituum Congrega-**

tionis Praefecto, omnibus rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum ecclesiam Metensem Sancti Vincentii Martyris titulo decoratam, nomine privilegiisque quae Basilicis minoribus competunt, bonestamus.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Batum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Augusti, anno MDCCCOXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

VENERABILIS DEI SERVUS PETRUS RENATUS ROGUE PRESBYTER E CONGREGATIONE MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Tuitioni atque integritati Fidei prospicientes, usque ad sanguinis effusionem et ad supremum vitae holocaustum, ab Apostolorum aevo ad hodiernam aetatem miranda fortitudine effulsere veraces divini Nostri Redemptoris asseclae, qui, spretis prorsus mundanis rebus superatisque socialibus vinculis atque etiam familiaribus affectibuè, super omnia veritatem solum dilexerunt et Dominum Nostrum Iesum Christum, qui « tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo ». Priscis sane temporibus martyres christiani adversus paganorum errores Evangelium testati sunt minas et supplicia, tormenta et mortem passi; dein cum haeretici mediae et recentioris aetatis contra catholicam Ecclesiam ac sacra dogmata bellum infestum saevumque intulerint, alii cum eisdem rabie odioque furentibus púgiles Christi fortiter dimicarunt propriamque vitam viriliter obtulerunt; diebus autem proximioribus Nobis sive in barbaris dissitisque e patria regionibus missionarii et sorores, veteres ac novi fideles ad propagationem Fidei faciendam et servandam, sive in ipsis finibus eivihum nationum contra novatores seditiososque viros alii ad divinas

veritates tuendas atque asseverandas praestantissimi Christi milites coronas multas compararunt et palmas. O quam pulchra est et mirabilis haec indeficiens generatio ferax martyrum, quae ad sempiternum sanctae Ecclesiae decus semper exstitit! Contigit ideo ut id etiam eveniret teterrimae occasione ac miserandae seditionis, rerumque publicarum eversionis, quae, labente saeculo decimò octavo per Galliam exorta, sacra omnia ac profana miscuit, non modo in regem ac nobiles, sed praecipue in Ecclesiam Christi,. Ecclesiaeque ministros saeviit. Tunc temporis enim profligatissimi homines, rerum summa per nefas potiti, falsa sub philosophiae specie, odium , quo adversus religionem catholicam aestuabant, fucati, totis viribus christianum nomen abolere conati sunt. Qua re, sacris aedibus eversis, contra Antistites sacrorum, Praesules ac sacerdotes iniquas « Revolutionis » leges detrectant es fidemque catholicam publice profitentes vesanus furor exarsit; veterumque persecutionum tempestates renovari, visae sunt, ita ut immaculata Christi sponsa, Ecclesia, novis itemque gloriosis Martyrum coronis eifulserit. Quo tempore inter alios fortissimos viros, qui divinae **Providentiae consilio in Gallia catholicae Ecclesiae illuxerunt, iure meritoque accensendus est Petrus Renatus Rogue, venetensis, presbyter e Congregatione Missionis, in odium Fidei die** III **m. Martii, an.** MDCCXCVI **interemptus. Civili enim clèri Constitutioni, — quam Conventus nationalis legibus Revolutionis faciendis constituerat omnique sive regulari sive saeculari clero, quamvis a Pio Pp. VI, Decessore Nostro, uti haereticam, damnatam, sub iurisiurandi onere imposuerat, gravibus etiam statutis in renuentes poenis —- ipse Venerabilis Dei Servus assentiri noluit, ac non modo quaesitum iusiurandum praestare recusavit, sed et ab illo emittendo alios quoque vacillantes animose avertit. Postea autem, perdurante adhuc infensa Revolutionis insectatione, ipse Dei Famulus aliud etiam, quod a libertate atque aequalitate vocabant, iusiurandum? qua illicitum, delectavit; neque pariter se subiecit mandato, ex quo anno** MDOCXOV **Reipublicae legibus (quarum multae impiae et iniquae) summa et omnimoda a sacerdotibus oboedientia promittenda erat. Cum itaque Venerabilis Petrus Renatus pluribus hisce de causis sese in mortis periculum ac vitae discrimen inferret, tamen animorum ministerio intentus vacavit, sedemque suam saepe mutans, modo hic se abdens, modo illic, paroeciam quoque venetensem Sanctae Mariae** *du Mené,* **ne plebs illius ecclesiae spiritualibus destituentur auxiliis, libentissime suscepit. Nil mirum itaque si tandem, a viro nèquam Procuratoribus Reipublicae denuntiatus, pervigilio Nativitatis Domini memorati anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti ab excubiis nocte deprehensus est in via atque ante Procuratores ductus. Tunc, oblatam ab eisdem sibi fugam respuens, Dei Famu-**

Ius, venia obtenta, sacras Eucharistiae species, quas ea nocte cuidam infirmo clam deferebat, devotissime sumpsit, ac dein laeto animo se in carcerem sivit comici, ubi tres per menses hieme rigente detentus est. Tn publicam igitur custodiam conditus, de vitae ratione agenda in captivitate sua ordinatam congruamque regulam sibi statuit, quam fideliter servavit usque ad mortem; orationi continenter vacans, invictae patientiae atque animi fortitudinis exempla praebens, socios quoque poenae sacro, quo poterat, ministerio consolatus. Die autem prima m. Martii an. millesimo septingentésimo nonagésimo sexto, in tribunal qua presbyter « refractarais », uti aiebant, arcessitus, ac die insequenti a iudicibus, odio catholicae Fidei nagrantibus, capite damnatus, Petrus Renatus illico publiceque Deo gratias egit quod martyrio pro Fide eoronaretur, paravitque se ideo ad supplicium tranquillo invictoque animo. Die vero tertia Martii, cum ad patibulum perduceretur, canticum, quod iam in carcere composuerat pietate, spe et exspectatione plenum de proximo transitu animae suae, et quasi a Davidico Psalmo depromptum « Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem » decantavit, atque imminente morte, elevatis oculis et manibus in caelum, hilari vultu et ore dicens « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum » capite plexus, optatissimam martyrii palmam est consecutus. Tricesimum octavum aetatis suae tunc annum agebat; Venetiis enim in Britannia minori ortum habuerat die xi m. Iunii, an. millesimo septingentésimo quinquagesimo octavo. Patre puerulus adhuc orbatus, a religiosissima genetrice pie fuit educatus. Dein, in conlegio Venetensi a S. Ivone studiorum curriculo, quod classicum nuncupant, absoluto, cum ad sacerdotium se vocari animadverterit, dioecesanum Seminarium, Congregationis e Missione Presbyteris concreditum, ingressus est; ibique dum perdiligenter sacris discipHnis addiscendis operam dedit, tanquam religionis pietatisque exemplum iugiter enituit. Sacerdotio auctus die xxi m. Septembris an. MDCCLXXXII, statim, moderatorum iussu, sacrum gessit ministerium apud venetense pro sacris mulierum exercitiis asceterium; at quattuor post annos, maioris incensus perfectionis studio, suum Congregationi Presbyterorum de Missione nomen dedit. In domo exinde principi Parisiensi eiusdem Congregationis, ad S. Lazari, inivit, sed non explevit, novitiatum, quoniam ad patrium Venetense Seminarium a superioribus missus ut sacram Theologiam doceret, ibi etiam an. millesimo septingentésimo octogesimo octavo religiosa vota nuncupavit. Sequenti anno cum paroeciam Sanctae Mariae *du Mené* **qua vicarius regendam insuper sumpsisset, de pastorali munere rectissime obeundo sollicitum se summopere et continenter ostendit; adeo ut neque,**

-oborta Gallica perturbatione, a sacro animorum ministerio, licet clam, periculis omnibus spretis remitieret, optimam ita relinquens de sanctitate, religionis studio caritateque suis apud omnes etiam inimicos famam atque opinionem; quae post gloriosum Dei Famuli obitum, magis magisque in dies usque in praesens increverunt, cum ad virum spectarent, quem plebes communi voce ut verum Christi martyrem praedicabant, atque •etiam, signis mirabihbus non deficientibus, venerabantur. Qua re, processu informativo in ecclesiastica curia Venetensi instituto et ad Sacram Congregationem Bituum transmisso, observatoque iuris ordine ac revisione scriptorum eiusdem Famuli Dei peracta, Nos ipsi duodecima die mensis Iunii, an. MDCCCCXXIX introductionis Causae Commissionem manu propria «obsignavimus. Cum autem Causa haec inter historicas accensenda esset, iuxta novissima praescripta loco apostolici processus ab historicae Sectionis Consultoribus, accuratissima trutina, omnia quae ad causam spectabant documenta sunt excussa ac probata. Cum vero Antepraeparatoria Congregatio, ex benigna Nostra apostolica concessione, fuerit omissa, et Praeparatoria habita sit die xx m. Martii proxime praeteriti, Generalis quoque Conventus coram Nobis die decima insequentis mensis Aprilis coactus est, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Ianuario Granito Pignatelli tii Belmonte, Episcopo Ostiensi et Aibanensi, Causae Relatore; et cum profecto constiterit eiusdem Servi Dei internecionem in odium catholicae religionis evenisse, Nos, sollemni decreto die xxn m. Aprilis nuperrime elapsi de martyrio et de martyrii causa constare declaravimus, dispensatione quoque super signis sive miraculis de more elargita. Cum igitur de martyrio et causa martyrii constaret, illud supererai ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an tuto procedi posse ad sollemnem eiusdem Servi Dei beatificationem censerent. Haec praestitit venerabilis frater Noster Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis, Causae Ponens seu Relator in generali Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis in Aedibus Vaticanis die xxiv memorati mensis Aprilis habita, omnesque tum Cardinales tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero die tantum xxix praedicti mensis Aprilis volventis anni millesimi nongentesimi tricesimi quarti, idest Dominica quarta post Paschalia gaudia, Eucharistico sacro rite litato, accitis adstantibusque Camillo Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrae Bituum Congregationis Praefecto et praelaudato Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Alfonso Carinci, ipsius Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, et Salvatore Natucci,

Sanctae Eidei Promotore generali, sollemniter ediximus *tuto* **procedi posse ad eiusdem Dei Famuli beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti quorundam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Archiepiscoporum Galliae et Italiae, nec non sodalium omnium e Congregatione Missionis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut idem Venerabilis Dei Famulus Petrus Renatus Rogue, Venetensis, presbyter e Congregatione Missionis, Beatus in posterum nuncupetur eiusdemque lipsana, seu relliquiae, venerationi publicae proponantur, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut eiusdem Servi Dei imagines radiis de more decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra largimur ut de Beato eodem quotannis recitetur officium de Communi unius Martyris cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, ac Missa pariter celebretur per Nos item adprobata, servatis Missalis et Breviarii Romani rubricis, dumtaxat tamen in dioecesi Venetensi, in qua ipse Dei Servus natus ac mortuus est, nec non in templis seu sacellis ac domibus ubique terrarum sitis, quae ad Congregationem Missionis pertineant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus confitentibus ad templa sive sacella in quibus Beati ipsius festum celebretur. Denique concedimus ut sollemnia eiusdem Petri Renati Rogue peragantur, servatis servandis, in dioecesi memorata atque in templis seu sacellis ac domibus, quae diximus, die per Ordinarium vel Congregationis praefatae moderatorem rèspectivum designando, infra annum, postquam Beatificationis sollemnia in sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint et Praefecti eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis haberetur.** «

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x m. Maii, an. MDCCCCXXXIV, **Pontificatus Nostri-decimo tertio.**

E. **Card.** PACELLI, *a Secretis Status,*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. SS. XII APOSTOLORUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM LA FONTAINE, VENETIARUM PATRIARCHAM, APPETENTE QUINQUAGESIMO NATALI SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Sacro hoc vertente anno, praeclaram iam habuimus opportunitatem tibi Nostras litteras mittendi, quum Legatum Nostrum te renuntiavimus, ut Vindobonensi illi catholicorum Congressui praesideres, qui praeter omnium exspectationem, favente Deo, tam felicem gloriosumque exitum est consecutus. Perraro enim, recentioribus hisce temporibus, tanta inter ecclesiasticas civilesque auctoritates habita est concordia, tamque mirifica bonorum omnium consensio, non modo ut insigne fauste factum sollemniter celebraretur, verum etiam ut nobilissimum propositum opportune ostenderetur totam rem publicam ad Christi doctrinam et Apostolicae huius Sedis documenta plane moderandi. De hisce autem sollemnibus, quibus tam decore sollerterque praefuisti, iam tibi gratulati sumus iterumque publice gratulamur. Nunc vero alia Nobis praebetur occasio, eaque periucunda, tibi denuo animum Nostrum aperiendi, quum nempe quinquagesimum a suscepto sacerdotio annum sis feliciter celebraturus. Scimus enim clerum istum populumque dilectum, quem paterna sollicitudine et eximia caritate moderaris, renovaturum tibi esse egregia illa venerationis amorisque testimonia quae, biennio ante, iubilaei episcopalis tui gratia, exhibere voluit. Quapropter communem hanc filiorum laetitiam Nos adaugere cupientes, sollemnia proxima libenter participamus, tibique etiam atque etiam gratulamur, quod tam longo annorum decursu non minus pietate et pastorali sollertia, quam sacri muneris dignitate praefulsisti. Fausta vero omina ac vota, quae, appetente Dominicae Nativitatis die, ad incolumitatem opemque divinam Nobis impetrandam paullo ante fecisti, tibi grato laetoque rependimus animo, et salutis Auctorem novae instanter exoramus, ut te propitius respiciat et fecundo gratiae suae rore opera tua omnia foveat ac secundet. Testis interea praecipuae dilectionis Nostrae et caelestium donorum auspex sit apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, tuoque Episcopo Auxiliari, itemque clero populoque universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Decembris, anno MDCCCCXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALAFRIDUM ILDEFONSUM TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI IN MONTIBUS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM SCHUSTER, MEDIOLANENSIUM ARCHIEPISCOPUM: QUEM MITTIT LEGATUM AD SOLEMNIA DECIES SAECULARIA ABBATIAE EINSIDLENSIS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Non levi animi delectatione nuper mtelleximus de sollemnibus decies saecularibus, quae Einsidlenses monachi in honorem Deiparae « eremitarum Dominae » appellatae summo studio apparare contendunt. Ex quo enim, abhinc mille annos, priscus sancti Meinradi eremus in splendidum Benedictinorum coenobium conversus est, et prodigiosum Virginis sacellum in augusto templo est collocatum, sancti Benedicti filii numquam « orare et laborare » cessarunt, piique innumeri Mariae cultores ad sanctuarium illud undique confluxerunt. Neque vero diuturnitas temporis, neque rerum civilium perturbationes, neque saeva incendia, quae pluries sacras aedes consumpsere, pristinam monachorum sedulitatem aut christianae plebis fiduciam erga caelestem Reginam adimere vel extenuare potuerunt; ita ut templum ac coenobium Einsidlense, alterum donis caelestibus redundans, alterum studio et labori dicatum, magnum sibi nomen per saecula pepererint. Itaque, millenaria huius eventi faustitate, Nos, qui nihil potius habemus, quam ut religio fidelium ac pietas per Deiparae cultum alatur et foveatur, quique sodales Benedictinos summa caritate complectimur atque insigne illud sanctuarium ac monasterium periucundo animo quondam invisimus, sollemnia sacra, quae propediem celebrabuntur, non modo probamus commendamusque, sed Nostra quoque participatione augere et cumulare exoptamus. Te igitur, dilecte fili Noster, qui S. Benedicti Ordinem, cuius es praeclara suboles, romanae purpurae splendore decoras, Legatum Nostrum hisce ' litteris deligimus ac renuntiamus, ut sacris ritibus et caeremoniis in templo Einsidlensi proxime peragendis praesideas, et prodigiosum « eremitarum Dominae » simulacrum, tanta populi veneratione excultum, nomine Nostro Nostraque auctoritate sollemni coronae impositione exornes. Praeterea, ut uberiores salutis fructus a populo sacellum invisuro percipiantur, libenti quidem animo votis adnuendum censemus, quae Nobis adhibuit dilectus filius monasterii a B. V. M. Einsidlensis Abbas, ut memorata sollemnia gratus privilegiisque peculiaribus augeamus. Quapropter, audito quoque S. R. E. Cardinali Paenitentiario Maiore, omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus, qui confessi et sacra

Communione refecti basilicam B. V. Mariae Einsidlensem, a Dominica prima mensis Maii usque ad Dominicam secundam mensis Octobris inclusive, devote visitaverint, ibique pias preces ad Deum iuxta mentem Nostram effuderint, plenariam indulgentiam, semel tantum lucrandam, die ab iisdem christifidelibus ad libitum eligendo, concedimus in Domino ac largimur. Quo autem Nostra animi benevolentia magis perspecta sit, facultatem etiam tribuimus, ut diebus sollemnibus, quibus peregrini maiore numero ad sanctuarium conventuri sunt, scilicet in festo B. V. Mariae Thaumaturgae Einsidlensis, in festo gloriosae Assumptionis B. M. V. in Commemoratione divinae consecrationis sacelli B. V. M. Einsidlensis, die 14 Septembris habenda, atque in Sollemnitate sacratissimi Rosarii B. M. V., sacrorum Antistes, qui sanctum Missae sacrificium sollemniter celebrabit, Nostro nomme et auctoritate adstanti populo benedicat, .plenam admissorum veniam eidem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Paterna autem vota facimus, ut quam plurimi fideles, tam finitimi, quam longinqui ad thronum gratiae et misericordiae peregrinantes accedant; minime enim ambigimus, quin augusta Regina, tanto fidelium obsequio et affectu permota, eos semper propitia de caelo tueatur ac praemia eis tribuat quae amantissimis filiis largiri consuevit. Denique ipsis gloriosi Einsidlensis coenobii monachis ex animo vehementerque gratulamur, quod, tam longo saeculorum decursu, cum Apostolica hac Sede filiali devotione et caritate arcte coniuncti, sapientissimas normas ac statuta Legiferi Patris Benedicti integra servaverunt, praesertim quod attinet ad tuendum divini cultus splendorem ad officiumque chorale rite obeundum, cuius quidem praescriptum, veluti monasticae vitae fundamentum, dum singula diei tempora, ceteris operibus adsignanda, definite distincteque partitur, piis uniuscuiusque inceptis perennem gratiarum imbrem e caelo devocat. Neque vero dubitamus, quin praesentes monachi Einsidlenses, qui alterum millenarium aevum auspicantur, praeclara maiorum exempla et instituta persequantur ac Nostris votis optatisque fideliter obsecundent; hac enim ratione novum profecto decorem novasque egregias laudes Ordini suo fauste comparabunt. Dum interea secundum plane exitum millenarii eventus celebrationi ominamur, in auspicium caelestium donorum inque praecipuae dilectionis Nostrae pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fifi Noster, Einsidlensis coenobii Abbati et monachis, ceterisque sollemnium curatoribus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Martii, in festo Sancti Benedicti Abbatis, anno MDCCCCXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

PIUS PP. XI

ACTA SS.- CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

ROMANAE AC PORTUENSIS ET SANCTAE RUFINAE

MUTATIONIS FINIUM DIOECESIUM

Quo pressius determinarentur fines, nonnullis in partibus, inter dioecesim Romanam ac dioecesim Portuensem et S. Rufinae, Emi ac Revmi Domini Thomas Pius Episcopus Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Boggiani ac Franciscus tit. S. Mariae Novae S. R. E. Presbyter Card. Marchetti-Selvaggiani, in Urbe Yicarius Generalis, Ssmo Domino Nostro Pio div. Prov. Pp. XI supplices preces porrexerunt ut nonnullae immutationes quoad limites praefatarum dioecesium inducerentur. Re autem mature perpensa, Sanctitas Sua, oblatis precibus benigne annuens, quae sequuntur commutationes circa fines dioecesis Romanae ac dioecesis Portuensis et S. Rufinae vi praesentis Consistorialis decreti, statuit atque decernit:

1. In territorio quod continetur inter viam *Aurelia* **et viam** *Boccea* **limites praefiniantur via** *Maglianella.*

2. Inter viam *Cassia* **et** *fosso della Crescenza* **fines determinentur via** *Grottarossa* **(a via** *Cassia* **ad viam** *Veientana);* **dein via** *Veientana* **(usque ad coniunctionem cum praesentibus terminis inter duas dioeceses) demum** *fosso di Fontanilelto* **quousque pariter coniungitur cum hodiernis finibus prope** *fosso della Crescenza.*

3. **In territorio sito inter viam** *Trionfale* **et viam** *Cassia* **limites duarum dioecesium protrahantur usque ad intersectionem viae** *Trionfale* **cum via** *Cassia.*

Quae autem superius decreta sunt, plenam, quoad omnes iuris effectus, vim obligandi a die 25 proximi mensis Aprilis huius anni obtinebunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die XVII **Martii 1934.**

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM:

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesiae de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

24 Martii 1934. — **Titulari episcopali Ecclesiae Candibensi praefecit R. D. Theophilum Bromboszcz, canonicam Capituli cathedralis Katovicensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Stanislai Adamski, Episcopi Katovicensis.**

5 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Cephaluden^, R. D. AemiUanum Cagnoni, archidioecesis Ravennatensis, Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis Cephaludensis.**

— Cathedrali Ecclesiae Uxentinae, R. D. Theodoricum De Angelis, Canonicum Paenitentiarium metropolitanae ecclesiae Beneventanae.

8 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Papiensi, R. D. ioannem Baptistam Girardi, Praefectum studiorum in Seminario Patavino.**

11 Maii. — **Titulari episcopali ecclesiae Memphitanae, R. P. D. Godefredum Zaccherini, hactenus Episcopum Aesinum.**

12 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis Quebecensis, R. D. Anastasium Forget, Vicarium generalem archidioecesis Marianopolitanae.**

26 Maii. — **Ecclesiae metropolitanae Adamantinae, R. P. D. Seraphinum Gomes Jardim, hactenus Episcopum Arassuahyensem.**

— Ecclesiae titulari episcopali Lysiniensi, R. D. Iosephum Ignatium Marquez, Vicarium generalem archidioecesis Angelorum, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Petri Vera y Zuria, Archiepiscopi Angelorum.

28 Maii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicopsitanae, R. D. Aloysium Stepinac, archidioecesis Zagabriensis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Antonii Bauer, Archiepiscopi Zagrabiensis.**

2 Iunii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Zalichehae, R. D. Franciscum Eberle, Vicarium generalem dioecesis Augustanae, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Iosephi Kumpfmulier, Episcopi Augustam.**

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

ALEXANDRIN. COPTORUM

I

DECRETUM

APPROBATUR. NOVA FORMULA BENEDICTIONIS ET IMPOSITIONIS QUINQUE' SCAPULARIUM PRO RITU ALEXANDRIN O COPTORUM.

Breviorem formulam, quae in Rituali Romano prostat ad benedicenda» et imponenda quinque Scapularia, Administrator Apostolicus Patriarchatus Alexandrini Coptorum in arabicam linguam transferri iteratis precibus ab hac Sacra Congregatione postulavit.

Haec vero Sacra Congregatio, utpote quae in novis etiam devotionibus, quae ad uberiorem pietatem fovendam florent, puritati et integritati Orientalium rituum pervigil studeat, maluit potius ut nova formula,, ritui alexandrum Coptorum magis respondens, exararetur.

Rei liturgicae igitur peritorum voto exquisito, infrascriptus huius- Sacrae Congregationis Cardinalis Secretarius, in audientia die 24 Ianuarii a. c. habita, hanc novam formulam Summo Pontifici probandam proposuit, qui eam apostolica Sua auctoritate confirmare dignatus est, mandans- ut in posterum haec formula unice sit adhibenda in benedictione et impositione quinque Scapularium, quorum indulgentiis et privilegiis fideles ritus alexandrini Coptorum augeantur.

Ex mandato igitur Ssmi Sacra haec Congregatio praesenti decreto- adnexam lingua latina exaratam formulam adprobat et publici iuris facit atque iubet eam pro fidelibus ritus alexandrini Coptorum adamussim servari.

Quam formulam praelaudatus Administrator Apostolicus copticis et arabicis typis edendam curabit in appendice proprii Euchologii ad usum sacerdotum totius Patriarchatus, qui debitam facultatem ab hac Sacra- Congregatione impetraverint.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregatione Orientalis, die 10 Martii 1934-

£8 A. Card. SINCERO, **Episcopus Praenest.,** *a Secretis.*

I. Cesarmi, *Adsessor~*

ORDO BENEDICENDI ET IMPONENDI QUINQUE SCAPULARIA SUB UNICA FORMULA SECUNDUM RITUM ALEXANDRINUM COPTORUM.

INITIUM

Facto de more signo crucis, sacerdos incipit:

Miserere nobis, Domine Omnipotens; Trinitas Sanctissima, miserere nobis. Deus virtutum, esto nobiscum, quia in difficultatibus et tribuíationibus nostris ad Te solum confugimus. Effice nos dignos qui dicamuss

Pater Noster...

Pax vobiscum...

BENEDICTIO

Sacerdos, ter signans Scapularia seu Numisma, dicit:

Benedictus sit Deus Pater Omnipotens. 3$. **Amen.**

Benedictus sit Filius eius Unigenitus £g **Iesus Christus Dominus Noster.** *J$.* **Amen.**

Benedictus sit Spiritus Sanctus gg Paracletus. 3$. **Amen.**

IMPOSITIO

Sacerdos, postquam Scapularia seu Numisma singulis fidelibus imposuerit, dicit:

Induimini tunicam veritatis et galeam salutis in obsequium Ssmae Trinitatis, in honorem ac memoriam venerandae et salutaris Passionis Domini Nostri Iesu Christi, in honorem Beatissimae et Immaculatae Matris Dei Virginis Mariae, sub Cruce adstantis et de Monte Carmelo, ut heredes efficiamini lucis vitae aeternae, virtute eiusdem Ssmae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti. 1$. Amen.

CONCLUSIO

Sacerdos, manus extendens super caput fidelium, dicit:

Inclinate capita vestra. 3$. Ante Te, Domine.

Oratio: **Magister, Domine Omnipotens, qui es in caelis et in animis sanctis praeparas habitaculum, viam servorum Tuorum (ancillarum Tuarum), quibus modo in Tuo nomine signum sacri habitus imposuimus, custodi immaculatam, eisque concede intentionem perfectam; animas eorum (earum) fove doctrinis vivificis et sanctis, virtutem adimplendi Tuam voluntatem eis impertire atque gratiam largire ut apud Te misericordiam inveniant. Per Filium Tuum Unigenitum Iesum Christum, per quem Tibi debetur honor et gloria et imperium cum Ipso et Spiritu Sancto et Vivifi-**

cante, Tibique consubstantiali, nunc et semper et in saecula saeculorum. 3$. Amen.

DIMISSIO

/Sacerdos deinde dicit:

Christe Domine, Eex pacis, da nobis pacem Tuam: in ea nos confirma et peccata nostra remitte. Te enim decet virtus, gloria, benedictio et honor in saecula saeculorum. *T$.* Amen.

Si uni tantum personae Scapularia (seu Numisma) sint imponenda, formula recitetur numero singulari.

II

APPROBATIO

Ssmus Dnus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis Orientalis, die 28 Februarii 1934, Constitutiones Congregationis Sororum Aegyptiarum a Ssmo Corde Iesu nuncupatarum, *ad septennium, experimenti gratia,* **approbavit.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TESTETEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI PETRI RENATI ROGUE PRESBYTERI E CONGREGATIONE MISSIONIS.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quam pulchrum spectaculum Deo—scribit Minucius Felix (Dial. Octavius) — quum christianus cum dolore congreditur, quum adversum minas et supplicia et tormenta componitur, quum strepitum mortis et horrorem carnificis irridens conculcai, quum ubertatem suam adversus reges et principes erigit; soli Deo, cuius est, cedit».

' Hanc vero mirabilem animi fortitudinem, quam in martyribus sibi coaevis vetus apologeta extoliebat, renovatam fulsisse conspicimus in Petro Eenato Rogue, Congregationis Missionis Presbytero. Is enim adver* sus minas fortiter restitit, carcerem et vincula cum gaudio est passus, immo et ipsam mortem, pro Christi Ecclesiae iuribus tuendis, sanguinem generose effundens, oppetiit.

Petrus Eenatus medio saeculo xvm in Britannia minori natus pie, a matre praesertim, quae mature suo viro viduata filii curam quam diligentissimam habuit, educatus fuit. Venetense collegium a S. Ivone celebravit, in quo bonis artibus incubuit. Vocanti Deo obsequutus, episcopale Venetense Seminarium est ingressus, ecclesiasticisque disciplinis rite excultus et anno 1782 sacerdotio initiatus, huius munia magno animarum emolumento exercuit. Quatuor post annos Congregationi Missionis se adiunxit^ et, tirocinio in principe Congregationis domo ad S. Lazari Lutetiae Park siorum incoepto, Venetias reversus, sacras disciplinas in Seminario docuit. Magisterio curam paroeciae S. Mariae du Mené, Seminarii ecclesiae adnexae, anno 1789 adiecit.

Exorta tunc immani gallica perturbatione, divina quaeque humanaque subvertente, delatum sibi iuramentum civilis constitutionis cleri edere recusavit: quin immo auctor fuit ut Seminarii superior, qui hoc se daturum promiserat, scripto promissionem retractaverit. Quum Augusto mense anno 1792 lege statutum fuerit ut sacerdotes, qui iuramentum hoc non edidissent, exilio multarentur, Seminarii superior, qui et parochus S. Mariae du Mené erat, in Hispaniam cum pluribus aliis sacerdotibus se contulit, animarum curam sponte Petro Renato suscipiente. Iusiurandum alterum « libertatis et aequalitatis » nuncupatum, eodem anno sub deportationis prius, sub mortis poena postea, sacerdotibus propositum quum non dedisset, ne plebs, cuius curam susceperat, in tantis periculis constituta, spiritualibus auxiliis destitueretur, nulla ratione se ab ea voluit sepa' rari, sed occulte delitescens sacrum ministerium hac illae omnibus spretis periculis exercebat. Anno .1794, impio et crudeli tyranno Eobespierre necato, in Morbihanensi districtu, relaxandae persecutionis causa, sacerdotibus, qui seu prius iusiurandum constitutionale, seu alterum « libertatis et aequalitatis » non praestitissent, tertium fuit delatum pacifice vivendi, et pacem ordinemque curandi; quod Servus Dei tuta conscientia Maio mense anno 1795 edidit. Verum Septembri mense eiusdem anni, quum omnibus sacerdotibus mandatum fuisset ut summam et omnimodam reipublicae legibus, quarum multae impiae et iniquae erant, obedientiam promitterent, Petrus Renatus huiusmodi promissionem edere recusavit. Post mensem, denuo ingravescente persecutione, quum severiores sanctio-

nés latae contra sacerdotes qui iuramenta non dedissent, quos *refractarios* appellabant, revocatae in actum fuissent, in iugi mortis periculo Petrus versabatur, quin tamen ab exercendo ministerio, licet clanculum, remitieret.

Nativitatis Domini pervigilio, circa horam serotinam decimam dum cuidam morienti Ss. Viaticum afferret, a duobus viris, quorum alter a matre Petri beneficiis cumulabatur, agnitus, et deprebensus, ad districtus Administratores fuit adductus. Dum impii et ingrati delatores ad milites evocandos pergerent, Administratores, apud quos magna in aestimatione Petrus habebatur, ei fugam capessere suadere sunt conati, quod Petrus, ne ipsi poena multarentur vel in alios presbyteros durius ageretur, noluit, eos tamen rogans ut sacras, quas deferebat, species consumere posset, quod ei est datum, reverentiae obsequium ipsis praebentibus. Tribus mensibus in húmido frigid o que carcere detentus, orationi iugiter incumbens, invictae patientiae et fortitudinis miranda exempla praebuit, consortes adloquio et sacerdotali, quo poterat, ministerio consolari non desistens. Die 1 Martii (undecima Ventosi) a publico accusatore uti sacerdos *refractarius* ad tribunal fuit transmissus. Itaque insequenti die a iudicibus interrogatus utrum iusiurandum civilis cleri constitutionis servandae praestiterit, negando magna constantia respondit; negavit pariter iusiurandum, quod « libertatis et aequalitatis » nuncupabant, se umquam dedisse. Interrogatus an fuisset deportatus, aut saltem e Gallia exsulasset, se numquam a Venetiis recessisse reposuit. Interrogatus apud quosnam permansisset, noluit eos patefacere. Asseruit quoque se ecclesiasticum ministerium iugiter exercuisse; promisisse quidem pacifice se habiturum et pacem publicumque ordinem curaturum, non vero submissionem et obedientiam reipublicae legibus, quarum plures impiae et iniquae. Impii iudices eum, uti *refractariwm,* capite damnaverunt. Haec omnia ex iudiciali sententia aliisque authenticis tribunalis actibus constant.

Audita sententia, Petrus Renatus, in genua procumbens elata voce exclamavit: « Gratias tibi ago, Deus meus, quoniam me pro fide mori dignum ducis, mortisque sententiam hoc ipso in loco audire, in quo pluries divini verbi, sacrumque ministerium exercui». Matrem quae christiana fortitudine aderat, pie salutavit. Totam noctem in oratione et captivitatis socios solando duxit; duasque epistolas scripsit, alteram matri suae, rogans ne eleemosynas quas delatoris farniliae erogare consueverat, subduceret; suis consodalibus, Venetiis absconditis, alteram, se eorum orationibus commendans. Tantam animi pacem hisce in adiunctis miles quidam admiratus, sequenti die animam sacramentan suorum peccatorum confessione expiavit.

Ad supplicinm cum duceretur, spirituale canticum in carcere a se exaratum, quasi aeternum *alleluia* **praecinens, decantavit, et, in concessae ex corde veniae signum, horologium delatori donavit.**

Hora post meridiem tertia, diei 3 Martii anno Domini 1796, dominica verba: « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum » pronuntians, •caput ferro laetanter submisit, sanctissima anima martyrum coetui triumphaliter inlata.

Plures ex adstantibus ad eius exuvias accurrentes, sanguinem linteolis collegerunt, et uti martyris reliquias venerantes servarunt.

Sacrum eius corpus in maiore urbis coemeterio statim sepultum fuit. Tanta autem sanctitatis fama gaudet Petrus Renatus, ut passim nunc •etiam «Sanctus Rogue» a Venetensi populo appelletur.

Haec sanctitatis fama, a documentis omni exceptione maioribus confirmata, causa fuit ut, vix adiuncta sivere, ordinaria auctoritate processus Venetiis confectus fuerit; quo rite apud hanc Sacram Congregationem examinato anno 1929 Ssmus D. *JS.* **Pius Papa XI introductionis Causae Commissionem sua manu obsignavit.**

Quum autem Causa haec inter historicas sit accensenda, iuxta novas iuris normas, loco Apostolici processus, Sacrae huius Congregationis Sectionis historicae studio et inquisitionibus documenta omnia fuerunt subiecta. Exinde patuit documenta haec authentica esse, plenissimam mereri fidem, et martyrium seu materiale, seu formale tum ex parte victimae tum ex parte persecutorum evidentissime constare. Quare Beatissimus Pater benigne decrevit ut, omissa Antepraeparatoria Congregatione, statim coram S. R. C. Cardinalibus dubium proponeretur: *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis Servi Dei Petri Renati Rogue in casu et ad effectum de quo agitur.* **Quae Congregatio in Vaticanis aedibus die 20 elapsi Martii mensis habita fuit. In Generali vero coram Ssmo D. N. die 10 mensis huius coacta Rmus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Relator idem proposuit dubium. Cui seu Rmi Cardinales, seu Officiales Praelati et Consultores pro sua conscientia responderunt. Beatissimus vero Pater, suffragiis omnibus attento animo exceptis, ut suum iudicium proferret, hanc selegit diem 22 Aprilis mensis, Dominicam III post Pascha, Deum, luminum Patrem interim deprecaturus.**

Quocirca Rfnos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Ponentem seu Relatorem nec non R. P. Salvatorem Catucci, Eidei generalem Promotorem meque infrascriptum Secretarium arcessiri iussit, et, Sacrosancto Eucharistico sacrificio devotissime litato, pronunciavit: *Ita constare de martyrio**

*et causa martyrii Se?*vi Dei Petri Renati Rogue ut, dispensatione ad normam can. I. G. 2116 % 2 a signis seu miraculis elargita, procedi possit ad ulteriora.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. E. C. referri mandavit.

Datum Eomae die 22 Aprilis a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

¿. ©S.

A. Carinci, *Secretarius,*

II

VEKETEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVI DEI PETRI RENATI ROGUE PRESBYTERI CONGREGATIONIS MISSIONIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii eiusque causae, necnon Apostolica dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem can. 2116, § 2 iuris canonici, **tuto** *procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servi Dei Beatificationem,*

Beatus Iacobus Ap. in Epistola catholica quae bis diebus legitur: « Omne gaudium, scribit, existímate, fratres mei, cum in tentationes varias incidentis: scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Pa» tientia autem opus perfectum habet» (lac. I, 1-4). Et: «Beatus vir qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae » (Ibid., I, 12). De patientia autem S. Cyprianus pertractans, «Patientia est, inquit, quae... facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra iniurias et contumelias mites: docet dehnquentibus cito ignoscere... persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat » (De bono patient.^ in Brev. Eom. II Noct. huius diei).

His insignem notis humillimum Vincentium a Paulo Deus superbienti, molli ac diris simul vexato malis xvn saeculo obiecisse videtur, ut ipse, veluti Christi imaginem in se referens, humilitatis, patientiae et caritatis perfectissimum exemplum exhiberet.

Quas virtutes veluti pretiosissimam hereditatem sibi a tanto Patre traditam ita filii filiaeque eius, in aevum servandam ac perennandam, fideliter susceperunt, ut numquam ex eis defuerint, qui praeter communem modum, Patris vestigia pressius sequuti, heroica sanctitate effulserint, immo etiam effuso pro Christo sanguine Ecclesiam illlustraverint.

Ee quidem vera hoc ipso sacro extra ordinem anno duas lectissimas Vincentii filias Ludovicam de Marillac Vid. Le Gras et Catharinam Labouré

Virginem, alteram inter Sanctas, inter Beatas alteram elatas conspeximus. Quibus de casta viduitate et liliali virginitate candidis coronis tertia purpurea de passione Ven. Petri Renati Bogue modo accedit, quam divino Redemptori Vincentiana familia laetabunda offert.

Venetiis in Britannia minori die 11 Iunii .1758 ex Claudio et Francisca Loiseau natus, eodem die in cathedrali ecclesia baptismalibus aquis fuit ablutus. Mortuo mature patre, omnimodam curam mater in filioli educationem impendit. Quo autem Mberahus puer educaretur, eum sacerdotibus, Venetense Collegium a S. Ivone moderantibus, tradidit, in quo is studiorum curriculum, quod classicum vocant, a. 1774 perfecit. Biennio post a Deo ad sacerdotium vocatus in dioecesanum Seminarium, Congregationis Missionis presbyteris concreditum, est ingressus, sacris initiatus et sacerdotio die 21 Septembris mensis anno 1782 auctus. Tanta pietate et prudentia visus est eminere, ut statim asceterii pro sacris mulierum exercitationibus capellanus fuerit renuntiatus.

Quatuor post annos, maioris perfectionis studio incensus, Congregationi Missionis adscribi enixe postulavit. Pii voti compos factus, inchoato Parisiis ad S. Lazari tirocinio, Venetias remigravit, sacrisque tradendis disciplinis Superiorum iussu cum laude incubuit. Anno vero 1788 sacra vota, iuxta Congregationis Missionis constitutiones, emisit. Sequenti anno, adhuc docendi munere retento, Superiori suo, in regenda paroecia S. Mariae *du Mené* **Seminario adnexa adiutor datus, plebem sibi commissam singulari prudentia, pietate, sedulitate summoque animarum lucro curavit.**

At maiora manebant bonum Christi militem certamina, ea ingruente temporum procella, quae exeunte saeculo xvm Galliam teterrime subvertit. Neutrum iusiurandum ad quod sacerdotes impia lege sub gravissimis poenis adigebantur, dare voluit. Quare, ne oves, in tanto discrimme desereret, sacro ministerio qua posset functurus, occultus Venetiis permansit usque dum a perfido viro, cuius familiam eius mater beneficiis cumulaverat, Nativitatis Donimi pervigilio anno 1795 sacrum Viaticum ad infirmum deferens proditus est. Districtus Administratoribus traditus, in tetrum detrusus est carcerem, qui ob martyrii spem factus est ei iucundus.

Duobus mensibus post, ad tribunal adductus, fortiter sua in Ecclesiam Christi fidelitate asserta, pia matre adstante, uti sacerdos *refraetarius* **capite damnatus est. Sequenti die, tertia Martii mensis anno 1796 optatissimam martyrii palmam exsultanti animo, aetatis suae anno trigesimo octavo, est consecutus.**

Sicut Christi vitam vixerat, ita et monens eius imaginem in se consummavit.

Equidem summi Sacerdotis, Christi, fidelis minister sacris muniis

sibi commissis sanctissime est perfunctus. In carcere detentus tanta pace et patientia enituit, ut e custodientibus militibus alter, bis commotus, suorum scelerum paenitentiam egerit. Martyr noster, ut olim Christus, proditas, Regis Martyrum ad exemplum et ipse magno animo inimicis ignoscens, dum ad supphcium duceretur, proditori, in veniae pignus, munusculum sibi earum dono dedit, pro eiusque familia matris suae caritatem et beneficia imploravit. Matrem vero suam, rursum ut Christus, pie commendavit amicis. Iisdem quoque ac Christus verbis spiritum suum Deo commendavit. Sed et illud memorandum, ad mirabilem eius simihtudinem explendam, quod quemadmodum, mortuo Christo, milites e monte descendentes *(.(Vere Filins Dei erat iste* **» dicebant, mortuo Petro Renato, mihtes, qui eum ad supplicium duxerant: «** *Non homo sed Angelus erat iste* **» fassi sunt. Tanta est Martyrum ad praedicandam suo sanguine fidem efficacia!**

« Etenim capita detruncata — praeclare de Ss. Mm. Iuventino et Maximo scribit Chrysostomus — tunc diabolo magis terribilia erant, quam cum vocem darent, sicut et caput Ioannis non tantum terrebat cum loqueretur, quantum cum in disco mutum afferretur. Habet enim et sanctorum sanguis suam vocem, quae non per aures auditur, sed occidentium conscientiam invadit et perstringit».

Martyris nostri sepulcrum factum est gloriosum et peregrinantium agmina veluti ad victoriae trophaeum eo accurrunt.

Merito itaque de supremis honoribus tanto viro decernendis agi opportuno tempore coeptum est. Porro martyrium luculentissime sive ex ipsis documentis a tribunali exaratis eruitur, sive ex ceteris documentis, quorum authentia iuridice ab historica S. R. C. Sectione recognita est, nec non ex aliis iuridicis probationibus.

Quibus fulgide emergit tanti viri nobilis memoria. Is enim vitae sanctitate, qua se martyrii gratiae paraverat, tum fidelibus omnibus, tum praecipue sacerdotibus animarum curam gerentibus mirabile praestat exemplum. In morte vero forti animo obeunda, Christo testimonium sanguinis reddidit, praesertim heroico fidelitatis obsequio, quo Romani Pontificis, eius Vicarii, mandatis ad catholicae Ecclesiae defensionem obtemperavit.

Posito solido hoc historico et iuridico fundamento, facilis strata est via ad huius nobilissimae Causae pertractationem.

Anno 1929 Causa apud S. H. C. introducta fuit: Historicae Sectionis super documentis omnibus studium, Apostolici processus locum tenuit ad normam Motus proprii Ssmi D. JST. - Antepraeparatoria Congregatio ex benigna Apostolica dispensatione habita non fuit. Praeparatoria habita est die 20 Martii; Generalis vero coram Ssmo D. N. die 10 mensis huius, dieque 22 editum pro veritate Martyrii decretum.

Ad complendam actorum seriem novissime discutiendum erat dubium: *An stante approbatione martyrii eiusque causae, nec non Apostolica dispensatione a signis seu miraculis ad normam canonis 2116 § 2 iuris canonici* **tuto** *procedi possit ad eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.* **Quod dubium Emus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte Episcopus Ostien. et Albanen.. Causae Ponens seu Eelator, in Generalibus Comitiis S. H. C. coram Ssmo D. N. die 24 huius mensis habitis discutiendum proposuit. Cui omnes, quotquot aderant, Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores affirmative responderunt. Beatissimus vero Pater Suam definitivam sententiam aperire in hodiernam diem distulit, 29 Aprilis mensis, Dominicam IV post Paschalia gaudia.**

Eapropter ad Se Rmos Cardinales Camillum Laurenti S. R. O. Praefectum et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatorem nec non R. P. Salvatorem Uatucci Eidei Promotorem generalem meque infrascriptum Secretarium acciri mandavit, et, divina Hostia sancte litata, edixit: *Tuto procedi posse ad sollemnem Ven. Petri Renati Rogue Beatificationem.* **Hoc autem decretum promulgari in acta S. R. C. referri, Litterasque, Apostolicas sub anulo Piscatoris de Beatificationis soUemniis, quum primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit.**

Datum Romae die 29 Aprilis a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

Ii. **£8 S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

PRECES, POST PRIVATAE MISSAE CELEBRATIONEM RECITANT)AE, INDULGENTIIS LOCUPLETANTUR.

DECRETUM

Ssmus D. *IS.* **Pius divina Providentia Pp. XI, benigne excipiens humiles plurium sacerdotum postulationes poscentium ut Sanctitas Sua amplioribus indulgentiis dignaretur ditare orationes illas, quae, iussu s. m. Leonis Pp. XIII, in omnibus Orbis ecclesiis post privatae Missae celebrationem flexis genibus sunt recitandae, ad incitamentum quoque fidelium qui Missae intererunt, ne ab ecclesia discedant antequam sacerdos omnia compleverit quae sacra Liturgia ipsi absolvenda mandat et antequam ipsi simul cum sacerdote easdem persolverint orationes, in audientia diei 18 huius mensis infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, paterna liberalitate piam ac devotam praefatarum precum recitationem** *decem annorum indulgentia* **locupletavit, mandavitque ut tanta elargitio publici iuris fieret.**

Haec autem decrevit, servata quoque septem annorum partiali indulgentia, quae ex concessione s. r. Pii Pp. X gaudet precatiuncula «Cor Iesu sacratissimum, miserere nobis » ter cum sacerdote flexis genibus pariter post Missae celebrationem a fidelibus repetita. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 30 Maii 1934.

L. **Card.** LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius.*

II

PRECULAE QUAEDAM IN HONOREM SSMI SACRAMENTI INDULGENTIIS DITANTUR.

DECRETUM

Ut queant velintque fideles in divinissimum Altaris Sacramentum iugibus (quanta humana fragilitas sinit) devotisque adspirationibus animum et cor intendere, maxime opportunum visum est breves nonnullas preculas, quae mediis etiam in quotidianis occupationibus facile repeti possint, eisdem proponere, peculiaribus hunc in finem indulgentiis auctas. Quare, instante infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die 1 huius mensis eidem impertita, benigne concedere dignatus est, ut oratiunculis, ex eucharistica liturgia vel invecta populi consuetudine desumptis, quae infra indicantur, sequentes indulgentiae, suprema Sua auctoritate, edicantur adnexae; nempe ut

a) *Antiphonae cum versu et oratione*

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria] passionis ejus; mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur.

T. **Panem de caelo praestitisti eis;**
Omne delectaméntum in se habentem.

Oremus

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirabili passionis tuae memoriam reliquísti; trihue, quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sécula saeculorum. Amen.

Indulgentia partialis septem annorum **adnectatur, si eadem pia mente et saltem corde contrito recitetur;**

Indulgentia plenaria, **suetis conditionibus lucranda, si per integrum continuum mensem quotidie recitata fuerit;**

b) *Invocationi*

O salutaris Hostia
Quae caeli pandis ostium,
Bella premunt hostilia;
Da robur, fer auxilium.

Uni trinó que Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine término
Nobis donet in patria. Amen.

Indulgentia partialis quinque annorum et *indulgentia plenaria* ut supra;

c) *Laudationi populari, quae italice ita se habet:*

Vi adoro ogni momento,
O vivo Pan del ciel, gran Sacramento.

Indulgentia partialis trecentorum dierum et *indulgentia plenaria* ut supra.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 4 Iunii 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius,*

ACTA OFFICIORUM

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

DECRETUM

DE USU VERSIONUM SACRAE SCRIPTURAE IN ECCLESIIS.

Proposito ab Excmo Episcopo Buscoducensi, nomine etiam ceterorum Excmorum Episcoporum provinciae ecclesiasticae neerlandicae, sequenti dubio:

Utrum permitti possit in ecclesiis populo praelegi pericopas liturgicas Epistolarum et evangeliorum secundum versionum non ex « veteri vulgata latina editione», sed ex textibus primigeniis sive graecis sive hebraicis?

Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

Negative; sed versio Sacrae Scripturae christifidelibus publice praelegatur quae sit confecta ex textu ab Ecclesia pro sacra liturgia approbato.

Die autem 30 Aprilis 1934, in audientia infrascripto Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI praedictum responsum ratum habuit et publici iuris fieri mandavit.

Ioannes Baptista Frey, C. S. Sp.
Consultor ab Actis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 2 Maggio 1934, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in udienza solenne S. E. **il Sig.** WILLIAM B, MACULÂT, **Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dello Stato Libero d'Irlanda, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 1 Maggio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Congregazione dei Sacri Riti *Generale,* **nella quale gli Eoli e Revnii Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi hanno discusso e dato il loro voto sul** *tuto* **per la solenne beatificazione della Venerabile Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.**

Martedì, 8 Maggio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria,* **nella quale dagli Emi e Revfiii Signori Cardinali e dai RevrBi Prelati, facenti parte della medesima, sono state discusse le seguenti materie:**

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Francesca Schervier, del Terz'Ordine di San Francesco e fondatrice dell'Istituto delle Povere Suore di San Francesco.

% Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Teresa di Soubiran, fondatrice della Congregazione di Maria Ausiliatrice.

3. Revisione degli scritti del Servo di Dio D. Placido Riccardi, sacerdote dell'Ordine di San Benedetto.

4. Revisione degli scritti del Servo di Dio P. Carlo di S. Andrea, sacerdote professo della Congregazione dei Passionisti.

5. Revisione degli scritti del Servo di Dio Paolo Pio Perazzo, del Terz'Ordine di S. Francesco.

6. Revisione degli scritti della Serva di Dio Francesca Anna Civer Carbonell, dell'Istituto delle Suore della Carità.

•An. et yol. XXVI 14 Iulii 1934 (Ser. II, T. I) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

DE FORMULIS PRECUM AB ORIENTALIBUS ADHIBENDIS AD LUCRANDAM INDULGENTIAM S. IUBILAEI REDEMPTIONIS.

Quanti semper fecerint Romani Pontifices venerabiles ritus orientales, praeclara documenta, diversis edita temporibus, luculenter demonstrant atque testantur. Inter haec certe eminet novissima Apostolica Constitutio *Quod superiore anno* die 2 Aprilis huius anni data, qua ad universum catholicum orbem Iubilaeum Eedemptionis extenditur; per ipsam namque peculiares normae praevidentur pro fidelibus rituum orientalium, qui, in iubilaribus visitationibus perficiendis, « iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur ».

Ad hanc pontificiam praescriptionem in effectum deducendam, Sacra haec Congregatio, peritorum rebus liturgicis audita sententia, singulis quibusque ritibus consentaneas formulas con-

cinnandas curavit atque per praesens Decretum publici iuris facit.

Quae formulae, iuxta cuiuscumque gentis morem, suis linguis liturgicis vel vernaculis exaratae atque heic adpositae una cum latina versione, adamussim servandae erunt quotiescumque publice et gregatim sacrae iubilares visitationes a fidelibus orientalibus una cum sacerdotibus suis perficientur.

Quodsi privatim aut singulatim pium exercitium peragatur, tunc fideles uti poterunt sive formulis supra probatis, lingua liturgica propria vel vulgari, sive etiam aliis precibus, quae, in casu, indoli et formae cuiuscumque ritus, quoad fieri possit, conformes, a suo cuiusque Ordinario statuentur.

Firmis tamen manentibus caeteris conditionibus et praescriptionibus dictae Constitutionis Apostolicae et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 3 Aprilis, a. 1934.

A. Card. **SINCERO**, Episcopus Praenestinus,
a Secretis.

L. © s.

I. Cesarmi, *Adsessor.*

NORMAE SEQUENDAE

1. - Iuxta Constitutionem Apostolicam *Quod superiore anno (A.A. S.,* **1934, pp. 139-140), tempus utile ad acquirendam Indulgentiam sancti Iubilaei ad totum terrarum orbem extensi, a die octava Paschatis anni 1934 usque ad diem octavam Paschatis anni 1935 decurrit. Nulla habita est ratio discriminis inter kalendarium iulianum et gregorianum; suum enim quisque populus sequetur.**

2. - Latini ritus octavae liturgicae penes Orientales respondet cyclus festivus qui etiam ad Ascensionem usque protenditur, discrimine tamen quodam inter varios ritus intercedente : exempli causa, apud Syros cyclus festivus ad quintam Dominicam post Pascha exclusive extenditur ; apud gentes vero ritus byzantini usque ad Apolysim Liturgiae feriae IV ante Ascensionem ; quae omnia Revmi locorum Ordinarii in fidelium notitiam deducenda curabunt.

3. - Formulas potioribus linguis liturgicis impressas et heic appositas, Patriarchae aliique Ecclesiarum Ordinarii in vernaculas linguas (arabicam, italicam, bulgaricam, albanensem, etc.), si id opportunum in fidelium commodum visum fuerit, transferendas curabunt.

4. - Pro Ecclesiae visitationibus privatim faciendis, aut non interveniente sacerdote, fidelibus fas esto eisdem formulis uti, aliisve ab Ordinariis opportune designatis, quae tamen inter magis usitatas proprii ritus et unicuique populo notas, quantum fieri potest, eligantur.

5. - Ad normam citatae Constitutiones Apostolicae (pp. 141-142), fideles rituum orientalium, extra territorium proprii Ordinarii commorantes, uti poterunt formulis hic typis impressis, vel precibus a proprio Ordinario statutis, vel denique iis, quae apud fideles latini ritus in usu sunt.

6. **- Quotiescumque orientalium rituum fideles, qui extra proprium territorium versantur, latinis fidelibus consociantur in peragendis sancti Iubilaei visitationibus, horum preces adhibere valeant ; in proprio autem territorio, eas tantum, quas Ordinarius probaverit.**

7. - Quoad caetera, quae preces minime spectant, Orientales quoque Constitutionis Apostolicae normas sancte custodiant.

I

PRO RITU ALEXANDRINO

A. - COPTORUM

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, unius Dei. Kyrie, eleison; Kyrie, eleison, Benedic, Domine. Amen. Alleluia.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

Fac nos dignos qui dicamus cum gratiarum actione: Pater noster... sed libera nos a malo; per Christum Iesum Dominum nostrum.

Deinde Sacerdos exorditur ab oratione gratiarum actionis:

Sacerdos: **Gratias agamus bonorum Auctori misericordi, Deo Patri Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quia ipse protexit nos, adiuvit et servavit nos, suscepitque nos ad se, misertus est nostri, perduxitque nos ad hanc horam. Ipsum nunc precemur, ut custodiat nos hoc sancto die et omnibus diebus vitae nostrae, in omni pace, Omnipotens Dominus Deus noster.**

Diaconus: **Ad orationem state.**

Populus dicit: **Kyrie, eleison.**

Sacerdos: **Domine Deus omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus Tibi de omnibus, et propter omnia, et in omnibus, quia protexisti nos, adiuvisti nos, conservasti nos, suscepisti nos ad Te, et misertus es nostri, auxilium dedisti nobis, et ad hanc horam nos perduxisti.**

Diaconus: **Orate ut Deus misereatur nostri, ut commisereatur nostri, ut audiat nos, ut adiuvet nos, ut accipiat orationes et supplicationes Sanctorum Suorum pro nobis, pro nostro bono et in omni tempore, ut dimittat nobis delicta nostra, ut reddat nos dignos qui accipiamus, per communionem sanctis et benedictis mysteriis Suis, remissionem peccatorum nostrorum.**

Populus: **Kyrie, eleison.**

Sacerdos: **Eapropter petimus et obsecramus bonitatem Tuam, o Amator hominum, ut concedas nobis hunc diem sanctum, et omnes dies vitae nostrae in pace cum timore Tuo transigere. Omnem invidiam, omnem tentationem, omnem operationem Satanae, et consilium hominum improborum impetumque hostium tum oceultorum quam manifestorum, depelle a nobis, ab omni populo Tuo et ab hoc loco sancto: quae autem bona,**

ⲞⲨ ⲦⲀⲜⲒⲤ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲰⲂⲎⲖⲀⲖⲒⲞⲚ ⁘

Ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ ⲫⲓⲱⲧ: ⲛⲉⲙ ̀ⲡϣⲏⲣⲓ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛ̂ⲁ
ⲉⲑ̂ⲩ: ⲟⲩ ⲛⲟⲩϯ ̀ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲕ̂ⲉ: ⲕ̂ⲉ ⲉⲩⲗⲟⲅⲏⲥⲟⲛ ⁘
ⲁⲙⲏⲛ ⁘ ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩⲓⲁ ⁘

Ⲇⲟⲝⲁ Ⲡⲁⲧⲣⲓ ⁘ ⲕⲁⲓ Ⲩⲓⲱ ⁘ ⲕⲁⲓ ⲁⲅⲓⲱ
Ⲡⲛⲉⲩⲙⲁⲧⲓ ⁘ ⲕⲁⲓ ⲛⲩⲛ ⁘ ⲕⲁⲓ ⲁⲉⲓ ⁘ ⲕⲁⲓ ⲉⲓⲥ
ⲧⲟⲩⲥ ⲁⲓⲱⲛⲁⲥ ⲧⲱⲛ ⲁⲓⲱⲛⲱⲛ ⁘ ⲁⲙⲏⲛ ⁘ ⲁⲗⲗⲏ//
ⲗⲟⲩⲓⲁ ⁘

Ⲁⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀ ̀ⲡϣⲁ ⲉⲛϫⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲉⲡ//
ϩⲙⲟⲧ ⁘ Ϫⲉ Ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲧ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ ⁘ ⲙⲁⲣⲉ//
ϥⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⁘ ⲙⲁⲣⲉⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲕⲙⲉ//
ⲧⲟⲩⲣⲟ ⁘ ⲡⲉⲧⲉϩⲛⲁⲕ ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲓ ⁘ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ϧⲉⲛ ̀ⲧⲫⲉ ⲛⲉⲙ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⁘ ⲡⲉⲛⲱⲓⲕ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲥϯ ⲙⲏⲓϥ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲭⲁ̀ⲛ
ⲛⲏ̀ⲉⲧⲉⲣⲟⲛ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ: ⲙ̀ ⲫⲣⲏϯ ϩⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲭⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲛ ⲉ̀ ⲣⲱⲟⲩ ⁘ Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉ//
ⲣⲉⲛⲧⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⁘ ϧⲉⲛ Ⲡⲭ̂ⲥ Ⲓⲏ̂ⲥ ⲡⲉⲛⲟ̂ⲥ ⁘

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲙⲁⲣ//
ⲕⲟⲥ ⁘

Ⲙⲁⲣⲉⲛϣⲉⲡϩ̀ⲙⲟⲧ ⲛ̀ ⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲣⲉϥⲉⲣⲡⲉ//
ⲑⲛⲁⲛⲉϥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ ⲛⲁⲏⲧ ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̂ⲥ: ⲟⲩⲟϩ
ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⁘ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̂ⲥ ⲡⲭ̂ⲥ . ϫⲉ

quae placita sunt, nobis iube. Tu enim ipse es, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, omnemque virtutem inimici. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, per gratiam et misericordiam, amoremque erga homines Filii Tui Unigeniti Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, per quem Tibi debetur honor, gloria et imperium, cum Ipso, et Spiritu Sancto vivificante, Tibique eonsubstantiali, nunc et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen. *(Ex ordine communi Liturgiae, qui habetur in principio Liturgiae S. Basilii; Renaudot, Liturgiarum orientalium collectio, ed. Francofurti 1847, I, 2: versio locupletata).*

Tunc ab omnibus recitatur Psalmus SO: **Miserere mei, Deus...**

Deinde dicitur Oratio pro Ecclesia.

Sacerdos: **Oremus Deum Omnipotentem, Patrem Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Eogamus et obsecramus bonitatem Tuam, o Amator hominum. Memento, Domine pacis, unicae illius Tuae sanctae, catholicae et apostolicae Ecclesiae, quae a finibus ad fines usque terrae diffunditur: omni populo et terris benedic.**

Diaconus: **Orate pro pace Ecclesiae orthodoxae Dei, unae, unicae, sanctae, catholicae et apostolicae.**

Sacerdos: **Quae pertingit a finibus orbis terrarum usque ad fines. Populis omnibus et gregibus omnibus: benedic eis; pacem de caelis da** in **corda nostra omnium, sed etiam aliam pacem huiusce vitae dona nobis etiam propitius. Reges, consiliarios, populos, vicinos nostros, intrantes ad nos et exeuntes a nobis: consolare eos in omni pace. Rex pacis, dona nobis Tuam pacem. Omnia enim donasti** nobis: **acquire nos Tibi, Deus, quia non cognoscimus alium extra Te. Nomen sanctum Tuum narramus. Vivant animae nostrae per Spiritum [Sanctum Tuum, et ne praevaleat super nos servos Tuos mors peccatorum, neve super populum Tuum universum.**

Populus dicit: **Kyrie, eleison.**

Deinde subiungit orationem pro Patribus: Papa [et Patriarcha] et Episcopis.

Sacerdos: **Iterum igitur rogemus Deum Omnipotentem, Patrem Domini nostri et Dei nostri et Salvatoris nostri Iesu Christi. Rogamus et obsecramus benignitatem Tuam, amator hominum: memento, Domine, Pontificis nostri Papa Anba Pii, [et Patriarchae nostri Patris gloriosi archiepiscopi Anba N.].**

Diaconus dicit: **Orate pro Pontifice nostro Papa Anba Pio, [et Patriarcha Domino N., archiepiscopo magnae civitatis Alexandriae], et orthodoxis episcopis nostris.**

Sacerdos dicit: **In custodia custodi eum nobis multitudinem annorum**

ⲁϥⲉⲣⲥⲕⲉⲡⲁⲍⲓⲛ ⲉϫⲱⲛ: ⲁϥⲉⲣⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲛ: ⲁϥ=
ⲉⲣⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ ⲁϥϣⲟⲡⲧⲉⲛ ⲉⲣⲟϥ: ⲁϥϯⲁⲥⲟ ⲉⲣⲟⲛ:
ⲁϥϯ ⲧⲟⲧⲉⲛ: ⲁϥⲉⲛⲧⲉⲛ ϣⲁ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲑⲁⲓ: ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ⲉⲣⲟϥ: ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ=
ϥⲁ̀ⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ: ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲑⲩ̅ ⲫⲁⲓ: ⲛⲉⲙ
ⲛⲓ ⲉϩⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲱⲛϧ: ϧⲉⲛ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ
ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲡⲟ̅ⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ:

Ⲟ Ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⳾

Ⲟ Ⲗⲁⲟⲥ ⳾ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⳾

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲫⲏⲛⲃ ⲡⲟ̅ⲥ ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛ=
ⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ:
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̅ⲥ ⲡⲭ̅ⲥ: ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀
ⲧⲟⲧⲕ: ⲕⲁⲧⲁ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ϫⲉ ⲁⲕⲉⲣ=
ⲥⲕⲉⲡⲁⲍⲓⲛ ⲉϫⲱⲛ: ⲁⲕⲉⲣⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲛ: ⲁⲕⲁ̀ⲣⲉϩ
ⲉⲣⲟⲛ: ⲁⲕϣⲟⲡⲧⲉⲛ ⲉⲣⲟⲕ: ⲁⲕϯⲁⲥⲟ ⲉⲣⲟⲛ: ⲁⲕϯ=
ⲧⲟⲧⲉⲛ: ⲁⲕⲉⲛⲧⲉⲛ ϣⲁ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲑⲁⲓ ⳾

Ⲟ Ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲧⲱⲃϩ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱ=
ⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓ ⲛ̀ ⲛⲓ
ϯϩⲟ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓ ⲉⲑⲩ̅ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛ̀
ⲧⲟⲧⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲉⲡⲓ ⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ
ⲛ̀ⲧⲉϥⲭⲁ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ: ⲛ̀ϯⲉϥⲁⲓⲧⲉⲛ ⲛ̀
ⲉⲙⲡ̀ϣⲁ ⲉⲑⲣⲉⲛϭⲓ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲛⲉϥⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲩ̅ ⲉⲧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ: ⲉ ⲡⲓ ⲭⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⳾

Ⲟ Ⲗⲁⲟⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⳾

et tempora tranquilla, ut perficiat sanctum quem commisisti ei pontificatum secundum voluntatem TUam sanctam et beatam, ut dispenset verbum veritatis in directione, ut pascat populum Tuum in sanctitate et veritate. Et episcopis omnibus orthodoxis et presbyteris et diaconis et multitudini universae Tuae unius solius sanctae catholicae apostolicae Ecclesiae, concede ipsis nobiscum pacem et salutem ex omnibus locis. Orationes autem eorum^ quas faciunt pro nobis et pro populo Tuo universo, et nostras etiam pro ipsis suscipe super altare Tuum sanctum, rationale, in odorem suavitatis, et inimicos eorum quidem visibiles et invisibiles, contere eos et humilia sub pedibus eorum celeriter, ipsos autem custodi in pace et sanctitate et iustitia in Ecclesia Tua sancta.

Populus dicat: **Kyrie, eleison.**

Deinde dicitur Oratio pro congregationibus nostris:

Sacerdos: **Iterum rogemus Deum Omnipotentem, Patrem Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Eogamus et obsecramus bemgnitatem Tuam, amator hominum: memento, Domine, congregationum nostrarum: benedic eis.**

Diaconus: **Orate pro sancta ecclesia hac et pro congregationibus nostris.**

Sacerdos: **Da ut sint nobis non impeditae, non prohibitae, ut faciamus eas secundum voluntatem Tuam sanctam et beatam; (sint) domus orationis, domus sanctitatis, domus benedictionis. Concede nobis eas, Domine, et servis Tuis, qui veniunt post nos usque in saecula. Surge, Domine, dispergantur inimici Tui omnes, aufugiant ante conspectum Tuum omnes qui oderunt nomen sanctum Tuum; populus autem sit in benedictione millium mille et decem millium decies mille, omnes qui faciunt voluntatem Tuam. Per gratiam, clementiam et amorem erga homines Filii Tui Unigeniti, Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, per quem Tibi debetur honor, gloria et imperium, cUm Ipso et Spiritu Sancto vivificante, Tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen.**

Tunc surgunt omnes et dicunt Symbolum fidei: **Credimus in unum Deum....**

Deinde Sacerdos adolet Crucem thure, dicens; **Adoramus Te, Christe, cum Patre Tuo bono et Spiritu Sancto, quia venisti et salvasti nos. Iesus Christus hodie, heri et in saecula, una Persona. Eum adoremus, Eum glorificemUs. Exáltate Dominum Deum nostrum et adorate Eum in monte Suo sancto: exáltate Dominum Deum nostrum et adorate scabellum pedum eius** *[Ps. XCVIII, 5. Ex Officio feriae V Maioris Hebdomadis et ex Ordine pro festo SS. Crucis: Rituale, ed. Tulclii, Romae 1763, p. 651).*

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ϯⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓ//ⲣⲱⲙⲓ: ⲙⲏⲥ ⲛⲁⲛ ⲉⲑⲣⲉⲛϫⲱⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ ⲡⲁⲓ ⲕⲉ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲑⲩ̅ ⲫⲁⲓ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲱⲛϧ: ϧⲉⲛϩ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲕϩⲟϯ: ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⳾ Ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲉⲛⲉⲣⲅⲓⲁ̀ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̀ ⲥⲁⲧⲁⲛⲁⲥ: ⲡ̀ ⲥⲟϭⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲣⲱⲙⲓ ⲉⲩϩⲱⲟⲩ: ⲡ̀ ⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ϫⲁϫⲓ: ⲛⲏ ⲉⲩϩⲏⲡ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲑⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⳾ Ⲁⲗⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟⲛ: Ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ϯ ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲑⲁⲓ ⳾ Ⲛⲏ ⲇⲉ ⲉⲑⲛⲁ//ⲛⲉⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲉⲣⲛⲟϥⲣⲓ ⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⳾ Ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲁⲕϯ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ϩⲱⲙⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲓ ϩⲟϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ϭⲗⲏ: Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϯ ϫⲟⲙ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ϫⲁϫⲓ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ ⲡⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⳾ Ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲓ ⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⳾ ϧⲉⲛ ⲡⲓ ϩⲙⲟⲧ: Ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲙⲉⲧ//ϣⲉⲛϩⲏⲧ ⳾ Ⲛⲉⲙ ϯ ⲙⲉⲧⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕ//ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ ϣⲏⲣⲓ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⳾ Ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ//ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⳾ Ⲉⲣⲉ ⲡⲓ ⲱ̀ⲟⲩ: Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲧⲁⲓⲟ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲁ̀ⲙⲁϩⲓ ⳾ Ⲛⲉⲙ ϯ ⲡⲣⲟⲥⲕⲩⲛⲏⲥⲓⲥ ⳾ ⲉⲣⲡ̀ⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ ⲛⲉⲙⲁϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⲛ̀ ⲟ̀ⲙⲟⲟ̀ⲩⲥⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁⲕ: ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ϯⲉ ⲛⲓ ⲉⲛⲉϩ ϯⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲙⲏⲛ ⳾

Ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓ Ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲛ̅ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓ ⲟⲩⲏⲃ ϫⲱ ⲙ̀ ϯ ϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ ⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ ⲛⲓϣϯ: ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: ⲉ̀ⲧⲉ ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ⳾

Sacerdos extollens Crucem, benedicit populum, dicens: **Deus noster, miserere nobis et magnam misericordiam exerce in nobis. Audi nos, benedic nobis, custodi nos, in adiutorium nostrum intende, iram Tuam a nobis averte; visita nos per salutem Tuam et dimitte nobis peccata nostra.**

Populus: **Amen; Kyrie, eleison.** *(Ex Liturgico: Oblatio incensi vespertini et matutini, circa medium. Ed. Cairi 1898, f. 26-27).*

Deinde Sacerdos dicit sequentia, et populus respondet: **Kyrie, eleison:**

Te obsecramus, Christe Dens noster.

Ecclesiae Tuae, Domine, fundamentum confirma.

Charitatis nobis concordiam radicitus insere.

Fidei veritatem auge.

Pii Tui cultus viam rectam nobis dirige.

Pastores robora.

Eos qui pascuntur, securos praesta.

Da clero morum honestatem.

Monachis temperantiam.

Illis qui virginitatem servant, temperantiam.

Illis qui sunt in honorabili coniugio, bonam vitam.

Illis qui in paenitentia sunt, misericordiam.

Divitibus bonitatem.

Indigentibus adiutorium.

Pauperibus auxilium.

Senes robore accinge.

Iuvenes temperantes effice.

Infideles converte.

Comprime Ecclesiae Schismata.

Haereseon fremitus destrue.

Nos omnes ad pii cultus Tui concordiam coniunge. *(Ex Liturgico: Anaphora S. Gregorii. Ed. Cairi 1898, p. 34-35. — Renaudot, I, 99).*

Sacerdos subiungit orationem sequentem:

Gratias agimus Tibi, Christe Domine Deus noster, Verbum Dei verum, qui es ex substantia Patris principium non habentis, quoniam tantopere dilexisti nos, et dedisti Teipsum pro salute nostra immolatum. Concede nobis per immaculatam Corpus Tuum, et pretiosum Tuum sanguinem redemptionem: [...] sicut aperuisti nobis viam vitae, et viam ad caelum indicasti, Tu qui servos Tuos tantis beneficiis cumulasti. Tu igitur, Domine bone, amator hominum, conserva in nobis beneficium gratiae Tuae, ut non intres in iudicium nobiscum, ut non incidamus in iudicium, sed sis nobis ad quietem gloriae, ad obtentionem vitae, ad regenerationem animae et puritatem corporis: ut in Te vivanms, ut Tu sis cibus noster

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ Ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁ//
ⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲟϩ
ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⁘

Ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁ//
ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⁘

Ⲁⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ ⲛ̀ ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲟⲩⲓ̀
ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲛ̀ⲕⲁⲑⲟ̀ⲗⲓⲕⲏ ⁘ Ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁⲡⲟ//
ⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲕⲕ̀ⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⁘

Ⲟⲩ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉϥϫⲟⲥ ⁘ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲩ̀ⲡⲉⲣ
ⲧⲏⲥ ⲉⲓⲣⲏⲛⲏⲥ ⲧⲏⲥ ⲁⲅⲓⲁⲥ ⲙⲟⲛⲏⲥ ⲕⲁⲑⲟⲗⲓ//
ⲕⲏⲥ ⲕⲁⲓ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏⲥ ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲩ ⲧⲟⲩ Ⲑⲉⲟⲩ
Ⲉⲕⲕ̀ⲗⲏⲥⲓⲁⲥ ⁘

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲑⲁⲓ ⲉⲧϣⲟⲡ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲁⲩ//
ⲣⲏϫⲥ ⲛ̀ ϯ ⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ϣⲁ ⲁⲩⲣⲏϫⲥ ⁘

Ⲛⲓ ⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲟ̀ϩⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲥⲙⲟⲩ
ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ: ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ϯ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓ ⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⁘

Ⲙⲏⲥ ⲉ̀ϧⲣⲏⲓ ⲉ̀ ⲛⲉⲛϩⲏⲧ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉⲙ
ϯ ⲕⲉ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲃⲓⲟⲥ ⲫⲁⲓ: Ⲁⲣⲓⲭⲁⲣⲓ//
ⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ ⲙⲟⲥ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ ϩⲙⲟⲧ ⁘ Ⲛⲓ ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛⲓ
ⲥⲟϭⲛⲓ: ⲛⲓ ⲙⲏϣ: ⲛⲉⲛⲑⲉϣⲉⲩ: ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲙⲟϣⲓ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲙⲟϣⲓⲉ̀ⲃⲟⲗ: ⲥⲉⲗⲥⲱⲗⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩ
ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: ⲙⲟⲓ ⲛⲁⲛ
ⲛ̀ ⲧⲉⲕϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⁘

Ϩⲱⲃ ⲅⲁⲣ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁⲕⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛⲁⲛ: ϫⲫⲟⲛ
ⲛⲁⲕ Ⲫϯ ⁘ Ⲭⲉ ⲧⲉⲛⲥⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ ⲕⲉⲟⲩⲁⲓ ⲁⲛ ⲉⲃⲏⲗ
ⲉ̀ⲣⲟⲕ: ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲱ ⲙ̀ ⲙⲟϥ:

Ⲙⲁⲣⲟⲩⲱⲛϧ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲟⲩⲛ ⲙ̀ ⲯⲩⲭⲏ
ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⁘

et ut secundum iustitiam in omni tempore agamus, et ut nomen sanctum Tuum in nobis glorificetur. Quia Tu es Deus noster, et Te decet gloria, cum Eilio Tuo unico et Spiritu Sancto vivificante, Tibi consubstantiali, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. *(Ex Anaphora S. Gregorii, ut supra, pp. 55-57. — Liturgicum, pp. 55-57).*

Deinde troparium hoc ad B. Y ir ginem:

Mater Dei, tu es vitis vera, quae germinavit fructum vitae. Te deprecamur, gratia plena, cum Apostolis, pro salute animarum nostrarum. Benedictus Dominus Deus noster: benedictus Dominus de die in diem. Deus salutis nostrae prosperas faciat vias nostras. (*Horologium alexandrinum: ad Tertiam).*

Sacerdos concludit cum absolutione ad Filium et benedictione:

Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum Suum super nos et misereatur nostri. Domine, libera populum Tuum, benedic hereditati Tuae, pasce eos, extolle eos in saecula. Exalta cornu christianorum orthodoxorum per virtutem Crucis vivificantis, per **orationes et obsecrationes, quas facit semper pro nobis Domina nostra,. Dominatrix omnium nostrum, Deipara Sancta Maria, et (orationes) trium magnorum illuminatorum Sanctorum Michaelis, Gabrielis et Raphaelis, et quattuor Animalium incorporeorum, et viginti quattuor Seniorum, et chori totius Angelorum et exercituum caelestium* et preces Patriarcharum et Prophetarum, Apostolorum et Martyrum, Cruciferorum,** et **Verorum** et **Iustorum,** et **prudentiam omnium Virginum;** et per **benedictionem Dei Genitricis sanctae, sanctae Mariae, primum et postremum. Sit benedictio eorum sancta, et virtus eorum et gratia eorum et auxilium eorum nobiscum in saecula. Amen. Fiat."** i

Deinde: **Fac, nos dignos qui dicamus cum gratiarum actione: Pater noster qui es in caelis., sed libera nos a malo: per Christum Iesum Dominum nostrum.**

Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉϥϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ϧⲁ ⲛⲉⲕⲉ̀//ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲛⲟⲃⲓ ⳼ Ⲟⲩⲇⲉ ϧⲁ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⳼

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⳼ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ ⳼

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲉⲩⲃⲉ ⲡⲓ ⲓⲱⲧ ⲡⲓ Ⲡⲁⲡⲁ (ⲛⲉⲙ ⲡⲓ Ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭ c) ⲛⲉⲙ ⲡⲓ Ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⳼

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϧⲟ ⲉ̀ Ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟ//ⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̂ⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̂ⲥ ⳼

Ⲧⲉⲛϯϩⲟ: ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉ//ⲧⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⳼

Ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩ̀ⲓ ⲡⲟ̂ⲥ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲡⲁⲡⲁ ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̀ⲓ̂ⲙ: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲉⲧ//ⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̀ⲓⲙ ⳼

Ⲟⲩ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉϥϫⲟⲥ ⳼ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲩⲡⲉⲣ ⲧⲟⲩ ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲱⲥ ⲏⲙⲱⲛ: Ⲡⲁⲡⲁ ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̀ⲓ̂ⲙ: ⲕⲁⲓ ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲟⲩ ⲕⲩⲣⲓⲟⲩ ⲛ̀ⲓ̂ⲙ ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟ//ⲡⲟⲩ ⲧⲏⲥ ⲙⲉⲅⲁⲗⲏⲥ ⲡⲟⲗⲉⲱⲥ Ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲉⲓⲁⲥ: ⲕⲁⲓ ⲧⲱⲛ ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲱⲛ ⲏ̀ⲙⲱⲛ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲱⲛ:

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⳼ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⳼

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳼ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲁⲣⲉϩ ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛⲁⲛ ϩⲁⲛ ⲙⲏϣ ⲛ̀ ⲣⲟⲙⲡⲓ; ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲥⲛⲟⲩ ⲛ̀ ϩⲓⲣⲏⲛⲏⲕⲟⲛ ⳼

Ⲉϥϫⲱⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ ⲑⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲁⲕⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧϥ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧⲕ ⲙ̀ ⲙⲉⲧ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲛ ⳼

Ⲉϥϣⲱⲧⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ ⲡ ⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯ ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⳼

Ⲉϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲣ// ⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⳾

Ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ: ⲛⲉⲙ ⲫⲙⲟϩ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲛ̀ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲏ: ⲛ̀ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⳾

Ⲉⲕⲉⲉ̀ⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲛ̀ ⲟⲩ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲟⲩϫⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⳾

Ⲛⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲇⲉ ⲉⲧⲟⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲉ̀ϩ// ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲛ ϩⲱⲛ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ⳾

Ϣⲟⲡⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲟ̅ⲩ̅ ⲛ̀ ⲉⲗⲗⲟⲅⲓⲙⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ ⲫⲉ ⲉ̀ ⲟⲩ ⲥⲑⲟⲓ ⲛ̀ ⲥⲑⲟⲓ// ⲛⲟⲩϥⲓ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲛⲟⲩϫⲁϫⲓ ⲙⲉⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩ// ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲉⲛⲥⲉⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲁⲛ ⳾

Ϧⲉⲙϧⲱⲙⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̀ ⲛⲟⲩϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲛ̀ⲭⲱⲗⲉⲙ ⳾

Ⲛⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ; ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲧⲟⲩⲃⲟ̀: ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲇⲓⲕⲉⲟ̀ⲥⲩⲛⲏ: ϧⲉⲛ ⲧⲉⲕⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲁ ϫⲱ ⳾ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉ̀ⲏⲥⲟⲛ ⳾

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲑⲱⲟⲩϯ ⳾

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ̀ ⲉ̀ ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟ// ⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⳾

Ⲧⲉⲛϯϩⲟ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁ̀// ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ: ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ ⲛⲉⲛϫⲓⲛ// ⲑⲱⲟⲩϯ ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⳾

Ⲟ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ̀ⲩⲡⲉⲣ ⲧⲏⲥ
ⲁⲅⲓⲁⲥ ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓⲁⲥ ⲧⲁⲩϯⲏⲥ: ⲕⲁⲓ ⲧⲱⲛ ⲥⲩⲛⲉ//
ⲗⲉⲩⲥⲉⲱⲛ ̀ⲏⲙⲱⲛ:

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲙⲏⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ
ⲛ̀ⲁⲧⲉⲣⲕⲱⲗⲩⲛ ⲛ̀ ⲁⲧⲧⲁϩⲛⲟ ⲉⲑⲣⲉⲛⲁⲓⲧⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ
ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲛ: ϩⲁⲛ ⲛⲓ
ⲛ̀ ⲉⲩⲭⲏ: ϩⲁⲛ ⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲃⲟ̀: ϩⲁⲛ ⲉ̀ ⲥⲙⲟⲩ ⁘

Ⲁⲣⲓⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅: ⲛⲉⲙ
ⲛⲉⲕⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲙⲓⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲛ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⁘

Ⲧⲱⲛⲕ ⲡⲟ̂ⲥ ⲫ︦ϯ︦: ⲙⲁⲣⲟⲩϫⲱⲣⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲉⲕ//
ϫⲁϫⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲙⲁⲣⲟⲩⲫⲱⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ ⲡⲉⲕ//
ϩⲟ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲙⲟⲥϯ ⲙ̀ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⁘

Ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲇⲉ ⲙⲁϥⲉϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓ ⲥⲙⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲁⲛϣⲟ ⲛ̀ ϣⲟ: ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲑ̀ⲃⲁ ⲛ̀ⲑ̀ⲃⲁ:
ⲉⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⁘ ϧⲉⲛ ⲛⲓ ϩ̀ⲙⲟⲧ ⁘
Ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⁘

Ⲧⲁ ⲉⲩⲭⲱ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲛⲁϩϯ ⁘

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲧⲁⲗⲉ ⲙⲡⲓⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲉⲛϣⲱⲓ
ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⁘

Ⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲱ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙ Ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ
ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ: ϫⲉ ⲁⲕⲓ̀
ⲁⲕⲥⲱϯ ⲙ̀ⲙⲟⲛ: Ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ: ⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲱⲡⲟⲛ ⲛ̅ⲟⲩⲱⲧ: ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩ//
ⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙⲁⲣⲉⲛϯⲡⲱⲟⲛ ⲉⲣⲟϥ: ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ ⲡⲟ̅ⲥ̅
ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲱⲟⲩ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ϫⲉ
ϥⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̂ⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛ//
ⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ ⲫ ⲙⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥϭⲁ//
ⲗⲁⲩϫ ⁘

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ϣⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲉϥⲥⲙⲟⲩ
ⲙ̀ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⳾

Ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ: ⲧⲁⲥϣ ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲛ; ϣⲉⲛϩⲏⲧ
ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ, ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ:
ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲛ; ϣⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕϫⲱⲛⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ//
ⲣⲟⲛ: ϫⲉⲙⲡⲉⲛⲥϣⲓⲛⲓϧⲉⲛ ⲡⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲭⲁ ⲛⲉⲛ//
ⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⳾

Ⲟ̀ ⲗⲁⲟⲥ ⳾ Ⲁⲙⲏⲛ: Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⳾

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲥⲉ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟⲕ Ⲡϭ̅ⲥ̅
ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⳾

Ⲟ̀ ⲗⲁⲟⲥ: Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ.

Ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲉ ϯⲕⲣⲓⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⳾

Ⲧⲙⲉⲧϩⲏⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉϯⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ: ⲙⲁⲣⲉ//
ⲥϭⲉⲛⲟⲩⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ ϧⲏⲧⲉⲛ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉⲥⲁⲓⲁⲓ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲛⲁϩϯ ⳾

Ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩ//
ⲥⲉⲃⲏⲥ ⳾

Ⲛⲓⲙⲁⲛ̀ⲉⲥⲱⲟⲩ ⲙⲟⲣⲟⲩ: ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙ//
ⲱⲟⲩ ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲱⲟⲩ ⳾

Ⲙⲟⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲥⲁⲓⲉ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⳾

Ⲟⲩⲉⲅⲕⲣⲁⲧⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⳾

Ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲓⲁ ⳾

Ⲟⲩⲱⲛϧ ⲉⲛⲁⲛⲉϥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲅⲁⲙⲟⲥ ⳾

Ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧⲁ̀ⲛⲟⲓⲁ ⳾

Ⲟⲩⲙⲉⲧⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲁⲙⲁⲟ ⳾

Ⲟⲩⲙⲉⲧⲉ̀ⲡⲓⲕⲏⲥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⳾

Ⲟⲩⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲓϩⲏⲕⲓ ⳾

Ⲛⲓϧⲉⲗⲗⲟⲓ ⲙⲁⲧⲁⲭⲣⲱⲟⲩ: ⲛⲏⲉⲧϧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧ//
ⲃⲉⲣⲓ ⲙⲁⲥⲃⲱ ⲛⲱⲟⲩ ⳾

Ⲛⲓⲁⲑⲛⲁϩϯ ⲙⲁⲧⲁⲥⲑⲱⲟⲩ ⳾

Ⲙⲁⲣⲟⲩⲕⲏⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲫⲱⲣϫ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀.

Ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲉⲧϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϩⲉ//
ⲣⲉⲥⲓⲥ ⳾

Ⲁⲛⲟⲛ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲉⲛ ⲟⲛⲧⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲁⲓ
ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⳾

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ
ⲡⲟⲥ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲁ̀ⲗⲏⲑⲓⲛⲟⲥ ⲫⲏ
ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲥⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲧⲑⲱⲗⲉⲃ ⲫⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

Ϫⲉ ⲁⲕⲙⲉⲛⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲕⲧⲏⲓⲕ
ⲉ̀ ⲡϧⲟⲗϧⲉⲗ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲛⲥⲱϯ ⳾

Ⲉ̀ⲁⲕⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲁⲛϧⲟ: ⲉ̀ⲃⲟⲗ//
ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲥⲛⲟϥ ⲉⲧ//
ⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⳾

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁ̀ϥⲟⲩⲱⲛ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲡⲱⲛϧ ⳾

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲙⲟⲛ ⲉ̀ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ϣⲉ ⲉ̀ ⲡϣⲱⲓ ⲉ̀
ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⳾

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲙ̀ⲡⲁ//
ϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⳾

Ⲛⲑⲟⲕ ⲟⲛ ⲡ̀ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ:
ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ ϯⲇⲱⲣⲉⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ:
ⲉ̀ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲁⲛ ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲩϩⲓⲟⲩⲓ̀ ⲉ̀ ⲡϩⲁⲡ ⳾

Ⲁⲗⲗⲁ ⲉ̀ ⲟⲩⲁ̀ⲡⲟⲗⲁⲩⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲱⲟⲩ: ⲛⲉⲙ
ⲟⲩϫⲫⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲱⲛϧ: ⲉ̀ ⲟⲩⲧⲁϩⲟ̀ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲧⲉ
ϯⲯⲩⲭⲏ: ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⳾

Ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟⲛϧ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲁⲛϣ
ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉ//
ⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ
ϭⲓⲱⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ ⁘

Ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ
ⲉⲣⲡⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ: ⲛⲉⲙ
ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲟⲙⲟⲟⲩ//
ⲥⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁⲕ: ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϣⲁ
ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲙⲏⲛ ⁘

Ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲟⲩⲧⲣⲟⲡⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⁘

Ⲱ ϯⲙⲁⲥⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲑⲟ ⲡⲉ ϯⲃⲱ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲗⲓ
ⲛ̀ⲧⲁⲫⲙⲏⲓ ⁘ ⲑⲏ ⲉⲧⲁⲥϥⲁⲓ ϧⲁⲛⲓ ⲥⲙⲁϩ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲡⲱⲛϧ ⁘

Ⲛ̀ⲑⲟ ⲡⲉ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟ ⲱⲑⲏ ⲉⲑⲙⲉϩ ⲛ̀
ϩⲙⲟⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ: ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲛⲟϩⲉⲙ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲮⲩⲭⲏ ⁘

Ϧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ϥⲥⲙⲁ//
ⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⁘

Ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉⲥⲉⲃⲧⲉ ⲡⲉⲛⲙⲱⲓⲧ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ϫⲉ Ⲫϯ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ ⁘

Ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲓ ⲙ̀ ⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ ⁘

Ⲫϯ ⲉϥⲉϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲉϥⲉ̀ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲛ:
ⲉϥⲉⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲟ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀//
ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ.

Ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ: ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲕⲕⲗⲏ//
ⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲁ: ⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϭⲁⲥⲟⲩ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ.

Ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲧⲁⲡ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: ϩⲓⲧⲉⲛ ⲧϫⲟⲙ
ⲙ̀ⲡⲓⲥ̀ⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ.

Ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲦϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ⲧⲉⲥⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱ//
ⲟⲩ ϧⲁⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲛⲟ̂ⲥ ⲛ̀ⲛⲏⲃ ⲧⲏⲣⲉⲛ
ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲩ̂ ϯⲁⲅⲓⲁ̀ Ⲙⲁⲣⲓⲁ.

Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲅ̂ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲡⲣⲉϥⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲑⲩ̂: Ⲙⲓ//
ⲭⲁⲏⲗ ⲛⲉⲙ Ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ⲛⲉⲙ Ⲣⲁⲫⲁⲏⲗ.

Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲇ̂ ⲛ̀ⲍⲱⲟⲛ ⲛ̀ⲁⲥⲱⲙⲁⲧⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕ̂ⲇ
ⲙ̀ⲡ̀ⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲁⲅⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲉⲡⲟⲩ//
ⲣⲁⲛⲓⲟⲛ: Ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲗⲏⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲡⲁ̀ⲧⲣⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲥ:
ⲛⲉⲙ ⲛⲓ́ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ: ⲛⲉⲙ
ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲫⲟⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ//
ⲑⲙⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲇⲓⲕⲉⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲁⲃⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁ//
ⲣⲑⲉⲛⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲩ̂:
Ϯⲁ̀ⲅⲓⲁ̀ Ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲛⲉⲙ ϧⲁⲉ̀:

Ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲟⲩ'ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩ'ϩⲙⲟⲧ ⲛⲉⲙ
ⲧⲟⲩϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲭⲁⲣⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ ⲛⲉⲙ
ⲧⲟⲩⲃⲟ'ⲏⲑⲓⲁ̀ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ:
ⲁⲙⲏⲛ.

Ⲁⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀'ⲡϣⲁ ⲉⲛϫⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ·ⲋ·
Ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲟⲩⲓ̀... Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛ
ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁ
ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲙⲟⲩ ·ⲋ· ϧⲉⲛ Ⲡⲭ̂ⲥ Ⲓⲏ̂ⲥ ⲡⲉⲛⲟⲥ ·ⲋ·

B. - AETHIOPUM

Sacerdos incipit: **Misericordia sua misereatur nobis Dominus. Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen Tuum, adveniat regnum regnum Tuum, et fiat voluntas Tua, ut in caelo, sic in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Dimitte nobis delictum nostrum et culpam nostram, sicut et nos dimittimus ei qui deliquit in nos. líe nos inducas, Domine, in tentationem, sed salva nos et eripe nos ab omni malo: quia Tuum est regnum, et Tua virtus et gloria, in saecula saeculorum. Amen.**

Ut populus recitat Orationem dominicam simul cum sacerdote.

Deinde, incipiente sacerdote, omnes récitant sequentem orationem, sive Salutationem Angelicam:

Secundum salutationem Angeli Gabrielis: O Domina nostra Maria, salve, Virgo mente et Virgo corpore. Mater Dei Sabaoth, salve. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Exsulta, o Laeta, Maria gratia plena. Dominus tecum, intercede et ora pro nobis dilectum Filium tuum Iesum Christum, ut dimittat nobis peccata nostra, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Et iterum omnes: **O Maria, concepta quin ad te perveniat peccatum Adae, ora pro nobis te exspectantibus.**

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, per omne tempus: nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Sacerdos dicit orationem gratiarum actionis:

Sacerdos: **Gratias agamus benefactori nostro Domino misericordi, Patri Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quia protexit nos, iuvit, et custodivit, et misertus est nostri: ad se accedere fecit; suscepit nos, roboravit, et multiplicavit nos usque ad hanc horam: rogemus ergo illum iterum, ut custodiat nos in hac die sancta, omnibusque diebus vitae nostrae in pace, Omnipotens Dominus Deus noster.**

Diaconus: **Orate.**

Sacerdos: **Domine, Domine Omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus Tibi de omnibus, pro omnibus et in omnibus, quia protexisti nos, iuvisti nos, custodisti nos et misertus es nostri: suscepisti, roborasti et multiplicasti nos usque ad hanc horam.**

zationem. Quod quidem dubium a venerabili fratre Nostro Ianuario S. B. E. Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi ac Sacri Collegii Decano, Causae eiusdem Ponente seu Belatore sollertissimo, in sacro Congregationis conventu, coram Nobis die octava ipsius Augusti mensis habito, propositum est; ac tum adstantes venerabiles fratres Nostri ss. Bituum Congregationis Cardinales, tum dilecti filii Officiales Praelati et Consultores unanimem protulerunt sententiam; Nos vero Nostram edere aliquantisper cunctati sumus, ut in tanti momenti re divinae gratiae lumen ingeminatis precibus implorare possemus. Cuius autem Nostrae sententiae proferendae laetissimam selegimus diem Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae sacram. Praefatum igitur Cardinalem Belatorem seu Ponentem et dilectum filium Nostrum Camillum S. B. E. Cardinalem Laurenti, ss. Bituum Congregationis Praefectum, nec non dilectos filios Alfonsum Carinci, eiusdem Sacrae Congregationis a secretis, et Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, ad Nos arcessiri iussimus, et sacra Hostia pientissime litata, solemniter pronunoiavimus: *Tuto procedi posse ad Beatae Ioannae Antidae Thouret Canonizationem.*

Quibus omnibus, uti supra enarravimus, peractis, ut constitutus a Praedecessoribus Nostris in tanto negotio sapientissimus servaretur ordo, primum S. B. E. venerabiles fratres Nostros Cardinales ad diem mensis Octobris sextamdecimam anni elapsi apud Nos in Consistorium secretum convocavimus, ut de solemni Beatarum Mariae Bernardae Soubirous et Ioannae Antidae Thouret Virginum Canonizatione eorum suffragia de more exquireremus et haberemus, praehabita igitur per dilectum filium Nostrum Camillum Cardinalem Laurenti, ss. Bituum Congregationis Praefectum, de utriusque Virginis vita, virtutibus, miraculis ac de actis omnibus ab eadem S. Bituum Congregatione in earum causis expletis et adprobatis, compendiosa narratione, singuli adstantes Cardinales suam aperuerunt sententiam, quam Nostris votis in utramque nobilissimam causam conformem esse laetantes accepimus: placere nempe ad Beatarum illarum solemnem Canonizationem procedi posse. In Consistorio autem publico, die decimanona eiusdem mensis in Aula supra Basilicae Vaticanae porticum habito, brevibus per dilectos filios Augustum Milani pro Beata Maria Bernarda et Vincentium Sacconi pro Beata Ioanna Antida orationibus dictis, pro earum Canonizatione de more institutum est; Nos vero, quamvis Beatis illis Caelitum decernere honores quam maxime optare diximus, tamen, ut, in hac re tam gravi, universa a Decessoribus Nostris statuta servarentur, pontificalem sententiam Nostram non ante pronunciaturos diximus, quam in proximo Consistorio, quod *semipublieum* **nuncupatur, omnes iterum Cardinales, et universi, qui adituri essent, Patriarchae,**

Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius* mentem quisque suam Nobis aperuissent; intereaque supernum Sancti Spiritus Paracliti lumen expostulare vehementer hortati sumus. Iussimus itaque ad quemque illorum quos antea diximus venerabilium fratrum, commentaria transmitti de Beatarum Mariae Bernardae Soubirous et Ioannae Antidae Thouret vita, virtutibus, miraculis atque actis in earum Causis, ut, re perspecta ac mature perpensa, suam quisque posset sententiam dicere Nobisque communicare. Ad diem igitur insequentis mensis decimam illos omnes in Consistorium in Aedibus Yaticanis ad Nos convenimus; eosque quid de Beatis istis Virginibus ad Caelitum honores provehendis sentirent Nobisque suum aperire consilium vellent in Domino rogavimus. Adstantium autem exceptis suffragiis, idem universos sentire ac Nos cognovimus; de qua re magnopere laetati sumus; eoque vel magis gratulati, quod liceret, per hanc mentium animorumque concordiam, piacularem hunc annum, divinae humani generis Bedemptionis memoriae peculiari modo dicatum, et solemniorem reddere et novis caelestibus deprecatricibus, catholico orbi ad imitandum propositis, locupletare: quod quidem uberiores portendit salutis fructus. Beatae ergo Mariae Bernardae Soubirous Canonizationi, Deo favente, in Patriarchali Basilica Vaticana, celebrandae octavam mensis Decembris diem, quippe quae Immaculatae Beatae Mariae Virginis Conceptioni sacra, praefinivimus; Beatae vero Ioannae Antidae Thouret Canonizationi hodiernam diem quartamdecimam Ianuarii mensis condiximus; atque interea illos omnes, quotquot aderant, et per eos universos christifideles enixe adhortati sumus, ut huiusmodi geminatae laetitiae faustitates et in Catholicae Ecclesiae decus et in animarum salutem cederent, impensa ad Deum adhibere vota precationesque non intermittere. De quibus omnibus adstantes dilectos filios Protonotarios Apostolicos, ut publicum instrumentum confinèrent, consueta forma rogavimus.

Auspicatissima ergo a Nobis praestituta hacce Beatae Ioannae Antidae Canonizationi celebrandae adveniente die, omnes tum saecularis tum regularis cleri ordines, Eomanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri S. B. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Basilicam Vaticanam, magnificentissime exornatam-, atque quam plurimis Instituti a Caritate Sororibus, quae, ex omni christiani orbis regione in Urbem convenerant, et populi maxima stipatam frequentia, adiverunt; eamque et Nos solemni pompa ingressi sumus; atque, SS. Eucharistiae Sacramento devote adorato, ad Nostram Cathedram perreximus, in eaque sedimus. Tum dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Eituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Vincentio

Sacconi, Sacri Consistorii Advocato, postulationem *instanter* **Nobis detulit, ut Nos Beatam Ioannam Antidam Thouret, Virginem, summis religionis honoribus decorare dignaremur. Quod cum iterum ac tertium,** *instantius* **nempe et** *instantissime* **ab eodem Cardinale per eundem Consistorialis Aulae Advocatum postulatum sit, superni Sancti Spiritus luminis gratia denuo ac ferventius implorata, Nos, catholicae Ecclesiae supremus Magister, ex cathedra Divi Petri, sollemniter pronunciavimus: «Ad honorem « Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem Fidei catholicae et ehri- «stianae Beligionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, a Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium fratrum « Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et " Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam Ioannam Antidam « Thouret Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo «adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet a anno, die natali illius, nempe die vigesima quarta Augusti, inter Sanctas « Virgines, pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus •A Sancti. Amen». Qua Canonizationis formula, per Nos ex cathedra sedentes edicta, oblatis Nobis a praefato Advocato Consistoriali, Cardinalis Procuratoris nomine, precibus annuentes, Decretales has sub plumbo Apostolicas Litteras expediri decrevimus; ab Apostolicis vero Protonotariis ad perpetuam eiusdem Canonizationis memoriam publicum instrumentum confici iussimus. Deo insuper Optimo Maximo ob tantum hoc beneficium, una cum adstante clero et populo ex corde gratias egimus ac primum deinde novensilis Sanctae a Deo ipso invocavimus patrocinium. Sacrum dein solemni ritu litavimus, et post evangelicam lectionem homiliam diximus, breve Sanctae Ioannae Antidae praeconium texentes eiusque sanctitatis exemplum nostris praesertim temporibus ad colendum et imitandum omnibus christifidelibus proponentes.** *Hodie enim,* **inquimus,** *si unquam alias, eum tantae rerum angustiae undique promant, ad strenuam eiusmodi animi fortitudinem eniti eaque muniri, Nobis omnibus perneeesse est. Praesentibus malis procul dubio nullum aliud, occurrit par remedium, nisi christiana virtus enixis precibus impetranda, catholica fide alenda, divinaque adaugenda caritate. Ioanna Antida Thouret, ut in mirabilis suae vitae decursu haec omnia praestitit, ita nobis in praesens, de caelo arridens, ad hoc evangelicae perfectionis culmen assequendum omnes invitat suaque voce allicit. Eius igitur vocem libentes volentesque audiamus: ita quidem ut* **v** *quam solemni veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur; quam beatissimam praedicamus, ad eius beatitudinem tota ariditate curramus; cuius dclectamur praeconiis, eius patrociniis sttblevemur* **»,** *ut eum ea*

aliquando regnare possimus per infinita saecula saeculorum. Amen. **Qua homilia a Nobis habita, apostolicam adstantibus benedictionem una cum plenaria indulgentia peramanter imperavimus; sacrumque, Deo favente, Pontificale persolvimus.**

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus iterum confirmamus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis infringere vel eis ausu temerario contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die quartadecima mensis Ianuarii, Dominica secunda post Epiphaniam, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£B Ego IANUARIUS **Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, **Decanus Sacri Collegii.**

£g Ego MICHAEL **Episcopus Tusculanus Cardinalis** LEGA.

££i Ego DONATUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SBARBETTI.

£g Ego fr. THOMAS PIUS, **Ord. Praed., Episcopus Portuensis et S. Bufinae Cardinalis** BOGGIANI, **Cancellarius S. E. E.**

£g Ego ALOISIUS **Episcopus Praenestinus Cardinalis** SINCERO.

£8 **Ego** HENRICUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** GASPARRI.

Ego PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **S. R. E. Camerarius.**

Ego CAIETANUS **tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis** BISLETI.

Ego ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis** LOCATEGLI.

Ego IOSEPH **tituli S. Mcolai in Carcere Tulliano Presbyter Cardinalis** MORI.

Ego ALOISIUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** CAPOTOSTL, **Datarius.**

Ego LAURENTIUS **tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis** LAURI, **Maior Paenitentiarius.**

Ego fr. ALEXIUS HENRICUS **M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LÉPICIER.

Ego PETRUS **tituli S. Mariae trans Tiberim Presbyter Cardinalis** SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS **tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI.

Ego FRANCISCUS **tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego fr. RAPHAËL CAROLUS **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Bossi.**

Ego IULIUS **tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis** SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** DOLCI.

Ego PETRUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI-BIONDI.

Ego CAMILLUS **S. Mariae Sealaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

Ego ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

Fr. TH. PIUS Q. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

CAMILLUS Card. LAUBENTI
S. B. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*
Angelus Pericoli, *Scriptor Apostolicus.*

EXPEDITA
die quarta mensis Maii, anno tertiodecimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Eeg. in Cane. Ap., vol. L, n. 32. - **A. Trüssardi**

LITTERAE APOSTOLICAE

VENERABILIS DEI SERVA IOANNA ELISABETH BICHTER DES AGES, CONFUNDATRIX INSTITUTI FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDREAE, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Postquam Sanctorum honores Andreae Huberto Fournet, Congregationis Filiarum Crucis Fundatori, sollemnissimo die Pentecostes, anno praeterito millesimo nongentesimo tricesimo tertio, Nos ipsi decrevimus, nil mirum si nunc inter Beatos caelites etiam adnumerare aggrediamur Venerabilem Dei Famulam Ioannam Elisabeth Bichier des Ages, quae in eodem Eeligiosarum Instituto condendo talis sancto ipsi Andreae Huberto adiutrix fuit, ut iure meritoque et ipsa veluti illius Familiae Beligiosae vera et propria fundatrix haberi possit. Vis quidem in Christi Ecclesia vitalis continenter exstat ex qua, misericordia Dei, ad sublevandas temporum necessitates resque religionis parandas suscitantur ex utroque sexu fideles ac vivificantur, quasi « alter ad alterum clamantes », sanctitate praediti, peculiaribusque virtutibus instructi, qui vita, qua in exemplum enitent, atque Institutis, quae condunt, ac, Deo adiuvante, moderantur, opportune congrueque prodire videntur. Illorum in numero computanda quoque est procul dubio Congregationis Filiarum Crucis confundatrix Ioanna Elisabeth Bichier des Ages, cuius servire Deo fuit propria ac domestica ratio una cum egenorum pauperumque necessitatibus subveniendi inexhausta caritate. Bituricensis archidioecesis intra fines in oppido avito *des Ages* ortum duxit Ancilla Dei die quinta mensis Iulii, anno millesimo septingentésimo septuagesimo tertio. Parentes illi fuerunt Antonius *des Ages* et Maria Augier de Moussac, nobilitate quidem ambo sed religionis magis obsequio et morum probitate commendati. Constat Ioannam Elisabeth adhuc puerulam iam egregiis virtutibus enituisse, docilitate potissimum atque obedientia erga parentes, atque illa aetate, quae maxime solet ineptus nugisque esse dedita, nihil eam fecisse pueriliter; misericordia autem iam ornabatur erga pauperes egenosque, quos manu sua eleemosynis saepe saepius sublevabat. Pictavii religiosis Sororibus, quas Hospitalarias nuncupabant, educanda tradita, ita morum puritatis ac disciplinae studiosissimam deque cotidiana continentique virtutum exercitatione sollicitam sese ostendit, ut, contra morem tunc in Gallia vigentem, vix undecim annos nata singulari laetitia perfusa ad sacram Synaxim prima vice accesserit. Quattuor post annos in Pictaviensi eodem coenobio transactos, domum reversa rei familiaris ac fratris

curara suscepit, omnesque tunc exemplo suo ad caritatis pietatisque studia excitavit. Saeviente vero in Gallia illa civilium ac sacrarum rerum perturbatione, quae saeculo decimo octavo exeunte tam se catholicae religioni infensam probavit, Dei Famula, cum annum ageret aetatis suae quartum et vicesimum, ut sacrosancto Missae Sacrificio adesset et Sacramentis reficeretur, spretis periculis et longo confecto itinere, consueverat ad rusticas quasdam accedere remotas in agris aedes, quo Sanctus Andreas Hubertus, parochus Malliacensis, ex hispanico exsilio redux, mortis discrimina spernens, saepius se conferebat, ut dispersas, quo modo potuerit, oves colligeret et sacro pabulo aleret; ex quo factum est ut Dei Famula eiusdem spirituali moderationi providentissime se totam committeret. Sanctus vero sacerdos de animi puritate atque amplitudine Servae Dei certior factus, magna de ea porten dit; et revera exspectationi eiusdem satis superque Ioanna Elisabeth respondit. Remissis enim turbinibus reipublicae ac tempestatibus, cum Sanctus ipse de nova instituenda sacrarum virginum societate cogitare!, quae de iacturis a « Revolutione » religioni illatis resarciendis sollicita foret, ac praesertim de pauperibus puellis christiane educandis, rem cum Dei Famula contulit, eandem tanti operis institutricem praesentiens. At initium difficultates omne genus gravarunt, eniluitque in ipsis instituti condendi exordiis prudentia et fortitudo Ioannae Elisabeth; quae, divina Providentia plene confisa, ac Sancti Andreae Huberti consilia fideliter secuta, ad novam religiosarum, quas Filias Sanctae Crucis nuncupavit, familiam pro puellis educandis constituendam ac firmandam, omnibus quoque adhibitis bonis suis, se toto pectore dedit. Et revera quod vitae ei fuit totum Ancilla Dei impendit in religiosam, quam sanctissimis quoque regulis munivit, moderandam atque amplificandam Congregationem; quae brevi, favente Deo, propagines suas sic effudit, ut iam ante obitum piissimae fundatricis plusquam novem et nonaginta domus religiosi eiusdem instituti exstiterint. Mira vero Congregationis, quam, a Decessore Nostro Pio Pp. VIII Litteris Apostolicis sub anulo dilaudatam, postea haec Sancta Sedes anno MDCCCLXVII **sollemniter adprobavit, propagatio huiusmodi ab Ínclita prudentia praesertim repetenda est Venerabilis Dei Servae, quae in gravi moderatricis generalis munere obeundo nil aliud sibi constanter proposuit nisi operibus suis gloriam Dei quam maxime provehere; ac tam in recipiendis sororibus quam in domorum moderatricibus eligendis caute ipsa et aequali animo se iugiter gessit, rebus spretis iudiciisque, quae non ad aeternam salutem sed praesentis huius vitae ad bona tantum respicerent. Semper tamen matrem diligentissimam ac vigilantem se praebuit sororibus et, licet ex nobili genere nata, paupertatem atque humilitatem adeo dilexit, ut pauperem se fecerit,**

quo egenis facilius subveniret. Crucis autem nomine Congregationi suae imposito, uti vera filia Crucis ad Dominum Nostrum Redemptorem sese conformare continenter studuit, sodalibus suis conspicua relinquens exempla virtutum, quibus exornabatur, sive in caritate, sive in sollertia, sive in regularis disciplinae atque oboedientiae observantia, sive in sui ipsius abnegatione, sive denique in obsequio ac fidelitate erga Ecclesiam et Sanctam Sedem exercendis. Summam ideo sanctitatis famam adhuc vivens adepta est; donec laboribus fracta atque ulcere letali, quod multos quidem per annos duravit, tabeseens, Ecclesiae sacramentis rite munita, Podii in principe Congregationis domo die xxvi m. Augusti anno millesimo octingentesimo tricesimo octavo, placidissimo exitu obdormivit in Domino. Post Ancillae Dei obitum ac funus cum eiusdem sanctitatis fama in dies vividior apud omnes facta sit, ad communi desiderio annuendum, de caelitum honoribus Ioannae Elisabeth Bichier des Ages tribuendis causa agitari coepta est, et, probationibus Ordinaria auctoritate sumptis, Leo Pp. XIII rec. mem. Decessor Noster, die xiii m. Maii an. MDCOCXCI introductionis Causae Commissionem manu propria signavit. Inquisitionibus itaque iudicialibus in Famulae Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, Nos, cum mox etiam super Venerabilis Servae Dei virtutibus disceptari coeptum sit, sollemni decreto quarto decimo calendas Aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo edito, Venerabilis Dei Famulae Ioannae Elisabeth Bichier des Ages virtutes heroicum attigisse fastigium declaravimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis quae a Deo patrata ferebantur per eiusdem Venerabilis intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet ac praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die xxiv mensis Aprilis volventis anni millesimi nongentesimi t ricesimi quarti habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi die vicesima nona mensis Aprilis, hoc ipso anno, proposita miracula constare sollemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum igitur esset de virtutum heroicitate ac de miraculis prolatum consilium, illud tantum supererai discutiendum, num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos caelites *tuto* foret recensenda. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto et Causae Relatore, in generalibus Comitiis coram Nobis die prima mensis huius habitis, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec enixis precibus a Patre luminum caelestis sapientiae auxilium impetra-

remus. Quod cum impense fecissemus, tandem die tertia m. Maii, nuperrime praeterita, nempe die festo Exaltationis Sanctae Crucis, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrae Bituum Congregationis Praefecto et Causae Ponente sen Belatore, nec non dilectis filiis Alfonso Carinci, Congregationis Bituum Secretario, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus *tuto* **procedi posse ad ipsius Servae Dei beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti Congregationis Filiarum Crucis seu Sororum S. Andreae, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut Venerabilis Bei Famula Ioanna Elisabeth Bichier des Ages, memoratae Congregationis confimdatrix,** *Beata* **in posterum appelletur, eiusque corpus ac lipsana seu relliquiae, non** tamen **sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae fidelium** venerationi **proponantur; itemque permittamus ut einsdem Beatae imagines radiis de more decorentur. Praeterea eadem apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta rubricas Missalis et Breviarii Bomani. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in Bituricensi archidioecesi, ubi nata est Serva Dei, atque in dioecesi Pictaviensi cum in eiusdem finibus ipsa migraverit ad Dominum, nec non in templis seu sacellis ac domibus ubique terrarum sitis quae ad Congregationem Filiarum Crucis pertineant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet, a sacerdotibus ad templa seu sacella, in quibus Beatae ipsius festum agitur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Servae Dei Ioannae Elisabeth supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, ab iisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Bituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides etiam in disceptationibus iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.**

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xni m. Maii, an. MDOCCOXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

ASSERTAE BEATAE MARIAE VIRGINIS APPARITIONES ET REVELATIONES IN LOCO « EZQTJIOGA », DIOECESIS VICTORIEN. IN HISPANIA, DECLARANTUR QUOVIS CHARACTERE SUPERNATURALI DESTITUTAE ET TRES LIBRI, QUI DE IISDEM AGUNT, D?SO TURE PROHIBITI.

Feria IV, die 13 Iunii 1934

Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus Mei ac morum tutandis praepositi, examini subiectis assertis Beatae Mariae Virginis apparitionibus et revelationibus in loco « Ezquioga », dioecesis Victorien, in Hispania, decreverunt easdem apparitiones et revelationes quovis supernaturali charactere penitus esse destituías; tres libros vero, qui de ipsis agunt et inscribuntur:

Etude historique présentée par M. l'abbé S. FORT: *Une nouvelle affaire Jeanne d) Arc* (Orléans, «Les Cahiers d'Ezkioga» publiés sous la direction de F. Doróla);

G. - L. BouÉ: *Merveilles et Prodiges d'Ezquioga* (Tarbes, Imp. Lesbordes, 1933);

Un fruto de Ezquioga: Hermano Cruz de Lete y Sarasola (Revista « Caridad y Ciencia », Noviembre .1933);

ipso iure esse prohibitos ad normam can. 1399 n. 5.

Sequenti feria V, die 14 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Div. Prov. Pp. XI, in audientia Excmo ac Revmo Dno Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 18 Iunii 1934.

I. Venturi, *Supremae 8. Congr. 8. Officii Notarius* m

II

DECRETUM

OPERA OMNIA BENEDICTI CROCE DECLARANTUR IPSO IURE PROHIBITA ET IN INDICEM LIBRORUM PROHIBITORUM INSERUNTUR.

Feria IV, die 20 Iunii 1934

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito DD. **Consultorum voto, decreverunt tanquam praedamnata ac ipso iure prohibita, ad normam can. 1399 Codicis iuris canonici, habenda esse atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda** *Opera omnia* **Benedicti Croce.**

Et sequenti Feria V, **die 21 eiusdem mensis et anni, Ssmus** D. **N.** D. **Pius Divina Prov. Papa XI, in solita audientia Excmo ac Revmo** Dno **Assessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.**

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 22 Iunii 1934.

I. Venturi* *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

III

DECRETUM

OPERA OMNIA PROF. IOANNIS GENTILE DECLARANTUR IPSO IURE PROHIBITA ET IN INDICEM LIBRORUM PROHIBITORUM INSERUNTUR.

Feria IV, die 20 Iunii 1934

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Emi Domini Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito DD. **Consultorum voto, decreverunt tanquam praedamnata ac ipso iure prohibita, ad normam can. 1399 Codicis Iuris Canonici, habenda esse atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda** *Opera omnia* **Prof. Ioannis Gentile.**

Et sequenti Feria V, die 21 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. **Pius Divina Providentia Papa XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Dno Assessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicandam iussit.**

Datum Bomae, ex Aedibus Sancti Officii, die 22 Iunii 1934.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

S. PEREGRINI LATIOSI
IN SUPERIORIBUS ACRE ET PURUS ET DE LABREA

MUTATIONIS FINIUM PRAELATURARUM NULLIUS

DECRETUM

Prosper M. Gustavus Bernardi, Episcopus titularis Paltenus ac Praelatus Praelaturae *nullius* **S. Peregrini Latiosi in superioribus** *Aere* **et** *Purus* **postulavit ab Apostolica Sede ut pars paroeciae** *Floriano Peixoto* **a Praelatura** *nullius* **de Labrea, ad quam pertinet, dismembraretur et Praelaturae** *nullius* **S. Peregrini Latiosi in superioribus** *Aere* **et** *Purus,* **cum suis incolis, adiungeretur, quo eius administrationi facilius consuli posset. Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, petitionis opportunitate perpensa, attento favorabili voto Excmi Domini Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania et Nuntii Apostolici in Brasiliana republica, nec non consensu Ordinarii Praelaturae** *nullius* **de Labrea, Apostolicae potestatis plenitudine atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, statuit, vi praesentis Consistorialis Decreti, ut praefatae paroeciae** *Floriano* **pars, quae comprehenditur inter devortium aquarum fluminum Aere et Ituxy, atque devortium aquarum fluminum** *Purus* **et** *Inauhiny,* **a Praelatura** *nullius* **de Labrea dismémbrete et Praelaturae** *nullius* **S. Peregrini Latiosi in superioribus** *Aere* **et** *Purus* **perpetuo incorporetur: mutatis hac ratione finibus inter memoratas Praelaturas.**

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit memoratum Nuntium Apostolicum, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere intra sex menses mittendi ad Sacram hanc Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 13 Ianuarii 1933.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ©-S.

V. Santoro, *Adsessor.*

11

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

11 Maii 1934. — **Cathedrali Ecclesiae Massensi praefecit R. P. Christophorum Arduinum Terzi, O. F. M.**

6 Iunii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Aeniensi, B. P. D. Ioannem Emmanuelem Gonzalez, hactenus Episcopum Manizalensem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ismaelis Perdomo, Archiepiscopi Bogotensis in Columbia.**

15 Iunii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Amasenae, R. D. Gustavum Testa, deputatum Delegatum Apostolicum in Aegypto, Arabia, Erytrhaea, Abyssinia, Palaestina, TransJordania et insula Cypro.**

16 Iunii. — **Cathedrali Ecclesiae Tacambarensi, R. D. Emmanuel Pium Lopez, presbyterum Cuernavacensis dioecesis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Taianae, Rev. D. Stephanum Iosephum Carton de Wiart, presbyterum archidioecesis Mechüniensis, quem deputavit Auxiliarem Emi Dni Iosephi Ernesti Van Boey, Cardinalis Archiepiscopi Mechliniensis.**

22 Iunii. — **Cathedrali Ecclesiae Hildeshiensi, B. D. Iosephum Machens, presbyterum eiusdem dioecesis.**

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

HAJDUDOROGEN. ET ALIABUM

DECBETUM

Apostolica Sedes, vel motu proprio, vel rogatu Episcoporum semper plurimum curavit ut, ob mutatas in aliqua regione rerum condiciones, circumscriptionum ecclesiasticarum limites opportune mutarentur, eo consilio ut spirituale christifidelium .bonum et religionis [incrementum magis magisque promoveretur.

Quum autem, post novam politicam delimitationem Begnorum Bomaniae et Hungariae, acciderit ut multae paroeciae dioecesis Hajdudorogensis inclusae in Regno Bomaniae manserint, maxime interest ita fines dioecesium circumscribere ut fideles cum suis Ordinariis expeditius et absque ulla difficultate communicare valeant.

Quod vero in sollemni Conventione inter Apostolicam Sedem et Regnum Romaniae inita die 10 Maii a. 1927 generali modo cautum fuerat, expresse praescriptum fuit in statutis quibus providebatur ut memorata Conventio ad effectum duceretur; nempe ut sexaginta septem paroeciae, quae olim per Apostolicas Litteras die 8 Iunii a. 1912 sub plumbo datas *Christifideles graeci ritus* **novae dioecesi Hajdudorogensi attributae fuerant et nunc in ditione Romaniae sub administratione Episcoporum provinciae metropolitanae Albae-Iuliensis et Fogarasiensis exsistunt, per formale quoddam documentum Sanctae Sedis definitive et perpetuo respectivis dioecesibus tribuerentur.**

Hoc autem praescriptum cum plene attendent Sacra haec Congregatio, omnibus mature perpensis, atque audito in re tanti momenti Excmo Nuntio Apostolico in Romania, ad praefatam canonicam attributionem deveniendum censuit.

Quapropter, ab infrascripto Cardinali Secretario, in audientia diei 28 Februarii a. 1934 Summo Pontifici relatione facta, eadem Sanctitas Sua, suppleto quatenus opus sit, quorum interest, vel sua in hac re interesse praesumant consensu, sexaginta septem paroecias olim dioecesi Hajdudorogensi tributas, et nunc in territorio Romaniae exsistentes, de Apostolicae potestatis plenitudine, respectivis dioecesibus rumenis aggregavit et addixit, iubens hoc fieri per decretum Sacrae Congregationis Orientalis.

Ex mandato igitur Ssmi per praesens decretum Sacra haec Congregatio publici iuris facit supra dictam pontificiam voluntatem ac praescriptionem; et sexaginta septem paroecias, de quibus infra, olim ad dioecesim Hajdudorogensem pertinentes, definitive et perpetuo dioecesibus ritus byzantini-rumeni adnexas declarat, ut sequitur:

A) *Archidioecesi Albae-Iuliensi et Fogarasiensi:*

1. **Arcus (Arkos).**
2. **Borosneul-Mare (Nagyborosnyo).**
3. **Imper (Nagykaszon).**
4. **Ciucsângiorgiu (Csikszentgyörgy).**
5. **Läzäresti (Csiklazarfalva).**
6. **Chelinta (Gelencze).**
7. **Ilieni (Ilyefalva).**
8. **Lemnia (Lemhény).**
9. **Lisnäu (Lisznyo).**
10. **Poian (Kézdiszentkereszt).**
11. **Turia (Torja).**
12. **Aldea (Abasfalva).**

13. **Bodogaia (Alsoboldogfalva).**
14. **Bezidul nou (Bözödujfalu).**
15. **Säräteni (Sovarad).**
16. **Aita-Seaeä (Szarazajta).**
17. **Eliseni (Székelyszenterzsébet).**
18. **Odorheiu (Székelyudvarhery).**
19. **Jacu (Olahzsakod).**
20. **Joseni (Gyergyoalfalu).**
21. **Sândominic (Csikszentdomokos).**
22. **Frumoasa (Szépyiz).**
23. **Ghimes-Fäget (Gyimesbükk).**
24. **Gheorgheni (Gyergyoszentmiklos).**
25. **Voslab (Gyergyovaslab).**
26. **Sântandrei (Nyaradandrasfalva).**
27. **Bohntineni (Nyaradbalintfalva).**
28. **Boteni (Harasztkerék).**
29. **Cräciunesti (Nyaradkaracsony).**
30. **Ivänesti (Kebeleszentivany).**
31. **Târgu-Mures (Marosvasarhely).**
32. **Sardu-Mrajului (Székelysard).**
33. **Trotta (Szentharomsag).**
34. **Läureni (Szentlörincz).**
35. **Tirimioara (Kisterem).**

B) *Dioecesi Magno-Varadinensi:*

1. **Amat (Amacz).**
2. **Sätmärel (Szatmarzsadany).**
3. **Ciumesti (Csomaköz).**
4. **Domänesti (Domahida).**
5. **Ghenciu (Genes).**
6. **Moftinul-Mic (Kismajtény).**
7. **Carei (Nagykaroly).**
8. **Besighea (Beszege).**
9. **Sanisläu (Szaniszlo).**
10. **Andrid (Endréd).**
11. **Dindesti (Erdengeleg).**
12. **Tiream (Mezöterem).**
13. **Vezend (Yezend).**
14. **Portita (Portelek).**
15. **Eriuadon (Eradony).**

16. **Curtuiuseni (Erkörtvelyes).**
17. **Tarcea (Ertarcsa).**
18. **Galospetreu (Galospetri).**
19. **Piscolt (Piskolt).**
20. **Vasad (Vasad).**
21. **Cheniz (Erkenéz).**
22. **Silindru (Erselind).**

C) *Dioecesi Maramuresensi:*

1. **Culciul-mare (Nagykolcs).**
2. **Boghis (Csengerbagos).**
3. **Oar (Ovari).**
4. **Petea (Pete).**
5. **Doba (Szamosdob).**
6. **Vetis (Yetes).**
7. **Botiz (Batizvasvari).**
8. **Satu-Mare (Szatmar).**
9. **Odoreu (Szatmarudvari).**
10. **Jojib (Jozsefhaza).**

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 9 Aprilis a. 1934.

A. Card. SINCERO, **Episcopus Praenestin.,** *a Secretis.*

L. ® S.

I. Cesarini, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

PIOTAVIEM".

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE ELISABETH BICHIER DES AGES CONFUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDREAE.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, in casu et ad effectum de quo agitur

In eo praeclaro sanctorum agmine, quos decurrente sacratissimo nuper celebrato redemptionis anno, Ssmus D. N', ad supremos canonizationis honores evexit, prior tempore S. Andreas Hubertus Fournet exstitit, gallici

cleri ornamentum et decus, qui praeclaram Ecclesiae hereditatem reliquit, Congregationem Filiarum Crucis.

Nondum autem elapso ab eius canonizatione anno, quae sollemni die Pentecostes contigit, beatificationis honoribus eam iam properare feliciter videmus fortissimam virginem, Ven. Ioannam ElisabethamBichier des Ages, quae in Instituto condendo adiutricem operam sanctissimo viro ita praestitit, ut eam spiritualis illius aedificii primarium lapidem merito dixeris.

Ea nobilissimo genere in Gallia anno 1773 in avita arce *des Ages* orta, intra Bituricensis archidioecesis fines, quum vigesimum quartum aetatis annum ageret, saeviente in Gallia persecutionis aestu, ad rusticas quasdam remotas in agris aedes, longo confecto itinere, cum aliis fidelibus clam accedere consueverat, sua pietate adacta, ut Missae sacrificio adesset et sacramentis reficeretur. Eo loci S. Andreas Hubertus Fournet, parochus Malliacensis, mortis pericula spernens, saepius se conferebat, ut dispersas, quo modo posset, oves colligeret et spirituali pabulo aleret.

Piissimam puellam, quae iam virginale propositum animo conceperat, solidaque iam virtute praestabat, obviam primum 8. Andreas Hubertus ineunte anno 1798 habuit, eo rustico in tugurio, quo sacri ministerii causa convenerat; statimque vir Dei eius animae puritatem et celsitudinem agnovit. Quo factum est, ut, quum postea S. Andreas Hubertus, remisso proeellae fervore, puellis, pauperioribus praesertim, instituendis, providere statuisset, Ioannam Elisabetham in partem consilii acciverit. Bes ex voto adeo feliciter successit, tantaque alacritate Ioanna Elisabetha, sanctissimo suae conscientiae moderatore Andrea Huberto dirigente, opus suscepit, ut nova religiosa Congregatio brevi fundata ac mire propagata uberrimos iam tunc ad salutem animarum fructus referre coeperit. Qua in re vivide Ven. Servae Dei sanctimonia efïulsit, omnium virtutum sororibus praebens exemplum, invictoque animo res asperas perferendo. Perfuncto sibi a Deo dato munere, die 26 Augusti mensis anno 1838 aetatis suae anno sexagesimo quinto Podii sanctissime obiit.

Sanctitatis fama, qua Dei famula statim floruit, percrebescente, Ordinariae inquisitiones atque postea Apostolicae rite habitae sunt. Die 13 Maii mensis anno 1891 Leo XIII fel. rec. Commissionem introductionis causae obsignavit. Anno 1928 coram Ssmo D. N. Sacrae Huius Congregationis Generalia Comitia, super virtutibus habita sunt, et die 23 Martii approbationis decretum editum est.

Apostolica auctoritate duo in Pictaviensi dioecesi confecti sunt processus super duabus miris sanationibus Venerabilis Servae Dei intercessione a Deo, ut ferebatur, patratis. De quorum iuridica vi die 18 Aprilis mensis a. 1928 favorabile editum fuit decretum, sed quoniam prior quae proposita

fuerat sanatio seposita fuisset, et altera interim mira sanatio Parmae evenisset, novus Apostolicus constructus est processus, qui die 24 Ianuarii a. huius iuridice validus est agnitus. Parmensis sanatio itaque priori Pictaviensi, quae fuit seposita, suffecta est. Brevi sermone de utraque attingetur.

Soror Maria Angelina, in saeculo Immaculata Aldorasi, e Congregatione Filiarum Crucis vulgo Sororum S. Andreae, anno 1920 nonnulla gastrici morbi indicia persensit. Temporis tractu morbus factus est gravis ita ut elapsi anni sub initio radiographicum experimentum infraparietale ulcus in pylorico antro exstare patefecerit. Chirurgicam operationem exsequi imprudens visum est saltem ob extremam infirmae debilitatem. Quam tamen operationem, morbo in peius mente, uti unicum possibile remedium, ne certae morti Soror occurreret, medicus consiliatus est. Attamen Soror M. Angelina noluit operationi se subiicere. Hoc Septembris mensis initio, anno 1933, Parmae contingebat.

Hisce in adiunctis, novendiales preces infirma et consodales, generalis superiorissae iussui obtemperantes, die 7 Septembris mensis effundere coeperunt ut Deus, Ven. Ioanna Elisabetha intercedente, sanationem largiretur. Ultima precum die, circa horam quintam cum dimidio ante meridiem, Maria Angelina, quasi quid e stomacho avelleretur sensit, et perfecte sanata facta est ita, ut ad pristina vel laboriosa officia subito restituta fuerit: quam perfectam sanationem radiographicae tabulae die 19 eiusdem mensis, aliaque posteriora experimenta nuperrime habita evidenter confirmant. Praeter naturae leges sanationem hanc evenisse tres Periti ex officio ab H. S. O. adlecti concorditer affirmant.

Puella Lea Laverré, undecim annos nata, cum apud Filias Crucis, Pictavii, educanda versaretur, Maio mense ineunte, anno 1925 gravissima tussi prius affecta fuit, cui bronco-pulmonites capillaris purulenta successit. Puris vomitiones frequentes et abundantes morbum esse gravissimum evidenter indicabant. Morbus adeo vel ab initio invaluit, ut morientium sacramentis infirma fuerit munita. Quum fere nulla amplius recuperandae valetudinis spes affulgeret, novendiales preces ad sanationem obtinendam, aliaeque frequentesque invocationes ad Venerabilis Ioannae Elisabethae patrocinium conciliandum a Sororibus et ab infirmae familia ferventer effusae sunt. Quin immo Venerabilis imagines et de eius reliquus particulae appositae sunt infirmae eamque subucula induerant, quae Venerabilis sepulcro Podii fuerat admota.

Die 11 Iunii, iisdem gravissimis perseverantibus morbi conditionibus, hora matutina septima puella placido somno correpta fuit. Bis expergefacta ut aliquantulum cibi sumeret iterum obdormivit usque ad secundam post mediam noctem horam. Mane facto medicus stupens miraculum fas-

sus est. Praeter omnes naturae leges sanationem hanc evenisse tres periti ex officio a S. H. C. acciti sine ulla haesitatione conclamant.

De sanatione Leae Laverré una cum alia sanatione, primo loco posita, Antepraeparatoria Congregatio apud Emum Cardinalem Camillum Laurenti, Causae Ponentem seu Eelatorem, die 5 Februarii anno 1929 coacta est. Cui successit Praeparatoria, in qua prior sanatio fuit seposita.

De sanatione Sororis Angelinae Antepraeparatorius coetus apud eumdem Emum Cardinalem die 6 Februarii anni huius habitus est.

In Praeparatoriis comitiis die 27 Februarii coadunatis de utraque sanatione seu Sororis Angelinae seu Leae Laverré actum est. Novissima vero Congregatio die 24 huius mensis coram Ssmo D. N. habita est, in qua Emus Cardinalis Laurenti, Causae Ponens seu Belator, dubium proposuit disceptandum: *An et de quibus miraculis constet, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suam aperuerunt sententiam, quas Beatissimus Pater benigne excepit.**

Diem vero hanc 29 Aprilis mensis, Dominicam IV post Pascha, clarissimo märtyri Petro sacram, elegit ut suum proferret iudicium.

Quapropter ad se Emum Cardinalem Camillum Laurenti, S. E. C. Praefectum et Causae Eelatorem, nec non E. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium accivit, et Eucharistica Hostia religiose litata pronunciavit: *Constare de duobus miraculis a Deo per Ven. Ioannae JElisabethae Bichier des Ages intercessionem patratis, nempe: de instantánea perfectaque sanatione tum Sororis Mariae Angelinae a gravi ulcere pylorico, tum Leae Laverré a gravissima broncopulmonite capillari.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. E. C. referri mandavit.

Datum Eomae die 29 Aprilis a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PICTAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE ELISABETH BICHIER DES AGES CONFTJNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDRnAE.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, tuto *procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Beatificationem.*

Ea nunquam excident, mansura in aevum, suavissima **Christi Domini** verba: *Sinite parvulos venire ad me.* **Quibus** ea connectuntur gravia equidem ac terribilia, per quae iram divinam minatur suam iis qui seandalizaverint unum ex his pusillis. **Id** causae **fuit** cur **Ecclesia** in explendo sibi divinitus mandato munere, docendi homines eosque sanctificandi, sollertissima cura ac praecipuo amore animum semper intenderit ad inveniam christianis moribus informandam: quam si semel **Christo** arcte devinxeris, non inde facile sequuturae vitae vicissitudines divellent. **At** vero contrario nisu eo etiam spectat *inimicus homo* ut prohibeat a **Christo** pueros atque adolescentes, eosque nefario ausu ad impietatis castra mature pertrahat, ut iugi veluti captivitate sibi deinceps mancipati serviant.

Cui malo occurrens misericors **Dominus,** eo praesertim tempore, quo maiore conatu christiani nominis **osores** suo nefario proposito exsequendo incumbebant, plures tum **virorum,** tum mulierum religiosas multiplicavit in **Ecclesia** familias, quae strenue iuventuti sancte instituendae adlaborarent. **Quanto** vero spirituali animarum emolumento id praestiterint atque praestent, vix **est** dicere.

In hac nobili apostolatus palaestra, superiori saeculo ineunte, singulari laude **Ven. Ioanna Elisabeth** a **Bichier** des **Ages** enituit, quae, praeeunte ac dirigente S. **Andrea Huberto Fournet,** benemerentem **Congregationem Filiarum Crucis** eo praesertim fine condidit, ut pauperioribus popularis coetus puellis educandis, et infirmis derelictis omnique ope destitutis sublevandis, operam suae filiae darent.

Ioanna, Elisabetha, Maria, Lucia piis ac nobilibus parentibus **Antonio,** dynaste *des Ages,* quod castrum in archidioecesi **Bituricensi,** sed prope fines **Pictaviensis** dioecesis situm est, et **Maria Augier** de **Moussac** in parva urbe *Blanc* nata est anno ab ortu **Christi 1773** die **5 Iulii. Eluxit** mature in puella optima indoles et ad pietatem in **Deum** et caritatem in pauperes proclivis. **Decennis Sororibus Hospitalariis Pictavii** in urbe educanda traditur, tantaque pietate et animi maturitate inter aequales enituit, ut, raro

tunc temporis exemplo, undecim vix annos nata, die 26 Decembris mensis anno 1784 et ad sacram synaxim fuerit admissa et sacro chrismate delibuta. Quum domum non multo post rediisset, non solum a choréis aliisque nugis abhorrebat, sed orationi incumbere in deliciis habebat, et corpusculum asperitatibus afflictabat, patre tantam in puella virtutem admirante. Hunc longa ac dira infirmitate laborantem diu noctuque assidua usque ad mortem, quae anno 1792 contigit, est solata.

Gallica perturbatione adhuc debacchante, familiaribus rebus magna prudentia et supra aetatem sagacitate compositis, una cum matre in rus *La Guimetière* **secessit. Honestissimas a matre oblatas nuptias fortiter recusavit, quin immo die 5 Man a. 1797 se Iesu et Mariae in perpetuum dica vit. Ne autem sacris privaretur, noctu plerumque, impervia loca, ubi S. Andreas Hubertus Fournet, ex Hispanico exsilio redux, occulte divina celebrabat mysteria, spretis periculis, uno sibi fideli famulo in socium adhibito, accedebat. Sanctus Sacerdos vix eam est alloquutus, et spiritum probavit, et magna de ea portendit. Venerabilis autem nostra illius moderationi se totam commisit.**

Politica perturbatione sedata, ad odia restinguenda, quae iamdiu compressa inter diversas civium classes f erociter exarserant, ad discordias compescendas, ad amicitias conciliandas, ad christianos mores inducendos, verbo ad reparandas ruinas, quas nupera seditio auxerat, Sanctus Andreas Hubertus, divini Pastoris instinctu motus, caritatis opera exercenda et pauperum educationem summo studio esse curandam perspexit. Rem cum Ioanna Elisabetha contulit, nullamque ea aptiorem ad tantum opus exsequendum iudicavit. Nec eum spes fefellit. Nam Ioanna Elisabetha, moderatori suo morem gerens, Deo confisa, hoc sancte est exsecuta.

Mirandum sane spectaculum, virginem conspicere nobilitate generis praeclaram, demisso habitu cultuque, pauperrimorum tuguria adire, infirmis sua manu inservire, eorum necessitatibus succurrere, putrida ulcera sanieque manantia tergere non abhorrentem: derelictas omnique ope destitutas puellas accire, et veluti tenerrimam matrem humanis christianisque institutis eas excolere, ab impendentibus ex pauperie periculis eripere; quare factum est ut plures ex eius loci incolis tantae virtutis exemplis perculsi Deo se reconciliare sategerint. Augescente autem puellarum instituendarum numero Ioanna Elisabetha nonnullas probatae virtutis virgines sibi adiunxit, quibuscum communem vitam instauravit.

Spiritualis haec familia, quae in rare *la Guimetière* **intra fines paroeciae** *de Bethines* **primitus fundata est, paullatim, praeter priorem fundatorum intentionem, facta est religiosa Congregatio cui, ob eorum in sanctam Crucem amorem,** *Filiarum Crucis* **nomen inditum, cuius princeps domus**

Podii *(Le Puy)* **intra Picta viensis dioecesis fines est constituta. Venerabilis nostra Congregationis regulas ad mentem sancti sui moderatoris conscripsit.**

Quanta et qua animi fortitudine Venerabilis seu ex hominum malitia seu ex arctissima paupertate in qua enascens Congregatio versabatur, seu ob itinerum incommoda quae, ob fere centum novarum domorum fundationes, arripere cogebatur, sit passa, non facile dixeris.

Virtutibus omnibus exornata, mentisque onusta die 26 Augusti mensis a. 1838 Podii purissimam animam Deo reddidit.

Die 13 Maii mensis a. 1891 Beatificationis causa fuit introducta. Virtutibus heroicis eam fulsisse die 23 Martii a. 1928 decretum est. Duo miracula a Deo per eius intercessionem fuisse patrata nudius quintus est pariter decretum.

Unum supererai discutiendum dubium: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* **tuto** *procedi possit ad solemnem praedictae Venerabilis Beatificationem.* **Dubium hoc in Generali Congregatione, quae die 1 mensis huius coram Ssmo D. N. habita est, Emus Cardinalis Camillus Laurenti, Causae Relator, proposuit. In affirmativam quotquot aderant seu Revmi Cardinales seu Officiales Praelati et PP. Consultores concessere sententiam: Beatissimus vero Pater, ut suam aperiret, hanc selegit diem sanctissimae Cruci recolendae sacram. Opportune quam maxime, ut quae, sanctae Crucis amore hoc titulo una cum S. Andrea Huberto suam Congregationem honestari voluit, rursus et ipsa hodie honestetur, et ad Beatificationis honores veluti ab ipso Sancto manu ducatur, cuius centesimum ad caelum natale hoc anno die 13 mensis huius in eo est ut celebretur.**

Quapropter ad se accitis Emo Cardinali Camillo Laurenti, S. B. C. Praefecto et Causae Ponente seu Eelatore, E. P. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, meque infrascripto Secretario, sacrosancto Eucharistico sacrificio devotissime oblato, Ssmus D. N. pronunciavit: *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Ioannae Misabethae Bichier des Ages Beatificationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta S. E. C. referri et Apostolicas Litteras sub anulo Piscatoris de Beatificationis solemnibus in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis, expediri mandavit.

Datum Romae, die 3 Maii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L.© S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (FASANELLI-STACCIOLI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Clarae Staccioli, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma. via delia Dataria, 94) die 11 Octobris 1934, hora *1%* **ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:**

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Clarae Staccioli curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. S. **G. Heard,** *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 30 Iunii 1934.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Claire Staccioli, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 11 Octobre 1934, à. 12 heures pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporterei fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite M. Claire Staccioli, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 11 Giugno 1934, Sua Santità ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. LEANDRO PITA HOMERO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì, 25 Giugno, la medesima Santità Sua ha ricevuto in solenne Udienza S. E. Sir CARLO WLNGFIELD, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Gran Bretagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

7 Dicembre 1933. **Monsig. Giovanni Mrkovié, della diocesi di Veglia.**
4 Gennaio 1934. **Monsig. Sisto Campagnoli, della diocesi di Carpi.**
18 » » **Monsig. Zaccaria Vahaparambil, della diocesi di Changanacherry.**
8 Marzo » **Monsig. Giuseppe Podavil, dell'amministrazione apostolica di Uzhorod.**
» » » **Monsig. Nicola Antal, della medesima amministrazione apostolica.**
15 » » **Monsig. Giuseppe Heger, della diocesi di Brno.**
» » » **Monsig. Giuseppe Neubauer, della medesima diocesi.**
22 » » **Monsig. Giuseppe Lombardi, della diocesi di Terni.**
» » » **Monsig. Martino Petrucci, della diocesi di Todi.**
5 Aprile » **Monsig. Ferdinando Ressel, dell'archidiocesi di Olomouc.**
» » » **Monsig. Federico Vasek, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Giuseppe Vasica, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Antonio Polansky, della medesima archidiocesi.**
» » **Monsig. Alessandro Adami, dell'archidiocesi di Cosenza.**
» » **Monsig. Giuseppe Pétrone, della medesima archidiocesi.**
9 » » **Monsig. Domenico Raimondi, della diocesi di Acqui.**
19 » » **Monsig. Adriano Tarulli, della diocesi di Matelica.**
» » » **Monsig. Pietro Marani, della medesima diocesi.**

19 Aprile 1934. **Monsig. Francesco Bertoglio (Roma).**
26 » **Monsig. Nicola Dizonno, dell'archidiocesi di Bari.**
Monsig. Antonio Masellis, della medesima archidiocesi.
Monsig. Vincenzo Storelli, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giuseppe Gisbertz, della diocesi di Aquisgrana.
Monsig. Francesco Goijaerts, della diocesi di Bois-le-Duc.
3 Maggio » **Monsig. Giovanni Chmielnikowski, della diocesi di Premi slia dei Latini.**
Monsig. Michele Górnicki, della medesima diocesi.
Monsig. Alessandro Tichy, della diocesi di Alba Reale.
» **Monsig. Stefano Záborszky, della medesima diocesi.**
5 **Monsig. Enrico Wagner, dell'archidiocesi di Colonia.**
10 **Monsig. Francesco Zaraga (Roma).**
Monsig. Luigi Sartori, della diocesi di Treviso.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

13 Aprite 1933. **Monsig. Antonio Claudio de Mello, della diocesi di Sobral.**
» » » **Monsig. Gonçalo de Oliveira Lima, della medesima diocesi.**
25 Febbraio 1934. **Monsig. Francesco Morabito, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.**
15 Marzo » **Monsig. Giovanni Stanëk, della diocesi di Brno.**
» » » **Monsig. Francesco Vsetecka, della medesima diocesi.**
5 Aprile » **Monsig. Agostino Hensl, dell'archidiocesi di Olomouc.**
» » » **Monsig. Giuseppe Hanák, della medesima archidiocesi.**
26 » » **Monsig. Giuseppe Fritzen, della diocesi di Aquisgrana.**
» - » » **Monsig. Giuseppe Schmalohr, della medesima diocesi.**
3 Maggio » **Monsig. Pietro Perciballi (Roma).**

Cunar ier i d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

8 Febbraio 1934. **Il sig. Giovanni Wancura, dell'archidiocesi di Vienna.**
» » » **Il sig. Ottone Wiesinger, della medesima archidiocesi.**
20 Marzo » **Il sig. Ignazio Brand, della diocesi di Southwark.**
19 Aprile » **lì sig. Alfredo Ciani (Roma).**

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

7 Febbraio 1934. **Monsig. Filippo Onori, della diocesi di Sutri.**

NECROLOGIO

31 Maggio 1934. **Mons. Martino Gerolamo Izart Arcivescovo di Bourges.**
10 Giugno » **Monsig. Riccardo Sepulveda, Vescovo tit. di Sofene.**
13 » » **Monsig. Pasquale Keklikian, Vescovo di Adana degli Armeni.**
24 » » **Monsig. Bernardo Martínez y Noval, Vescovo di Almeria,**

An. et Vol. XXVI 1 Septembris 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

NORMAE S. ROMANAE ROTAE TRIBUNALIS

PROOEMIUM

Rotae a Pio Pp. X, sanctae memoriae, in exercitium revocatae, per Constitutionem *Sapienti consilio* diei 29 Iunii 1908, data est simul *Lex propria,* qua — statuta constitutione et competentia Tribunalis — tradita sunt generalia quaedam de modo iudicandi praecepta. His nisum, Rotale Collegium *Regulas* descripsit *servandas in iudiciis apud S. Romanae Rotae Tribunal,* quibus idem Summus Pontifex die 2 Augusti 1910 vim legis dedit.

Codex autem'iuris canonici, a Benedicto Pp. XV fel. rec. die lesto Pentecostes anni 1917 promulgatus, rursum constitutionem et competentiam Eotae designavit, de iudiciis vero amplissime -cavit et ita quidem at plurimae ex Eotae regulis factae sint universales, ut videre est in notis, quibus canonum fontes indicantur.

Codice promulgato et observato rerum usu, visum est Auditoribus novas conscribere normas, quibus plura definirentur spectantia ad constitutionem Tribunalis et ad officium Auditorum aliorumque Tribunali addictorum, de iudiciis vero generales Codicis leges indoli atque stylo Rotae aptarentur.

Quas normas cum Auditores humiliter obtulissent Sanctissimo Domino Pio XI, quem Deus diutissime sospitet, idem, praevio maturo examine, in audientia infrascripto concessa die 22 Iunii 1934, approbavit, in Rota vim legis habituras,, contrariis quibusvis non obstantibus. Ideo mandavit, ut hae *Normae S. Romanae Rotae Tribunalis* ederentur in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali.*

Romae, die 29 Iunii 1934.

M. MASSIMI. *Decanus**

TITULUS I

DE CONSTITUTIONE SACRAE ROMANAE ROTAE

Art. 1

Sacra Romana Rota est Tribunal collegiale, Apostolicae Sedis ordina* rium, constans certo Praelatorum numero, quorum electio Romano Pontifici reservatur, qui Auditores vocantur, cui praesidet Decanus, primus inter pares.

Art. 2

§ 1. - Auditores sacerdotes sint oportet, ex legitimo matrimonio nati, maturae aetatis, laurea doctorali saltem in utroque iure praediti, honestate vitae, prudentia et iuris peritia praeclari.

§ 2. - Iidem, vix ac attigerint septuagesimum quintum aetatis annum, emeriti evadunt, et a munere iudicis cessant.

Art. 3

§ 1. - Auditores post Decanum ordine sedent ratione antiquioris nominationis, et in pari nominatione ratione antiquioris ordinationis ad sacerdotium, et in pari nominatione et ordinatione presbyterali, ratione aetatis.

§ 2. - Vacante Decanatu, in officium Decani ipso iure succedit qui primam sedem post Decanum obtinet.

Art. 4

§ 1. - Erunt insuper in Sacra Rota Promotor iustitiae pro bono publico tuendo, et Defensor vinculi sacrae ordinationis aut matrimonii.

§ 2. - Hi sacerdotes esse debent, laurea doctorali in utroque iure insigniti, maturae aetatis, bonis moribus, prudentiae ac iuris peritia praestantes.

§ 3. - Eligentur a Summo Pontifice, proponente Auditorum Collegio.

Art. 5

§ 1.-Defensori vinculi dabitur *Substitutus,* **qui sub eiusdem ductu vinculum defendat.**

§ 2. - Idem, de Decani mandato, Promotoris iustitiae partes sub huius ductu explere poterit.

§ 3. - Substitutus praeditus sit oportet qualitatibus, de quibus in § 2 art. praecedentis, eiusque electio fiet a Rotali Collegio, confirmanda a Summo Pontifice.

Art. 6

§ 1. - Pro actibus S. Rotae conficiendis constituentur Notarii sacerdotio aucti, et Advocati Rotalis diplomate praediti.

§ 2. - Adsint quoque scriptores, item sacerdotio aucti et laurea doctorali saltem in iure canonico praediti, quorum uni demandanda est custodia tabularii Tribunalis, alteri bibliothecae.

§ 3. - Item adsit Distributor cum adnexo munere arcarii et Ratiocinatur.

§ 4. - Omnes eligentur a Rotali Collegio, eorumque electio confirmanda erit a Summo Pontifice. Notariorum autem et scriptorum electio fiet ex concursu iuxta regulam pro ceteris S. Sedis officiis datam.

Art. 7

§ 1. - Quilibet Auditor potest sibi eligere duos, suo studio addictos, quos dicunt *secretos.* Decanus tres.

§ 2. - Ex his, accedente consensu Rotalis Collegii, potest unus adsumi in adiutorem, qui appellabitur *Secretus ab officio,* et erit ad nutum Auditoris amovibilis.

§ 3. - *Secretus ab officio* debet esse sacerdotio auctus, laurea doctorali iuris saltem canonici in studiorum Universitate vel in Facultate iuridica a S. Sede recognita donatus, religione vitaeque honestate praestans.

Art, 8

§ 1. - Sint etiam laici maturae aetatis et probatae vitae, qui officia cursorum et apparitorum praestabunt; his custodia sedis et aulae Tribunalis committatur.

§ 3.-Nominatio erit ad triennium, et poterit prorogari, si ipsi sese integros idoneusque probaverint.

Art. 9

§ 1. - In iudicio criminali semper, in contentioso autem, si ex revelatione alicuius actus praeiudicium partibus obvenire possit, vel ab ipso Tribunali secretum impositum fuerit, Auditores, Tribunalis administri et Auditorum secreti tenentur ad secretum officii.

§ 2.-Inviolabile etiam secretum est servandum de discussione quae in Tribunali ante ferendam sententiam habetur," itemque de suffragiis et opinionibus ibidem prolatis.

Art. 10

§ 1.-Singuli S. R. Rotae Auditores, post nominationem, antequam iudicis officium suscipiant, coram universo Collegio, adstante uno ex Notariis S. Tribunalis, qui in acta referet, iusiurandum dabunt de officio rite et

fideliter implendo, atque de secreto servando ad normam' articuli praecedentis.

§ 2. - Item praescriptum iusiurandum dabunt Tribunalis administri et singuli Auditorum secreti coram S. E. Decano, adstante pariter uno ex Notariis.

Art. 11

§ 1. - Auditores qui secretum violaverint, aut ex gravi negligentia vel dolo grave litigantibus detrimentum attulerint, tenentur de damnis et ad instantiam partis laesae, vel etiam ex officio, Signaturae Apostolicae iudicio, a Ssmo confirmato, puniri possunt.

§ 2. - Tribunalis administri et Auditorum secreti qui similia egerint, pariter tenentur de damnis, et ad instantiam partis laesae, aut etiam ex officio, Rotalis Collegii iudicio, puniri possunt.

TITULUS II

DE OFFICIO AUDITORUM ALIORUMQUE S. R. ROTAE ADDICTORUM

CAPUT I

De Auditoribus

Art. 12

Auditor, praestito iuramento, ad normam art. 10 § 1, in Rotale Collegium adscitus est, iudicis officium suscipit, et iuribus ac privilegiis fruitur Auditorum Sacrae Rotae propriis.

Art. 13

§ 1. - Ad Decanum, uti Collegii Praesidem, pertinet Collegium aut etiam alios Tribunali addictos convocare, quoties negotia requirunt, et statuere Turnos causas iudicaturos, nec non curare ut omnes S. Tribunalis ministri suum munus diligenter adimpleant.

§ 2. - Ipsi obnoxia sunt S. Rotae Cancellaria, tabularium, bibliotheca, arca nummaria; ideoque omnia ordinat quae ad bonum horum statum conducere possint. Quod si agatur de extraordinario aliquo consilio capiendo, rem ad Collegium deferat.

§ 3. - Item sub eius cura sunt regestum deliberationum collegii, et Uber rerum notabilium aliarumque scripturarum ad idem Collegium pertinentium.

§ 4. - Impedito Decano, munera eiusdem propria explebit antiquior Auditor, qui non sit impeditus.

Art. 14

Quando causa aliqua legitime ad protocollum S. Rotae pervenerit, Decanus statuet Turnum ad eandem iudicandam, iuxta ordinem in art. 15 explicandum.

Art. 15

§ 1. - Turni eo ordine procèdent, ut primus constet ex Decano et Auditoribus secundo et tertio; alter ex. secundo, tertio et quarto; tertius ex tertio, quarto et quinto, et ita deinceps ea lege ut Turnus subsequens constituatur ab altero ex Auditoribus praecedentis Turni et duobus sequentibus Auditoribus, iterum incluso Decano cum duobus postremis Auditoribus, vel cum ultimo ex iisdem Auditoribus et secundo.

§'2. - Quod si agatur de appellatione a sententia Botali,' Turnus *ad quem* est ille qui constat ex Auditoribus immediate antecedentibus eos quibus Turnus *a quo* constabat.

Art. 16

§ 1. - Si quis Auditor infirmitate aut alia iusta causa impediatur quominus in Turno partem habere possit, ei Decanus alium ex Auditoribus substituit.

§ 2. - Haec substitutio fit ex officio, vel ad instantiam eorum quorum interest.

Art. 17

Quoties Auditori impedito alius substitutus fuerit, postea, cessante impedimento, primus Auditor in Turnum restitui potest accedente Decani decreto, nisi substitutus partes habuerit in iudicanda aliqua quaestione incidentali, quae in sententiam definitivam sua natura influat.

Art. 18

§ 1. - In decreto quo Decanus Turnum designat, designet etiam causae Ponentem, qui est semper antiquior.

§ 2. - Attamen Auditor, ob impedimentum alterius suffectus, etiam antiquior, non potest esse Ponens, quoties Ponens antea designatus permaneat.

§ 3. - Si Ponens, ut supra § 1 designatus, iustam habeat munus declinandi causam, poterit, auditis ceteris de Turno Auditoribus, uni ex ipsis munus committere, edito ad hoc decreto omnibus quorum interest notificando.

Art. 19

§ 1. - Ponens, utpote praeses Turni, universum processum moderatur.

§ 2. - Ponentis in primis est :

a) **cavere ut mandatum procuratorium sit legitimum;**

b) **si videat spem esse concordiae inter partes obtinendae, hanc eis suggerere;**

c) **supplere probationes exceptionesve, si agatur de publico bono vel de animarum salute;**

d) **cavere ut litem, quantum fieri potest, faciat breviorem, dilationes frustratorias aut exceptiones et petitiones frivolas repellendo, terminos peremptorios praefigendo etc.**

§ 3.-Audientiae Ponentis locum habebunt, quavis in hebdomada diebus et horis statuendis atque per tabellam designandis. .

Art. 20 o

Caveat Ponens ne typis edi iubeat aut sinat sententias Turni cui praefuit, ex quarum divulgatione scandala, odia, diffamatione^, dissidia in familiis aut alia huiusmodi gravia mala oriri possint.

Art. 21

Ad continendos in officio advocatos aut procuratores, qui praescripta Codicis aut Normarum Tribunalis S. R. Rotae transgrediatur, Ponens eis moderatas muletas infligere potest, graviores tamen praevia comminatione in scriptis facienda. Nefas est advocatis eiusmodi muletas inter expensas a cliente reiiciendas computare.

Art. 22

Ad legitimam exsecutionem actorum iudicialium cuiuslibet generis, competit Auditoribus potestas applicandi remedia paenalia, vel etiam censuras ecclesiasticas.

Art. 23

§ 1. - Quando Auditores causam agunt potestate ordinaria, haec potestas non cessat per vacationem Sedis Apostolicae.

§ 2. - Quando agitur de causa vi Commissionis Pontificiae tractanda, si commissio iam fuerit subscripta ab iis quibus de iure, potestas S. Rotae adquisita est, nec cessat per vacationem Sedis Apostolicae; quod valet etiam in casu quo commissio nondum fuerit ad Sacram Rotam expedita aut transmissa.

CAPUT II

De Promotore iustitiae et Defensore vinculi

Art. 24

§ 1. - Promotor iustitiae intervenire debet in omnibus causis criminalibus, itemque in contentiosis in quibus bonum publicum in discrimen vocari potest, iis exceptis quae ad vinculi Defensorem spectant.

§ 2. - Curet autem Ponens ut quam primum harum causarum positiones transmittantur Promotori iustitiae.

Art. 25

§ 1. - In causis criminalibus Promotor iustitiae gerit partes accusatoris, intendens ut delinquentes iuste puniantur.

§ 2. - Licet vero eius sit accusare et sustinere ex officio accusationem, id tamen praestare non debet, si censeat accusationem prorsus fundamento destitui.

Art, 26

§ 1. **- Praeter Promotorem iustitiae alius accusator non admittitur.**

§ 2. - Sed adiumenta ad delicti probationem suppeditare debent Promotori iustitiae qui delictum denuntiaverint, itemque Promotores iustitiae tribunalium inferiorum, praesertim cum causa agitur ex horum appellatione.

Art. 27

§ 1. - In causis contentiosis Ponentis est ferre iudicium de eo utrum bonum publicum in discrimen vocari possit necne, nisi interventus Promotoris iustitiae ex natura rei evidenter necessarius dicendus sit, ut in causis impedimenti ad matrimonium contrahendum, separationis inter coniuges, piae fundationis quoad eius exsistentiam, iurispatronatus propter libertatem Ecclesiae tuendam, etc.

§ 2. - Si in praecedentibus instantiis intervenerit Promotor iustitiae, huius interventus praesumitur necessarius.

Art. 28

§ 1. **- Promotor iustitiae in causis contentiosis bonum publicum tuetur. Itaque, quoad fieri potest, salva rei veritate, defendit e re nata iura matrimonii, piarum fundationum, Ecclesiae.**

§ 2. - Si causa plura capita complectatur, quorum nonnisi quaedam ad bonum publicum spectant, de iis tantum Promotor iustitiae curabit.

Art. 29

§ 1. **- In causis contentiosis, ad tuendum bonum publicum, praeter Promotorem iustitiae, admitti possunt a Ponente, eodem Promotore audito, aliae personae praesertim morales.**

§ 2. - Non admittitur autem ut repraesentetur in S. E. Eota Tribunal primae vel ulterioris instantiae ad defendendam sententiam a se latam.

§ 3.-Adiumenta ad bonum publicum tuendum suppeditabunt Promotori iustitiae, praeter personas de quibus in § 1, **Promotores iustitiae tribunalium inferiorum, praesertim cum causa agitur ex horum appellatione.**

Art. 30

Cum Promotor iustitiae est ad normam Codicis audiendus, itemque cum pro munere ipse debet ad normam Codicis instare, vel se opponere, motiva voti, instantiae, oppositioni* adducere debet.

Art. 31

De gratuito patrocinio concedendo vel negando, audiendus est Promotor iustitiae, qui instabit quoque, ut illud revocetur, si casus ferat.

Art. 32

Promotor iustitiae invigilet ut gratuitum patrocinium diligenter exerceatur. Itaque ei communicari debent concessiones omnes gratuiti patrocinii.

Art. 33

§ 1. - Cum Promotor iustitiae abstinere debeat ab officio suo, ad normam can. 1613 Codicis, vel cum suspectus declaratus fuerit, Decanus ei sufficiet pro ea causa Substitutum, de quo in art. 5.

§ 2. - Idem praestare potest Decanus, instante Turno, si Promotor impediatur quominus animadversiones exhibeat intra congruum temporis spatium ei assignandum.

Art. 34

§ 1. - Defensor vinculi intervenire debet in omnibus causis in quibus agitur de vinculo sacrae ordinationis aut matrimonii.

§ 2. - Quare harum causarum positiones quam primum sunt ei transmittendae a Ponente.

§ 3. - Earundem congruum numerum Defensor vinculi assignabit Substituto.

Art. 35

In causis de nullitate matrimonii itemque de probanda inconsummatione et causis ad dispensandum super rato, vinculi Defensor matrimonium tuetur cum officiis et iuribus de quibus in Codice.

Art. 36

In causis in quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione, vel ipsa sacrae ordinationis validitas, vinculi Defensor validitatem ordinationis obligationesque ex ea exsurgentes tuetur, cum officiis et iuribus de quibus in Codice.

Art. 37

Quae de Promotore iustitiae statuta sunt art. 30 et 33, valent quoque de vinculi Defensore.

CAPUT III

De Notariis aliisque addictis Cancellariae

Art. 38

Notariorum munera erunt:

a) **adstare quoties iusiurandum de iure praestatur atque ea de re in acta referre;**

b) **citationes subscribere, atque communicare partibus quae Ponentes communicare iusserint, itemque annotare citationes denunciatas, ac communicationes peractas;**

c) **adesse cum fit scripturarum distributio et permutatio, ac super exemplari in actis asservando fidem facere de rite peracta distributione, simulque curare ut exemplaria transmittantur ad eos quibus oportet;**

d) **interesse processus instructioni ac disputationi quae habetur coram Turno pro Tribunali sedente;**

e) **postulantibus partibus significare sententiae partem dispositivam, nisi Tribunal censuerit decisionem suam secreto servare usque ad formalis sententiae publicationem.**

Art. 39

Primus Notarius:

a) **rite digestam habeat librum causarum, seu** *protocollum;* **itemque protocolli indicem seu parvas rubricas schedulasve quibus ordinentur causae pro nominibus dioecesium et partium:**

b) **cum ad Tribunal pervenerit causa iudicanda, eam sine mora transmittat ad Decanum ut hic Turnum iudicaturum designet, causam in protocollum referat huiusque parvas in rubricas;**

c) **recipiat acta ac documenta Tribunali allata, ea in protocollum referens, relationisque signum actis documentisve imprimens;**

d) **custodiat Cancellariae sigilla, quibus nemo sine expressa licentia ab eo singulis vicibus impetranda uti poterit;**

***e)* declarare poterit ad instantiam cuiuslibet petentis fidelitatem exemplarium cum autographo ac restituere documenta exhibita, impetrata tamen in utroque casu licentia Ponentis, si ad effectum causae documentum postuletur: de mandato autem Decani, si aliquod documentum ad alium finem requiratur;**

/) item ad instantiam partium declarationem edere poterit de statu actorum, quo causa aliqua inveniatur;

g) **caveat ne propter factum Cancellariae causae protrahantur; quare cum primum designatus fuerit Turnus, causae acta ad Ponentem remittat,**

ceteris Auditoribus monitis; transactis vero quindecim diebus, ad Cancellariam revocet;

h) item, si positio remissa fuerit ad Promotorem iustitiae vel ad Defensorem vinculi, post quindecim dies eam repetat;

i) a Ponente rescripta, decreta, decisiones excipiat, curaturus ipsorum exsecutionem per notarios scriptoresve, urgentiora aliis praeferens;

k) epistolas ac omnia alia acta, quae nomine Cancellariae expediuntur, ut redigantur curet ac signet; *

l) sententiarum autographa ac advocatorum diplomata obsignet;

m) moderatoribus ephemeridum « Acta Apostolicae Sedis » tradat exemplaria sententiarum decretorumque de mandato Decani, praehabito Ponentis consensu, evulgandorum, quae signabit in fidem veritatis;

n) mandata conficiat solutionis exactionisve, transmittenda arcario;

o) causarum absolutarum positiones, consentiente Ponente vel Decano, in archivo collocari faciat.

Art. 40

Notarius alter:

a) librum habeat causarum dispositorum ex ordine protocolli, quo notet diem expeditionis exsecutionisque omnium actorum, atque pecuniam sive Tribunalis administris, sive aerario S. Sedis debitam;

b) singulis mensibus exeuntibus, pecuniae Tribunalis administris et aerario S. Sedis debitae rationem ineat, quam exhibeat primo Notario, ut hic ea obsignata mandatum solutionis conficiat;

c) libro in ordinem kalendarii redacto, notet diem adsignatum concordandis dubiis, excutiendis testibus, Turnis habendis et distributionibus faciendis;

d) deferat Ponenti advocatos scripturas die statuta non exhibentes;

e) primi Notarii ad tempus absentis vices gerat.

Art. 41

§ 1. - Scriptorum amanuensium est:

a) epistolas, decreta et rescripta exscribere, et quae paucis recepto usu indicata sunt verbis, ea fusius evolvere;

b) fasciculum actorum causae, vulgo *ponenza,* digestum servare, unumquodque ex actis signans numero ordinis, attento tempore quo exhibita fuerint.

§ 2. - Iidem curam omnem adhibebunt ut quavis menda scriptura careat; nec subscribendam tradent, nisi prius attente perlegerint. Huic diligentiae qui desit identidem, praebet causam cur in ipsum severius animadvertatur.

Art. 42

Scriptor tabulano addictus, eidem recte ordinando vacabit; positiones resumet; atque binos Archivi indices conficiet ordine alphabetico digestos, quorum alter partium referat nomina, alter causarum titulos. Denique, munitus Decani scripto mandato in actis asservando, petita documenta exscribet, eaque cum originali concordare declarabit.

Art. 43

Scriptor cui bibliothecae custodia commissa est, de librorum indice curabit, ac praesto erit iis qui eosdem consulere velint.

Art. 44

Distribuions partes sunt:

a) **curare ut citationes expediantur, easdem singulis diebus notando in libro cursorum;**

b) **distribuere partibus aut earum procuratoribus epistolas et acta Tribunalis, atque distributiones, diem ex die, in libro notare;**

e) **prospicere ut epistolae et fasciculi actorum in Urbe distribuenda ad eos quibus oportet, Tribunalis cursorum adhibita opera, mittantur; quae vero extra Urbem ex officio mittenda sunt, ea absque mora per publicos cursores transmittantur; haec omnia, ut supra, adnotando;**

d) **litteras et decreta, quae occlusa mittenda sunt, praeposita nominis et loci inscriptione obserare;**

e) **ante vero quam acta quaelibet tradat, vel mittat, inspicere sintne ipsis rite subscripta nomina eaque sigillo munienda curare secundum Tribunalis normas;**

/) **acta taxationi obnoxia nunquam dimittere ante solutam pecuniam, nisi scripto accedat Notarii auctoritas; cuius legis sanctio ea erit ut, si hanc cautelam neglexerit, ipse in se periculum rei recipiat, expleto que mense de suo restituat;**

g) **Decani auctoritate minores curare sumptus pro Cancellaria instruenda, vel pro supellectili Sacri Tribunalis conservanda;**

h) **rescripta yel decreta exsecutioni mandata ac a Notario primo in protocollo relata, inserere fasciculo actorum;**

i) **positiones advocatis procuratoribusve tradere;**

lc) **adiuvare Notarios in distributione scripturarum.**

Art. 45

Distributor, ut arcarius:

a) **custos est suo periculo pecuniae documentorumque depositorum in arca munita; cuius ipse claves habet, Decanus alteras;**

b) **sub debitis cautelis solvit et accipit pecuniam Tribunali creditam debitamque;**

c) **venditat folia ac chartulas sigillum Sedis Apostolicae referentia, peractam venditionem adnotans ac de eadem ad ratiocinatorem referens;**

d) **extremo quoque mense defert S. Sedi pecuniam eidem debitam.**

Art. 46

Ratiocinatoris est:

a) **curare ordinem librorum qui sequuntur:**

1. liber *(cassa),* **in quo signatur pecunia quae singulis mensibus accipitur et solvitur;**

2. liber *(conti correnti),* **in quo ad singulas causas ex ordine protocolli dispositas signetur pecunia debita et credita, unde finita causa extrahenda est nota a Ponente probanda;**

3. liber *depositorum,* **in quo signetur pecunia a Procuratoribus deposita;**

4. Uber *aerarli,* **in quo signetur pecunia aerario S. Sedis debita vel credita ;**

5. liber *causarum gratuiti patrocinii,* **in quo harum causarum omnes expensae notentur;**

6. liber bibliothecae, in quo ratio habeatur cum bibliothecae expensarum tum pecuniae ab iis, qui advocati titulum consequuntur solutae, cum haec bibliothecae cedat;

7. über (*Cassa sovvenzione pel gratuito patrocinio)* **in quo introitus signentur percipiendi et danda subsidia, ad normam ordinis ad rem statuti.**

b) **extremo quoque mense binas tabulas conficere, primas ex libro** *aerarii,* **deferendas administrationi bonorum S. Sedis, alteras ex libro** *depositorum,* **tradendas Decano;**

c) **diligenter servare documenta omnia quae legitimum probent expensum vel solutum.**

Art. 47

Etsi sua cuique definita sint munia, firma tamen communis manet lex qua Cancellariae administri debent absentium collegarum partes mutua vice supplere ac alter alteri adiumento esse, prout aequum Decanus iudicaverit.

Art. 48

Cursores et apparitores, qui et ianitorum munere funguntur, debent:

a) **notificare citationes aliaque Tribunalis acta, ac de traditione deque huius tempore modoque fidem facere;**

b) **epistolas et actorum fascículos ad quos spectant, vel ad stationes tabellarías ferre;**

c) **Tribunalis aedium nitorem curare aliaque peragere quae a Decano commissa habeant in ipsius Tribunalis commodum.**

Art. 49

Omnibus Cancellariae addictis districte interdicitur ne extraneos ipsosque advocatos procuratoresve intra septa Cancellariae admittant.

CAPUT IV

De Auditorum Secretis

Art. 50

Secretorum partes sunt:

a) **acta iudicialia, sive causae sive processus, perlegere et proprio Auditori de eis oretenus vel etiam in scriptis referre;**

b) **diligenter vacare studio causarum sub ductu proprii Auditoris, et ad ipsum accedere diebus et horis ab eodem statutis, sive pro disceptatione causae, sive pro alio studio quod ab eo requiratur;**

e) **discussionibus oralibus in Sacro Tribunali adsistere;**

d) **saltem quinque diebus ante definitionem causae proprio Auditori votum exhibere latine conscriptum quo, argumentis tam in iure quam in facto explicatis, causae dubiis detur responsio.**

Art. 51

§ 1. - Secretus ab officio potest quosdam actus ad Ponentem spectantes peragere, de eius tamen mandato, quod in scriptis dari debet.

§ 2. - Mandatum est ad nutum Auditoris revocabile; exspirat autem ipso iure sub fine anni iuridici in quo est concessum.

§ 3. - Si qui actus a Secreto ab officio, expirato mandato, gesti sint, hi validi habentur, dummodo Auditoris ratihabitio accedat.

Art. 52

Secretus ab officio, praeter ea quae praestare tenetur ad normam art. 50, haec omnia vel singula, iuxta tenorem mandati a suo Auditore accepti, praestare potest:

a) citationem conficere, designando partibus tempus et locum comparitionis atque dubiorum concordationis, ac iubendo libellum citationis expediri;

b) die dubiis concordandis statuta, litis contestationi interesse ac actum conscribere;

e) exemplaria tum defensionum responsionumque tum summariorum, antequam edantur, examinare, ut imprimenda atque evulgandi facultatem concedere possit;

d) quando datur locus redditioni rationum et computationi, vel aestimationi fructuum et damnorum, de his videre et ad Ponentem referre;

e) expensarum notulas, ab Advocatis seu procuratoribus exhibitas partibus litigantibus, si oporteat, emendare, iuxta taxationem iudicialem a S. Tribunali probatam.

Art. 53

Secreti omnes post causae definitionem scripturas et summaria suo Auditori restituere debent.

CAPUT V

De advocatis et procuratoribus S. Romanae Rotae

Art. 54

§ 1. - Advocati proprii et nativi S. R. Rotae sunt advocati consistoriales. Iure advocandi vi officii fruuntur quoque procuratores SS. PP. AA.

§ 2. - Admittuntur tamen et alii, sive sacerdotes sive laici, qui, laurea doctorali saltem in iure canonico donati ab aliqua studiorum Universitate vel Facultate iuridica ab Apostolica Sede adprobata, post triennale tyrocinium expletum iuxta statutas normas, facto experimento coram Rotali Collegio, ab eodem idonei reperti sint, diploma advocatorum acceperint, a S. R. Decano et ab uno ex Notariis subsignatum, ac iusiurandum coram Rotali collegio dederint de munere ex conscientia implendo.

Art. 55

Qui in Urbe fixam non habent moram causarum patrocinium suscipere poterunt. At procuratoris munus ii tantum exercere valent qui et advocati rotales sunt, et Urbem continenter incolunt.

Art. 56

§ 1. - Procuratores et advocati in causis agendis coram S. E. Bota tenentur servare tum communes leges canonicas tum normas huius Tribunalis proprias.

§ 2. - Tenentur insuper de mandato Decani gratuitum patrocinium aut gratuitam adsistentiam praebere iis quibus Tribunal hoc beneficium concesserit.

Art. 57

Firmo praescripto art. 21 procuratores et advocati qui officio defuerint ^ poterunt a S. B. Bota reprehensionis nota inuri, poena pecuniaria multari; suspendi, vel etiam ex albo advocatorum expungi, audito tamen Collegio advocatorum consistorialium.

Art. 58

Procuratorum advocatorumque emolumenta non alia admittantur, «quam quae sunt probata.

TITULUS III

DE ORDINE IUDICIARIO S. R. ROTAE

CAPUT I

De introductione causae, de citatione ac dubiorum concordatione

Art. 59

§ 1. - Cum ad S. Rotae protocollum pervenerit appellatio aliqua, aut Commissio Pontificia, aut libellus pro aliqua causa in prima instantia iudicanda, ad normam can. 1557 § 2, aut alia quaelibet legitima petitio, Decanus decretum edit, quo statuitur Turnus Auditorum ad causam ipsam videndam.

§ 2. - Huiusmodi decretum, praeter numerum protocolli, nomina feret Ponentis, Auditorum de turno, nisi omnes videre debeant, partium, dioecesis ad quam pertinet causa, huiusque obiectum, indicato etiam competentiae fonte iuxta praecedentem paragraphum.

Art. 60

Si indubie constet de incompetentia S. Rotae, Decanus, auditis pro sua prudentia duobus primis Auditoribus, appellationem vel hbellum reiiciet per decretum in quo causas reiectionis indicabit.

Art. 61

Acta causae eisque adnexa documenta, vix in Protocollo S. Rotae-deposita sunt, censentur ex hoc ad Tribunal pertinere; unde, causa durante,, ea auferri nequeunt, nisi agatur de documento causae inutili vel brevi restituendo, accedente consensu alterius partis, et praevio Ponentis decreto,- Causa vero finita, documenta a partibus exhibita restitui eisdem poterunt, accedente Decani consensu.

Art. 62

§ 1. - Notarius Protocollo addictus cavebit ut procurator exhibeat mandatum ad lites, in actis servandum.

§ 2. - Regula generalis esto, exigendum esse ut mandatum concessum sit expresse pro lite apud S. Rotam agenda.

Art. 63

§ 1. - Decretum quo Turnus constituitur, a Notario Protocollo addicto,. Auditori Ponenti, cui causae acta, vulgo *posizione,* **transmittenda sunt,* notificabitur, aliisque Auditoribus de turno.**

§ ¿. - Si appellans vel recurrens advocatum seu procuratorem in Curia non habeat constitutum, monendus est a Ponente de Turni constitutione.

Art, 64

Constituto Turno, pars diligentior Ponenti instantiam porriget ut pars adversa aliique qui in causa intervenire debent, in ius vocentur, proposita dubii formula, quam disputari velit.

Art. 65

Accepta instantia et verificato, si instantia porrigatur a procuratore; huius mandato, Ponens decretum emittet quo pars adversa, sive intervenientes in causa in ius vocantur, expressis eorundem nominibus et cognominibus, et designatis anno, mense, die et hora quibus, ad effectum citationis et ad dubium a parte diligentiore propositum, in decreto citationis inserendum, vel aliud scopo litis aptum concordandum, per se vel per procuratorem comparere debeant in Tribunalis sede.

Art. 66

In causis matrimonialibus, in citandis personis, quae in Missionibus apud infideles vel in terris longinquis degunt, potest Ponens munus committere Ordinario reum conventum citandi, ut coram se vel coram suo delegato compareat, sub poena declarationis contumaciae, eumque interrogandi an pro vel contra vinculum stare velit, an iudicio Tribunalis se remittat, vel quid facere intendat. Rogandus autem Ordinarius, ut de peractis relationem faciat, simulque referat an et in quali mensura, sive conventus, sive actor, expensas iudicii solvere queant. Quod si reus conventus partes in iudicio habere velit, eidem Ordinarius terminum peremptorium praefigat ad comparendum per se vel per procuratorem coram causae Ponente.

Art. 67

§ 1.-Exemplar decreti citationis in actis asservandi, a Iudice et a Notario subscriptum atque Tribunalis sigillo munitum, cuique convento mittendum est, in Urbe per Tribunalis cursorem, extra Urbem per tabellarios publicos, sive mediante Curia dioecesana, sive directe ad reum conventum, ad normam Codicis.

§ 2. - Si Ponens id expedire existimet, citatio redigi potest lingua vernacula.

§ 3. - Citatio emissa nota fiet parti, quae eam requisivit, ut statuta die et hora coram Ponente se sistat.

Art. 68

Quoties locus esse debet citationi per edictum, decretum citationis inseri potest in commentario officiali « Acta Apostolicae Sedis », non exclusis aliis modis qui ad finem tutius et efficacius obtinendum inserviunt, tempore congruo assignato, ut ad notitiam rei conventi pervenire possit.

Art. 69

§ 1. - Si die et hora in decreto citationis designatis, pars conventa nec per se nec per alium in sede Tribunalis comparuerit, neque ulla notitia de peracta citatione Tribunali pervenerit, Ponens dubii concordationem differet, et vel litteras mittet Curiae, cui munus citationis exsequendae commissum fuit, ad urgendum responsum, vel novam faciet rei citationem.

§ 2. - Nova citatio fieri debet, si reus non compareat, sed iustam suae absentiae excusationem alleget.

Art. 70

§ 1. - Si notitia quidem ad Tribunal pervenerit de rite tradita reo citatione, etsi forte illam acceptare recusaverit, coram Tribunali vero ipse nec per se nec per alium comparuerit, nec ullam vel non iustam absentiae excusationem attulerit, Ponentis erit decidere, utrum *a)* dilata dubii concordatione, reo mittenda sit nova citatio; an *b)* procedendum sit ad dubii formulam statuendam, praemissa vel omissa declaratione contumaciae.

§ 2. - Declaratio contumaciae absentis fieri nequit, nisi ad instantiam sive partis, sive Promotoris iustitiae vel Defensoris vinculi, si iudicio intersint, excepto casu quo Ponenti competat citationem facere ex officio.

Art. 71

In causis matrimonialibus, si pars citata se remittat iustitiae Tribunalis, ne declaretur contumax, nisi eius praesentia in iudicio Ponenti necessaria videatur; atque dubii formula ex officio statuatur, altera parte praesente.

Art. 72

§ 1.-Declaratio contumaciae absenti simul cum dubiorum formula statuta notificabitur, assignato congruo tempore, ut exceptiones contra dubiorum formulam proponere et a contumacia se purgare valeat.

§ 2. - Nullus alius actus vel decisio eidem notificabitur, excepto libello, quo contineatur nova actoris petitio, assignato, ut supra, congruo termino ad respondendum, et sententia definitiva, si de bono publico agatur, vel, si secus, ad instantiam partis.

Art. 73

§ 1. - Absenti, qui iustitiae Tribunalis se remisit, ex officio notificanda© sunt dubii formula statuta, nova forte facta petitio et sententia definitiva.

§ 2. - Simpliciter absenti ex officio notificetur dubii formula statuta, itemque nova forte facta petitio, non vero sententia definitiva, nisi agatur de bono publico.

Art. 74

Si pars, ad cuius instantiam citatio emissa est, non comparuerit die et hora designatis, nullamque vel insufficientem absentiae excusationem attulerit, Ponens, ad instantiam alterius partis, dubii formulam ex officio statuere valet, absenti notificandam, assignato congruo tempore ad excipiendum.

Pro declaratione contumaciae servetur can. 1849 Codicis.

Art. 75

§ 1. - Cum partes comparuerint, videbit Ponens an locus sit concordiae inter partes experiendae, quod praesertim evenire potest, ubi ob leves tantummodo causas lis promovetur.

§ 2. - Si ineatur concordia, huius conditiones a partibus acceptatae et a Ponente adprobatae, ab eisdem partibus et a Ponente subscriptae, inserendae sunt in decreto Turni, omnia definitive adprobantis; quo decreto finis liti imponitur.

Art. 76

§ 1. - Quod si partes comparentes iudicium prosequi velint, et in dubiorum formulam conveniant, contra quam Ponens nihil habeat excipiendum, formulam dubiorum suo decreto firmabit.

§ 2. - Si vero partes dissentiant, aut earum conclusiones Ponenti non probentur, in huius arbitrio erit vel formulam dubiorum *ex officio* statuere, vel controversiam remittere iudicio Turni, qui, quaestione incidentali discussa, decretum ad rem feret.

§ 3. - Dubiorum formula, utcumque statuta, mutari non potest, nisi novo decreto Ponentis vel Turni, prout fuerit a Ponente vel a Turno statuta, ex gravi causa, ad instantiam partis, vel Promotoris iustitiae vel Defensoris vinculi, audita utraque vel altera parte, eiusque rationibus perpensis.

Art. 77

§ 1. - Formula dubii referre debet ipsum controversiae, meritum, cauto ne excedantur limites quaestionis appellatae vel commissae.

§ 2. - In causis nullitatis matrimonii, sueta dubii formula est « an constet de matrimonii nullitate in casu ».

§ 3. - In causis, ubi agitur de sententia rotali appellata, adhibebitur formula: «an confirmanda vel reformanda sit sententia rotalis diei... mensis... anni... in casu », nisi, adprobante Ponente, partibus placuerit dubiorum formulam repetere in priore instantia Rotali statutam.

Art. 78

§ 1. - In decreto quo dubiorum formula statuitur, Ponens designabit diem propositionis causae, et congruam pecuniae summam, ad occurrendum expensis iudicialibus universe sumptis, in arca nummaria Tribunalis a partibus deponi mandabit.

§ 2. - Pariter in eodem decreto, cautionem, ad normam can. 1909 § 2, si quae opportuna videatur, praestari iubebit.

CAPUT II

De interruptione instantiae, de peremptione et renuntiatione

Art, 79

§ 1. - Interrupta instantia per mortem partis, aut eius status vel officii mutationem, ad normam can. 1733, eius heres aut successor qui causam prosequi velit, Ponenti libellum exhibere debet, quo demonstret se revera partis litigantis heredem esse aut successorem, et ad causam prosequendam se admitti petat.

§ 2. - Libellus a Ponente alteri parti notificatur, et, si haec contradicat, quaestio exsurgit incidens, more solito, definienda.

§ 3.-Si pars litigans moriatur, aut statum vel officium mutet causa iam conclusa, instantia quidem non interrumpitur, sed si partis heres vel successor novas probationes habeat, et, ad normam can. 1861, proponere valeat, id in suo libello Pónenti exhibendo significare debet, ut hic, libello alteri parti notificato, provideat, prout iustitia exigit.

Art. 80

Interrupta instantia per procuratoris mortem, aut huius a mandante remotionem, vel legitimam mandato renuntiationem, pars, nisi per se ipsa deinceps causam prosequi velit, quamprimum alium procuratorem nominare tenetur, assignato etiam ei, si altera pars petat, aut Ponens expedire existimet, peremptorio ad hanc nominationem faciendam termino. Causa vero conclusa, instantia non interrumpitur, sed Ponens, citata parte, ad ulteriora procedat.

Art. 81

§ 1. - Si agatur de causa in prima instantia iure proprio a S. Rota cognoscenda, et nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, per biennium ponatur, instantia perimitur. Biennium autem incipit a contestata lite vel ab ultimo actu processuali posito.

§ 2. - Si agatur de causa in prima instantia, vi Commissionis Pontificiae a S. Bota cognoscenda, et nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur per biennium ab obtenta Commissione, haec exstinguitur. Quod si post litem contestatam nullus actus processualis per biennium ponatur, instantia perimitur ut in § praecedenti.

, • § 3. - Si agatur de causa in gradu appellationis a sententia Tribunalis inferioris in S. Bota cognoscenda, et nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur per annum a die quo appellatio ad Botam pervenit, appellatio deserta habeatur. Instantia vero perimitur, si post litem contestatam, vel ultimum actum processualem positum, annus defluxerit, neque alius actus positus sit.

§ 4. - Si agatur de causa in gradu appellationis a sententia rotali, et nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur per mensem, vel longius temporis spatium concessum ab ipsa appellationis die, haec deserta habeatur; praeter instantiae peremptionem post annum ab ultimo actu processuali posito elapsum.

Art. 82

Elapsis terminis in praecedenti art. assignatis, ipso iure instantia perimitur aut appellatio deseritur vel Commissio pontificia exstinguitur idque Ponens decreto declaret.

Art. 83

Si pars a Ponentis decreto intra decendium ad Turnum provocaverit, recursus, quaestione incidentali promota, a Turno definietur per decretum, adversus quod ulterior recursus in Bota non datur.

Art. 84

Ut causa quoquomodo finita iuxta art. 81 iterum in Bota tractari possit, pars, cuius interest, necesse est beneficium obtineat restitutionis in integrum adversus declaratam peremptionem, vel exspiratam Commissionem, a Supremo Tribunali Ap. Signaturae impetrandum; nisi agatur de causa iure proprio in prima instantia a S. Bota cognoscenda, quo in casu. integrum est partibus causam iterum per novum libellum proponere.

Art. 85

Causa ad Rotam restituta, vel novo libello proposita, penes eum Turnum instauranda est, cuius propria facta fuit ad normam can. 1725; alias penes Turnum quem Decanus designet iuxta art. 15.

Art. 86

§ 1. - Si pars aliquem actum iudicialem intra terminum ei a iudice praefixum, absque legitima excusationis causa, ponere negligat, censetur iuri suo renuntiasse et Ponens non modo ad ulteriora progredi valet, sed, etiam ex officio, vel ad alterius partis instantiam, declarare partem vel ipsam litem, vel certi iudicialis actus positionem aut instructionem desemisse, firmo can. 1850.

§ 2. - De causa excusationis a parte allegata iudicat Ponens, audita altera parte, quae si contradicat, datur locus quaestioni incidentali, moré solito, cognoscendae.

Art. 87

Pars quae, ad normam can. 1740, instantiae, vel omnibus aut quibusdam actis iudicialibus iam peractis renuntiare intendit, renuntiationem suam, in scriptis datam, et a se vel a suo procuratore, speciali mandato munito, subscriptam, cum indicatione loci et temporis, ad Ponentem transmittere debet.

Art. 88

§ 1. - Eeceptam renuntiationis scripturam Ponens ipsi alteri parti notificet, ut renuntiationem acceptet aut reiiciat, praefixo ei congruo termino; quo inutiliter transacto, renuntiatio acceptata censetur.

§ 2. - Msi pars per se processum peragat, renuntiationis notificatio fieri etiam debet eius procuratori, qui tamen renuntiationem acceptare vel reiicere valide non potest sine speciali mandato.

Art. 89

§ 1. - Acceptatam tacite vel expresse ab altera parte renuntiationem Ponens admittet, modo conditiones in superioribus articulis praescriptae impletae fuerint.

§ 2. - Attamen, si agatur de causis, in quibus boni publici aut salutis animarum intersit, renuntiationem, etsi ab altera parte oppugnatam, Ponens, si id expedire censuerit, admittere poterit, audito Promotore iustitiae vel vinculi Defensore, ita ut renuntiatio plenum iuridicum effectum sortiatur.

Art. 90

§ 1. - Si actor, introducta causa in prima instantia in S. Rota, ante alterius partis citationem renuntiet libello iam oblato, Ponens renuntiationem admittet altera parte inaudita, audito tamen Promotore iustitiae, vel vinculi Defensore, in causis quae bonum publicum salutemve animarum respiciant.

§ 2. - Renuntiatio instantiae, facta post sententiae prolationem a parte vieta, aequivalet rei iudicatae irrevocabili contra renuntiantem.

Art. 91

§ 1. - Pars quae instantiae renuntiaverit, solvere tenetur omnes expensas iudiciales, inclusis advocati alterius partis honorariis.

§ 2.-Si pars quibusdam tantum actis iudicialibus renuntiaverit, solvere debet expensas iudiciales, quae his respondent, inclusis pariter advo» cati adversam honorariis, pro quota parte renuntiationis.

CAPUT III

De processus instructione

Art. 92

§ 1. - Quando causa, ad S. Rotam delata, instructione indiget, Ponens hanc instructionem vel sibi reservare vel alii Auditori de Turno committere potest, nisi agatur de causa criminali, criminaliter acta, quo in casu, officium Instructoris a Decano debet demandari alicui Auditori alterius Turni.

§ 2. - Decani vel Ponentis decretum, quo Iudex instructor designatur, partibus, prout etiam Promotori iustitiae vel Defensori vinculi, notificari debet.

Art. 93

§ 3. - Cum causae instructio in toto vel in parte Curiis dioecesanis demandanda sit, Iudex instructor iisdem litteras rogatorias mittet, quibus Ordinario dat facultates necessarias et opportunas, non excepta facultate subdelegandi, ut, Tribunali ad normam iuris constituto, cum interventu Defensoris vinculi in causis matrimonialibus vel sacrae ordinationis, et Promotoris iustitiae in criminalibus vel aliis bonum publicum respicientibus^ partes et testes excutiat.

§ 2. - His litteris rogatoriis, quae sufficientem de statu causae notitiam continere debent, adnectenda sunt: 1) interrogatoria partibus vel testibus proponenda, nisi forte magis expediat, ut interrogatoria Defensori vinculi

vel Promotori iustitiae Curiae conficienda relinquantur ex articulis a partibus propositis; 2.) notula testium interrogandorum, quibus alii adiungi poterunt, si talis facultas in delegationis litteris concessa fuerit.

Art. 94

§ 1. - Quando Turnus edit decretum: « compleantur acta seu probationes iuxta instructionem dandam vel a Defensore vinculi aut Promotore iustitiae, vel a Ponente », et instructio perficienda sit in Curiis dioecesanis, tunc Ponens Curiis, in quibus acta compleri debent, litteras rogatorias mittet, sicut dictum est in superiore articulo, cum praefato Turni decreto et instructione.

Art. 95

Iudice instructore constituto, si partes contra actum a Ponente positum excipiant, quasi hic munus Iudicis instructoris usurpaverit, vel actum posuerit, qui instructioni praeiudicium attulerit, exceptio a Turno iudicatur.

Art. 96

A decretis et rescriptis Iudicis instructoris datur recursus ad Turnum a quo causa, instructioni obnoxia, iudicanda est.

Art. 97

§ 1. - In causis validitatem matrimonii vel sacrae ordinationis respicientibus, si occurrant quaedam difficiliores circa theologiam quaestiones, Ponens aut Turnus unum vel plures peritos theologos ex officio eligere possunt, non requisita nec exspectata partium petitione.

§ 2. - His peritis applicanda sunt, pro rei natura, quae ius de peritis statuit.

Art. 98

§ 1. - Partes ius habent obiectum peritiae cognoscendi, antequam perficiatur, nisi agatur da causa criminali, vel etiam de gravi ordinis publici negotio, in quibus expediat partes de peritia certiores non facere nisi quando iam peracta fuerit.

§ 2. - Partes, quibus obiectum futurae peritiae communicetur, opportunas animadversiones proponere possunt, etiam circa ipsum deputationis rescriptum.

Art. 99

§ 1. - Possunt partes sibi invicem, ad elidendam facti confessionem interrogatoria proponere; haec autem non tantum ab ipsa parte litigante, sed etiam ab ipso procuratore proponi possunt, modo hic speciale mandatum habeat.

§ 2. - Sufficit tarnen primum mandatum ad litem, si facultatem interrogatoria proponendi expressis vel aequivalentibus verbis contineat.

Art. 100

§ 1.-Si necesse sit, ad causae decisionem, res aut loca controversa inspicere, ut saepe contingit in iudiciis finium regundorum, nuntiationis novi operis et similibus, ad Turnum pertinet, instante parte, aut etiam ex officio, accessum iudicialem decernere.

§ 2. - Si Iadex instructor, in instructione conficienda, necessarium esse existimet, ut ipsi Auditores accessum perficiant, rem ad Turnum remittat.

§ 3. - Turnus, accessum decernens, si hunc explere integro tribunali non reservet, Ponenti committit, ut ipse accedat et referat, cum potestate peritos adhibendi, si valde utile aut necessarium esse existimaverit.

Art. 101

§ 1. - Partibus, earumve procuratoribus, si hos accessui iudiciali interesse permiserit Ponens, ius est faciendi, dum accessus perficitur, animadversiones et declarationes, quarum mentio fiet in Notarii relatione de accessu.

§ 2. - Decerni poterit ut fiant descriptiones locorum in tabulis topographicis, vel ut tabularum exhibitarum fiat recognitio, vel ut testium a partibus aut etiam ex officio productorum examen in accessu perficiatur.

Art. 102

Si, propter distantiam locorum aut alias rationes, accessus iudicialis nec â Turno nec a Ponente perfici queat, Turnus curabit ut fiat per iudicem delegatum, datis ad hoc litteris rogatoriis ad Ordinarium loci cum instructione et facultatibus necessariis et opportunis.

Art. 303

§ 1. - Iusiurandum suppletorium aeque ac eius delatio decerni nequit nisi a Turno; verum deferri potest coram Ponente, nisi eius delationem Turnus sibi reservet.

§ 2. - Si Iudex instructor, in instructione conficienda, iuriiurando suppletorio locum esse existimaverit, rem ad Turnum remittet.

Art. 104

Iusiurandum aestimatorium decerni et deferri potest, non solum a Turno vel a Ponente, sed etiam a Iudice instructore in periodo instructionis, salvo recursu ad Turnum ad normam art. 96.

Art. 105

§ 1. - Turno reservatur iusiurandum decisorium deferre huiusque formulam approbare; itemque si pars, cui defertur iusiurandum, illud recuset, nec alteri parti referat, iudicare quanti facienda sit praedicta recusatio.

§ 2. - Si iusiurandum litis decisorium a parte proponatur durante periodo instructionis, Iudex instructor rem ad Turnum remittere debet.

CAPUT IV

De incidentibus

Art. 106

Quaestio incidens proponitur Ponenti per libellum, quo, indicato nexu qui intercedit inter ipsam et causam principalem, rationes petitionis breviter explicantur.

Art. 107

§ 1.-Petitio notificatur parti adversae, cui breve quoddam temporis spatium ad respondendum assignatur.

§ 2. - Notificatio ac termini constitutio aptantur quoque Promotori iustitiae et vinculi Defensori, si hi in causa principali adsint.

Art. 108

Auditis audiendis, aut inutiliter elapso termino iis assignato, Ponens, si inter partes convenerit, aut nihil contra petitionem oppositum fuerit, ipse vero nihil excipiendum habeat petitionem admittat, ac terminos designet. Secus rem remittat Turno.

Art. 109

§ 1. - Turnus aut reiicit petitionem, aut statuit de ea habendam rationem una cum causa principali, aut admittit quaestionem solvendam esse ante causam principalem.

§ 2. - Cum reiicitur petitio, rationes reiectionis in iure et in facto breviter exponantur.

Art. 110

Cum Turnus admittit quaestionem solvendam esse ante causam principalem, pro diversa rei natura statuit quaestionem solvendam esse, aut servata forma iudicii per interlocutoriam sententiam, aut non servata forma iudicii per merum decretum. Qui alter solutionis modus servetur potissimum in quaestionibus minoris momenti, aut difficultatis.

Art. Ili

Si quaestio incidens solvi debeat iudicii forma servata, ideoque cum dubiorum propositione, ei aptantur regulae quae vigent de causa principali, exceptis terminis, qui statuantur quam breviores.

Art. .112

Si quaestio incidens solvi debeat non servata forma iudicii, seu absque dubiis, per memoriale, Ponentis erit diem statuere decisioni, assignare partibus terminum unum pro distributione memorialium, alterum pro distributione responsionum, vel pro orali discussione.

Art. 113

Quaestionem incidentem solvit Turnus, rationes decidendi in iure et in facto breviter exponens, licet res, forma iudiciali non servata, per decretum definiatur.

Art. 114

§ 1. - Contra decretum Turni de quaestione incidentali statuens, itemque contra sententiam [interlocutoriam quae non habeat vim definitivae, non datur appellatio, nisi haec cumuletur cum appellatione a sententia definitiva.

§ 2. - Attamen Turnus, antequam finiatur causa principalis, decretum vel sententiam interlocutoriam potest, iusta intercedente causa, corrigere aut revocare, sive ex se, auditis partibus, sive ad instantiam unius partis, audita altera parte et requisito voto Promotoris iustitiae aut Defensoris vinculi, si intersint.

Art. 115

Ponens contumaciam rei vel actoris declarare valet, itemque poenas comminari et irrogare ad normam Codicis.

Art. 116

Post latam sententiam contumax beneficium restitutionis in integrum ad appellandum a Turno, qui sententiam tulit, petere potest, ad normam can. 1847.

Art. 117

§ 1. - Qui in causam admitti velit, Ponenti exhibere debet ante conclusionem in causa Hbellum, in quo breviter de iure interveniendi probationes afferat.

§ 2. - Petitio notificetur partibus, et, his auditis, itemque Promotore iustitiae et vinculi Defensore, si adsint in causa principali, solvitur ut ceterae quaestiones incidentes.

Art. 118

§ 1. - Ponens, ad instantiam partis, vel etiam ex officio, debet iubere *interventum* **illius qui necessario adesse debet, in primis Promotoris iustitiae, eum primum constiterit bonum publicum in discrimen vocari.**

§ 2. - Sed si quaestio, ex oppositione partium vel Promotoris iustitiae, oriatur, haec definitur a Turno.

Art. 119

§ 1.-Actio ex attentato, ad obtinendam declarationem nullitatis, proponitur coram Turno.

§ 2. - Pendente quaestione de attentato, cursus causae suspenditur, nisi Turno videatur opportunius de ea re rationem haberi una cum causa principali.

CAPUT Y

De processus publicatione, conclusione in causa et de discussione

Art. 120

§ 1. - Testificationes ceteraeque omnes probationes, quae in actis reperiuntur, sunt publicandae, ad normam can. 1858, 1859.

§ 2. - Publicatio habeatur a Ponente, dato decreto.

Art. 121

Responsionibus exhibitis, quas inter se partes vel partium patroni post defensionum distributionem commutant, conclusum in causa habetur.

Exinde nequeunt partes novas probationes exhibere. Fas erit tamen Ponenti novas admittere probationes, si agatur de causis, quae nunquam transeunt in rem iudicatam, aut de documentis nunc primum repertis aut de testibus qui antea ob legitimum impedimentum tempore utili induci non potuerunt. Sed proprio decreto id statuat Ponens, audita altera parte, cui congruum tempus adsignet, ut super illis suas animadversiones conficere valeat; secus nullum erit iudicium.

Art. 122

§ .1. - Advocatorum defensiones latina lingua sunt exarandae typisque imprimendae una cum summariis apud typographiam Yaticanam, nisi alia utendi facultas facta fuerit.

§ 2. - In fronte scripturae dubia semper sunt referenda.

§ 3. - Summarii documenta esse debent titulis munita et in indicem relata cum paginarum numeratione.

Art. 123

Si partes per se, etiam cum adsistente advocato, defensionem suam suscipiant, uti valent lingua italica aut gallica. In quolibet tamen casu unica semper debet esse scriptura, vel nempe partis vel eiusdem advocati, nunquam duplex.

Art. 124

§ 1. - Scriptura excedere non debet viginti paginas formae typographicae folii romani; responsiones paginas decem. Attamen Ponens, ad petitionem partis interesse habentis, quae probet iustam adesse causam, rescripto concedere valet ut paginarum mensura augeatur, sed non ultra duplum. Ulterior concessio dumtaxat a Collegio dari potest.

§ 2. - Haec facultas, etiamsi ab una tantum parte petita, alteri quoque parti, cui est notificanda, censetur concessa, et notari debet in defensionis scriptura his verbis: « De licentia sub die... ».

Art. 125

§ 1. - Exemplar tum scripturae vel responsionis, tum summarii, typis impressum, a partibus aut ab earum procuratoribus vel advocatis exhibendum est Ponenti, ut imprimendi facultas impetretur.

§ 2. - Defensio una cum Summario exhibenda est saltem tribus diebus ante eiusdem distributionem, responsiones saltem ante duos.

§ 3. - Qui has praescriptiones transgreditur, etiamsi gratuito fungatur patrocinio, Ponentis decreto pecuniaria poena mulctabitur.

Art. 126

§ 1.-Defensio, typis impressa, triginta dies ante causae definitionem, in Cancellaria Tribunalis est deponenda et per Notarium, apparitoris opera, distribuenda duplici exemplari Iudicibus (triplici autem si eorum studio addictus sit secretus), nec non Promotori iustitiae et vinculi Defensori, si iudicio intersint. Partes autem exemplaria opera eiusdem Cancellariae inter se commutare tenentur.

§ 2. - Promotori iustitiae, in causis non criminalibus, defensiones exhibeantur saltem decem dies, vinculi Defensori viginti dies ante terminum statutum pro distributione defensionum.

§ 3. - Hi tenentur in dictis causis suas defensiones et responsiones exhibere ad minus vigesimo die ante causae discussionem, nisi copia causarum id vetet, quo in casu Ponentis est alios terminos constituere.

§ 4. - Responsiones intra terminum viginti dierum post distributionem defensionis et saltem decem dies ante causae discussionem exhibeantur

Tribunali, modo superius indicato, distribuendae una cum novis documentis,, si quae adsint deducenda.

§ 5. - Si de quaestione incidentali agatur cum dubiis, scriptura eodem modo exhibeatur et distribuatur die a Ponente in rescripto determinata.

Art. 127

Defensiones una cum Summariis uti supra exhibitae statim distribuendae sunt, ne causae definitio, praesertim in re matrimoniali, perniciosam patiatur moram.

Art. 128

§ 1. - Communicatis defensionum scripturis inter partes, hae responsiones conficere valent intra tempus superius praestitutum.

§ 2. - Respondendi ius semel tantum partibus esto, nisi Ponenti, gravi ex causa, iterum videatur concedendum. Concessio vero uni parti facta, alteri quoque data censebitur.

Art. 129

§ 1. - Ternani, ut supra constituti, ad instantiam partis, audita altera parte, aut ex officio a Ponente prorogari possunt, vel etiam coarctari utraque parte consentiente.

§ 2. - Advocatus qui vult obtinere dilationem termini designati pro exhibitione defensionum, debet, decem diebus ante praedictum terminum, a Ponente expetere ut discussio causae differatur.

§ 3. - Si expetitae dilationi adversa pars legitimis de causis se opponat, et pars instans statutos terminos observare renuat, Ponens, reiecta dilationis petitione, decernere potest causam nihilominus discutiendam •esse, notificato tali decreto renuenti, cum assignatione congrui termini ut valeat se defendere.

Art. 130

Quando pars renuens, in recusatione perseverans, petit ut audientia differatur, nullum ius habet ut sibi contraria acta aut defensio notificentur. Eius vero memoriale, quo vel dilationem petit, vel incidens promovet ut causae definitio quoad meritum suspendatur, debet alteri parti communicari.

Art. 13.1

Qui in defensionibus consignandis neglegentes deprehendantur, pecuniaria poena a Ponente mulctentur. Si in neglegentia perseverent, pars moneatur, cuius consensu advocatus neglegens potest a Turno privari suscepto patrocinio aliusque a parte, vel in causis publicis ex officio, legitime electus substitui. Quod si Ponens, ex actis et probatis, rem habeat

plene perspectam, ad causae definitionem, de consensu Auditorum de turno, procedere potest.

* Art. 132

§ 1. - Informationes orales ad iudicem ne fiant. Ponentis autem est, ad instantiam unius vel utriusque partis, proprio rescripto moderatam causae disputationem oralem concedere coram Turno. Tunc pars, vel partes instantes, ref erre in scriptis tenentur quaestionum capita, quae sunt disceptanda vel illustranda, et Ponens, assignata die disputationi, hanc regit.

§ 2.-Ponens ex officio eam decernere etiam valet.

§ 3. - Quaestionum capita inter partes communicanda sunt.

Art. 133

§ 1. - Discussioni assistunt partium patroni, et Promotor iustitiae et vinculi Defensor in causis in quibus intersunt.

§ 2. - Ponentis est ipsas partes, rationabili de causa, ad earum instantiam, discussioni admittere, nec non peritos, si adsint, ad discussionem vocare.

§ 3. - Discussioni unus etiam ex Tribunalis Notariis assistere debet, ut, Ponente decernente, disceptata referat in actis.

Art. 134

§ 1. - Qui in disputatione reverentiam Tribunali debitam non praestet, iure privabitur ulterius loquendi et expelli poterit ab aula iudiciali.

§ 2. - Contra advocatum vel procuratorem qui talia committat, Tribunal potest illico, facti attenta notorietate, decretum suspensionis ad tempus pro casus gravitate edere, vel etiam eum deferre ad collegium disciplinae.

CAPUT VI

De sententiis

Art. 135

§ 1. - Auditores die et hora constitutis, in Turnum, in plenum Collegium aut infaliam coetus formam congregati in sede Tribunalis, nisi peculiaris causa alio convenire suadeat, definientes causam a litigantibus propositam et iudiciali modo pertractatam, dubiis respondendo legitime propositis et discussis, sententiam dicunt.

§ 2. .r- Sententia aut interlocutoria est aut definitiva; illa, si dirimat incidentem causam; ista, si principalem; ceterae Auditorum pronuntiationes decreta vocantur.

Art. 136 *

§ 1.-Assignata conventui die, singuli Auditores scripto afferant conclusiones suas seu vota, in merito causae, cum rationibus tam in facto quam in iure quibus ad conclusiones proprias venerint.

§ 2. - Suas conclusiones seu vota quisque Auditor latino idiomate exaret, propria manu subsignet, et secreto servet.

Art. 137

Causae discussio secreta sit, cui non intersint nisi soli Iudices, et a. Ponente sumat initium qui votum legat, datis, si opus sit, declarationibus etiam super causae processu per acta apud se posita; deinde ceteri Auditores- ex ordine sua vota legant.

Art. 138

In discussione fas est unicuique Auditori a pristina sua conclusione partim vel ex integro recedere, et accedere voto vel votis unius vel plurium Coauditorum; sed mutationes inductae et rationes significari breviter debent in voto scripto.

Art. 139

Ea est sententia, sive interlocutoria, sive definitiva, in qua conveniat pars absolute maior votorum.

Art. .140

Quoties in prima discussione iudices ad sententiam devenire nolint aut nequeant, differtur iudicium ad novum conventum per rescriptum: « Eesolutio dabitur in proximo Auditorum conventu », aut simpliciter: « Dabitur in proximo ». Dilatio vero comperendinari non debet ultra hebdomadam, nisi forte vacationes Tribunalis intercedant.

Art. 141

Si nec in altero Auditorum conventu haberi possit pars maior votorum necessaria ad decisionem, Ponens E-mo P. D. Decano significet statum quaestionis, ut provideat aut augendo Auditorum numerum aut rem Ssma deferendo.

Art. 142

§ 1. - Constabilita decisione, Ponens eam scribit sub forma responsionis ad dubia, eamque subscribit una cum Auditoribus de turno et unit» fasciculo actorum.

§ 2. - Dummodo Tribunal non decernat decisionem secreto servandam esse, usque ad formalem sententiae publicationem, Notarius, protocollo addictus, oretenus causae decisionem partibus communicare valet, eisdemque decisionis exemplar, si petatur, tradat. Si vero decisio secreto servanda sit usque dum prodeat sententia, Ponens id decreto statuat.

Art. 143 .

§ 1. - Sententia quam primum edenda est, ad summum intra bimestre.

§ 2.-Sententia latino idiomate exaranda est a Ponente, nisi forte in discussione visum fuerit iusta aliqua de causa hoc munus alii ex Auditoribus committere. Extensor sententiae uti potest opera Secreti ex officio.

§ 3.-Sententia ab extensore conficiatur oportet prae oculis habitis singulorum Auditorum votis, deducendo ex iis rationes decidendi in iure et in facto, ad difficultates respondendo pro earum momento; omnia haec distincte, ordinate et breviter explicentur.

§ 4. - Vota Auditorum a Ponente post publicatam sententiam tradantur Rmo P. D. Decano, qui ea asservabit in secreto decanali archivo per decennium, quo elapso fas erit ea comburere.

Art. 144

§ 1. - Sententia ferri debet, Divino nomine ab initio semper invocato; exprimat oportet ex ordine nomen Summi Pontificis pro tempore regantis, indicationem diei, mensis, anni et loci quo prolata est: quibusnam Auditoribus constituatur Turnus seu Tribunal iudicans; quaenam causa et cuiusnam dioecesis; qui sint actor, reus, procuratores, Promotor iustitiae, Defensor vinculi, si partem in iudicio habuerint.

§ 2. - Referre postea debet breviter facti speciem cum dubiorum formulis; subsequantur rationes seu motiva quae dicuntur, tam in iure, quam in facto et pars dispositiva sententiae.

§ 3. - Statuat de litis expensis.

§ 4. - Claudatur cum decreto exsecutorio pro diversa causarum natura iterum indicatis die, mense, anno et loco quibus lata est, et cum subscriptione Auditorum et Notarii.

Art. 145

Sententiae definitivae ne a Turno quidem, vel Auditorum coetu, qui eas protulit* revocari ant corrigi possunt, nisi correctio referatur ad errorem materialem; quo in casu servetur dispositio can. 1878.

Art. 146

§ 1. - In dispositiva parte sententiae, si actor careat actione, ant si eadem probata non fuerit, iudices reum absolvant, dubiis simpliciter « Affirmative » vel « Negative » respondentes, iuxta diversam formularum conceptionem.

§ 2. - Si actio iusta sit et comprobata, reum damnent, addendo formulis « Affirmative » vel « Negative » verba « iuxta modum... », quoties, explicari et determinari debeant certa obiecta, nempe vel pecuniarum summa, vel praestatio factorum in quae reus damnetur.

§ 3. - In quaestionibus incidentalibus, ordinationem processus respicientibus, si explicandus sit modus, quo perfici debeat actus, detur responsio per verba « Ad mentem » vel haec eadem formula addatur rescripto.

§ 4. - Quando actio regulari modo non fuit proposita, Auditores respondent: « Affirmative » vel « Negative » iuxta dubiorum formulam, vel « Orator utatur iure suo coram Ordinario in via administrativa », vel « Orator utatur iure suo, si et quatenus et coram quo de iure », vel alio congruo modo.

§ 5. - Ad normam can. 1619, Auditores ne suppleant probationes, nisi agatur de publico bono, vel de animarum salute, quibus in casibus, si probationes videantur posse probabiliter compleri, respondetur: « Dilata, et coadiuventur probationes, iuxta instructionem dandam ».

Art. 147

§ 1. - Definitiva sententia, statuens de litis expensis, decernat, ad normam can. 1910, 19 12, an alter tantum ex litigantibus, vel an uterque litigans, et quanam mensura, expensas iudiciales sustinere debeat.

§ 2. - In sententiis incidentalibus condemnationes in expensas reseryandae erunt ad litis terminum.

Art. 148

§ 1. - In causis matrimonialibus expensae iudiciales regulariter solvendae sunt a parte actrice.

§ 2. - In causis criminalibus, qui condemnationem patitur, expensas iudiciales solvere debet, excepto casu quo per ipsam condemnationem subtrahantur fructus omnes bénéficiâtes, aliique reditus eidem aHunde non suppetant unde iudicii expensas solvere queat.

Art. 149

. Expensarum taxatio, quando earum compensatio locum non habeat, aut partes communi consensu eas non determinent, pertinet ad Ponentem.

Art. 150

Ponens extensam sententiam a Coauditoribus Turni subscriptam, transmittat ad Notarium, Protocollo addictum, ut eam subscribat, in actis Cancellariae asservet, et vel ipse vel alii Notarii Tribunalis exemplaria in authentica forma conficiant ad partium vel aliorum interesse habentium instantiam.

Art. 151

§ 1. - Exemplar authenticum in forma exsecutoria, integre per apparitorem notificabitur partium procuratoribus, vel, si hi desint, ipsis partibus nec non Promotori iustitiae et vinculi Defensori, si iudicio interfuerint.

§ 2. - Si pars, quae procuratore careat, domicilium habeat extra Bomanam Curiam, notificatio fiat per Curiam dioecesanam cuius iurisdictioni subiaceat pars ipsa. et Curia testimonium exhibeat Tribunali S. Botae de facta notificatione.

Art. 152

Protocollo addictus nullum exemplar extraneis petentibus dabit, nisi de mandato Ponentis aut Decani, iuxta normam art. 39, lit. *e.*

Art. 153

Decretae matrimonii, vel sacrae ordinationis, nullitatis transmittatur notitia Ordinario loci, ubi matrimonii celebratio, vel sacra ordinatio, consignata invenitur.

CAPUT VII

De appellationibus

Art. 154

A sententia rotali definitiva datur appellatio ad Turnum proxime sequentem, ad normam canonum 1879, 1880.

Art. 155

Appellatio interponitur per petitionem exhibitam Ponenti Turni, qui sententiam protulit. Hic autem, si locus sit appellationi, rescribit: « Admittatur et procedatur ad ulteriora, idque notificetur ». Secus petitionem reiicit, exposita ratione reiectionis, salvo praescripto art. 159.

Art. 156

§ 1. - Appellatio interponi debet intra decem dies a notificatione sententiae et prosequenda est coram Ponente subsequentis Turni, ad quem dirigitur, intra mensem ab eius interpositione, nisi Ponens Turni *a quo*

parti praestituerit longius tempus ad eam prosequendam, quod sex menses excedere non debet.

§ 2. - Dies fatales ad appellandum, et ad prosequendam appellationem computantur ita ut in eis includantur dies vacationis qui interea occurrant. Quod si postrema dies fatalis sit vacationis, fatalia ad primam sequentem diem non feriatam protrabuntur. Quibus inutiliter elapsis, deserta censetur appellatio.

Art. .157

Appellationis libellus gravaminis motiva innuere debet, nisi agatur de appellationibus ex officio interponendis.

Art. 158

Legitime appellatione concessa a sententiis definitivis, Decanus decreto suo designabit Turnum, qui ad normam art. 15 iudicium appellationis perficiat.

Art. .159

§ 1. - Si oriatur quaestio de iure appellandi, decisio quaestionis devolvitur Turno, ad quem spectat appellationis iudicium.

§ 2. - Decisiones hanc quaestionem definientes sunt inappellabiles, salvo tamen recursu ad Signaturam Apostolicam.

Art. 160

§ 1. - Etiam in iudicio appellationis admittitur interventus tertiae personae, qui potest esse voluntarius aut necessarius.

§ 2. - Persona voluntarie interveniens appellare censetur a sententiis anterioribus, perinde ac contra se essent prolatae.

Art. .161

Si sententia plura capita seu dubia complectatur, et quoad nonnulla sit confirmatoria, quoad alia sit revocatoria, appellatio non conceditur pro ea parte, quae iam fuerit duabus conformibus sententiis iudicata, nisi una pars cum alia sit connexa eique accessoria.

Art. 162

Si iudices Turni a quo fit appellatio insoluta reliquerint quaedam ex propositis dubiis, appellatio fit tantum a dubiis decisis. Proponi tamen poterunt in iudicio appellationis etiam dubia non decisa, si haec connexio^ nem cum decisis habeant eisdemque sint accessoria.

Art. 163

Hisce appellationis iudiciis communes sunt normae processuales statutae pro instantiis in primo gradu apud Tribunal S. Rotae pertractandis.

CAPUT VIII

De expensarum iudicialium taxatione et de gratuito patrocinio aut expensarum iudicialium deminutione

Sectio I

De expensarum iudicialium taxatione

Art. 164

Locus est taxationi expensarum iudicialium:

l° Quando Auditores, in sententia, victum victori condemnaverunt vel ad omnes expensas iudiciales, vel etiam ad advocatorum honoraria.

2° Item quando Auditores expensarum compensationem fieri tantum ex parte iusserunt; tunc enim taxatio fieri debet pro parte non compensata.

Art. 165

§ l. - Ad hanc taxationem peragendam, pars victrix, post sententiae notificationem, instat apud Ponentem, ut citetur pars vieta ad videndum taxari expensas iudiciales.

§ 2. - Huic instantiae pars victrix notulam expensarum adiungit, quas sibi refici postulat.

Art. 166

Notula expensarum Cancellariae et instructionis processus, conficiatur ab ipsa Cancellaria, atque exhibeatur advocatis ut eam recognoscant, et iustam repertam sua subscriptione firment.

Art. 167

Ponens citari iubet partem victam ad videndum taxari expensas, iuncto citationis schedae exemplari notulae expensarum a victore propositae, et praefixis comparitionis die, hora et loco.

Art. 168

Die praefixo, Ponens, inspectis singulis expensarum capitibus, annexisque documentis, et auditis perpensisque alterius partis obiectis, expensas taxât et moderatur, prout iustitia exigit, edito relativo decreto.

Art. 169

§ 1. - A decreto Ponentis fieri potest recursus ad Turnum qui sententiam tulit ad expensas condemnantem.

§ 2. - Hoc in casu, Ponens instantiam remittit ad Turnum, mandatque eam proponi per memoriale absque dubiis, praefixo parti termino intra

quem memorialia distribui debeant, et determinato die, quo^in Turno quaestio proponenda sit.

§ 3. - A decreto Turni non datur recursus.

Art. 170

§ .1. - Si utraque pars vicerit in aliquo dubio concordato, vel in aliqua parte causae, et sententia partibus expensas adiudicet *pro rata victoriae.* **Ponens taxât, pro sua prudenti aestimatione, expensas a partibus susti^ nendas.**

§ 2. - Si utraque pars a decreto Ponentis ad Turnum recurrat, Ponens ambas instantias uniri iubet, et eas ad Turnum remittit, sub unico iudicio et sententia tractandas et definiendas, praefixis terminis ut in art. 169, § 2.

§ 3. - Quod si, postquam una pars recurrerit, et Ponens eius instantiam ad normam art. 169 § 2 iam ad Turnum remiserit, etiam altera pars appellet, Ponens iubet banc alteram instantiam priori uniri, et rem sub unico iudicio unaque sententia tractandam et definiendam, ut supra, ad Turnum remittit.

Art, 171

§ 1. - Quando plures ad expensas condemnati sunt, considerari debent uti in solidum damnati:

I° si agatur de obligatione solidali;

2° si ipsa lex iubeat correos in solidum ad expensas condemnare

§ 2. - In bis casibus, si pars victrix expensarum [refectionem repetat ab uno tantum ex condemnatis, quem forte magis solvendo parem reputat, Ponens inter victorem et hunc reum expensas taxât, salvo huius regressu contra alios condemnatos.

Art. 172

§ 1. - Pronuntiatio circa expensas quae fit in Sacra Bota, regulariter expensas in priore vel in prioribus instantiis factas non respicit.

§ 2. **- Attamen, quia appellatio a sententia circa causam principalem secumfert appellationem a pronuntiatione circa expensas, locus in S. Eota esse poterit faciendae taxationi expensarum in praecedenti instantia factarum, vel huius reformationi, si iam facta fuerit, prout statuitur in paragraphis quae sequuntur.**

§ 3. - Si victus in priore instantia condemnatus fuerit in toto, vel ex parte ad expensas iudiciales, et in instantia appellationis in S. Eota iter rum succumbat, Ponens solas expensas in S. Eota factas taxabit, intacta remanente taxatione prioris instantiae.

§ 4. - Si victor in priore instantia et ideo appellatus in S. Rota, heic succumbat neque novae probationes ab appellante factae fuerint, locus erit reformationi taxationis in prima instantia factae, si manifesto appareat iniuste in hac instantia expensas ei fuisse adiudicatas.

§ 5. - Si vero novae probationes ab appellante in S. Rota factae fuerint, vel si non manifesto appareat iniuste in priore instantia expensas vietori fuisse adiudicatas, vel si agatur de causa valde ardua, Ponens taxationem in priore instantia factam intactam relinquet.

§ 6. - Aestimatio de his omnibus adiunctis iudicio Ponentis relinquitur.

Art. 173

Quando facienda vel reformanda erit taxatio expensarum prioris instantiae, elenchus expensarum a Cancellaria Tribunalis inferioris autenticata, exhibetur in S. Rota a parte victrice, cuius interest.

Art. 174

§ 1. - Quando una pars, temere litigans, vel contumax, etiam ad damna condemnata fuerit, locus erit taxationi damnorum.

§ 2. - Ideo pars victrix elenchum damnorum quae ex temeritate alterius partis lite passam se queritur, Ponenti exhibebit; inter quae intelliguntur etiam iusta lucra quae ex eadem causa amisit.

§ 3. - Taxatio damnorum et fructuum eodem modo fit, quo taxatio expensarum; sed a decisione Turni datur appellatio.

Art. 175

§ 1. - Quod attinet ad causas matrimoniales, si uterque coniux in processu partem habuerit, et victus vietori in expensis eondemnatus fuerit, aut compensatio expensarum ex parte tantum praecepta fuerit, taxatio expensarum fit ad normam art. 165 et seq., additis expensis a Tribunali factis pro animadversionum impressione, vel pro instantiis aut actibus in favorem vinculi positis.

§ 2.--'Si unus tantum coniux, scilicet actor, iudicio contenderti, altero remittente se ad iudicium Sacri Tribunalis, vel alio modo a lite abstinente, taxatio expensarum fit iuxta paragraphos quae sequuntur.

§ 3. - Si coniux ille in lite succumbat, et ad expensas iudiciales eondemnatus fuerit, earum taxatio fit solito modo, inclusa etiam in expensis taxa pro expeditione sententiae.

§ 4. - Si coniux ille causam vineat, nihilominus ad expensas iudiciales teneri declaretur, inclusis etiam expensis pro defensione vinculi factis; quarum omnium taxatio solito modo peragatur.

Sectio II

De gratuito patrocinio a%t expensarum iudicialium deminutione

Art. 176

§ 1. - Pauperes qui in totum sunt expensis iudicialibus sustinendis impares, ius habent ad exemptionem ab eis obtinendis; qui autem has expensas ex parte exsolvere possunt, ad earum deminutionem.

§ 2. - In utroque casu, partes, nisi per se ipsae iura sua coram Tribunali defendere possint, ius habent ad gratuitum patrocinium, vel ad gratuitam adsistentiam.

§ 3. - Quae in articulis sequentibus de gratuito patrocinio statuuntur, etiam de gratuita adsistentia intelligenda sunt.

Art. 177

§ 1. - Qui exemptionem ab expensis iudicialibus, vel earum deminutionem vult obtinere, Ponenti libellum exhibere debet, adiunctis documentis, quibus quaenam sit oeconomica eius conditio demonstret.

§ 2.-Probare etiam debet se, in lite agenda, praesumpto bono iure frui, nisi de causa agatur quae vi Commissionis Pontificiae ad S. Rotam delata fuerit.

Art. 178

§ 1. - Ponens, accepto libello, petitionem adversae parti notificat, praefixo termino, ut suum hac de re sensum aperiat.

§ 2. - Deinde libellum et omnia documenta transmitti curat tum Promotori iustitiae, tum in causis in quibus partem habeat, Defensori vinculi, atque, in causis diificiHoribus, Decano Advocatorum Consistorialium. Quod si necessarium ducat, etiam alias notitias exquirere valet.

Art. 179

Processui, de quo in superiore articulo, locus non est, quando Curia, quae acta causae, ob partis appellationem, ad S. Rotam transmittit, ipsa fidem facit de paupertate partis ad exemptionem expensarum et gratuitum patrocinium iam admissae in priore iudicio; tunc enim uti notorium paupertatis factum habendum erit. Ponens tamen exemptionem ab expensis non concedat, nisi de praesumpto bono iure partis constet.

Art. 180

Si Ponens deminutionem expensarum iudicialium concedat, pecuniae summam determinabit, quam pars solvere debebit, vel limites statuet iuxta quos reductio conceditur, veluti in dimidium, in tertiam partem, etc.

Art. 181

A decreto Ponentis, quo petita exemptio ab expensis iudicialibus vel earum deminutio denegatur, appellari potest ad Turnum qui de causae merito iudicaturus est, quaestionem incidentalem per memoriale tractandam promovendo.

Art. 182

Si, concessa exemptione totali vel partiali ab expensis iudicialibus, postea, in decursu processus, appareat vel ex actis causae vel ex novis documentis non adesse assertam paupertatem aut praesumptum bonum ius, Turnus, vel ex officio, vel ad instantiam Promotoris iustitiae, Defensoris vinculi, in causis in quibus hic intervenit, et etiam adversae partis, exemptionem revocet, promota quaestione incidentali per memoriale tractanda.

Art. 183

§ 1. - In ipso decreto- quo Ponens exemptionem ab expensis iudicialibus vel harum deminutionem concedit, petat a Decano S. Eotae- designari advocatum qui gratuitum patrocinium pauperis suscipiat.

§ 2. - Advocato designato Decanus mandatum gratuiti patrocinii, sua subscriptione munitum, tradit, quod mandati procuratorii locum tenet, et in actis asservari debet.

§ 3. - Advocatus sic deputatus ab hoc explendo munere se subducere nequit, nisi ex causa Ponenti probata; secus a Ponente congrua poena plecti potest, quam etiam usque ad suspensionem ab officio Turnus producere valet, assentiente Eotali Collegio.

Art. 184

Si advocatus, cui gratuitum patrocinium committitur, munus suum debita diligentia non adimpleat, ad illius observantiam a Ponente revocabitur sive ex officio, sive ad instantiam partis cuius interest, aut Promotoris iustitiae.

• **Art. 185**

Si pars, quae patrocinio gratuito usa est, victoriam retulerit* et vel pecuniae summam vel rem pretio aestimabilem consecuta fuerit, quae sit quintuplo maior summa quae pro expensis iudicialibus, non inclusis honorariis advocati, solvenda esset, ab hac summa detrahentur expensae iudiciales, non vero honoraria advocati; nisi adversa pars vieta in omnes expensas iudiciales et in ipsa honoraria advocati condemnata fuerit.

II

Citatio edictalis

VLADISLAVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (CZEGHOWICZ-SZMYTKOWSKI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Maximiliani Szmytkowski, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 16 Octobris 1934, hora II[a], ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Maximiliani Szmytkowski, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. $i S. **H. Quattrocolo,** *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 30 Iunii 1934.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Max Szmytkowski, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 16 Octobre 1934, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Max Szmytkowski, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTEBPRETANDOS

I

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

DE PRIVILEGIIS S. R. E. CARDINALIUM

D. I. An, ad normam canonis 236 § 1 et 2, S. B. E. Cardinalis, ex ordine diaconali transiens per optionem ad ordinem presbyteralem decennio nondum expleto, locum obtineat ante Cardinales presbyteros, qui post ipsum creati sunt.

II. An, vi canonis 239 § 1 n. 12, 13 et 24, S. B. E. Cardinales in Basilicis patriarchalibus Urbis uti possint baculo pastorali, benedicere populo more Episcoporum, et concedere indulgentias ducentorum dierum.

B. Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Datum Bomae, e Civitate Vaticana, d. 29 mensis Maii anno 1934.

P. Card. GASPARRI, *Praeses.*

L. © S. **I. Bruno,** *Secretarius*

II

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE SECTAE ATHEISTICAE ADSCRIPTIS

D. An ad normam Codicis iuris canonici, qui sectae atheisticae adscripti sunt vel fuerunt, habendi sint quoad omnes iuris effectus etiam in ordine ad sacram ordinationem et matrimonium, ad instar eorum qui sectae acatholicae adhaerent vel adhaeserunt.

R. Affirmative.

II. - DE ELECTIONE ABBATISSAE

D. Utrum verbum *praeesse,* **de quo in canone 506 § 2 et interpretatione diei 24 Novembris 1920, intelligendum sit de praesidentia honoris, an iurisdictionis.**

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

III. - DE RELIGIOSIS DIMISSIS

D. I. An declaratio facti, de qua in canone 646 § 2, requiratur ad hoc ut Religiosus ipso facto habendus sit tanquam legitime dimissus.

II. An praescriptum canonis 672 § 1 extendatur etiam ad Religiosos ipso facto dimissos ad normam canonis 646.

R. Ad I. Negative.

Ad II. Negative.

IV. - DE CONFESSIONE NAVIGANTIUM

D. An sub nomine *Ordinarii,* **de quo in canone 883 § 1, veniant etiam Superiores maiores Religionis clericalis exemptae.**

R. Negative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 30 mensis Iulii anno 1934.

P. **Card*.** GASPARRI, *Praeses.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

BOMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PII PP. X

Processus super perquisitione scriptorum quae dicto Servo Dei tribuuntur.

NOTIFICATIO

Cunctis hanc praesentem perlectum notum sit quod hic in Urbe — absoluto iam Processu Ordinario informativo super fama sanctitatis Servi Dei Pii Pp. X — nunc ad constructionem Processiculi diligentiarum super perquisitione scriptorum eiusdem Servi Dei attenditur, ad normam cann. 2038, 2042 et seqq. Codicis iuris canonici:

Ideo omnes et singuli Emi Ordinarii locorum, animarum pastores ceterique sacerdotes ac fideles in Domino admonentur ut, si quae dicti Servi Dei scripta (opera inedita vel typis impressa, conciones, epistolae, diaria, autobiographiae, quaecumque a Servo Dei propria vel aliena manu exarata; *non autem litterae pastorales vel encyclicae, brevia, benedictiones apostolicae aliaque documenta quae publici iuris sunt)* **a seipsis vel ab aliis adservata noverint, ea diligenter collecta, in originali vel in exemplari authentico, quam citius ad hoc S. Tribunal (Via della Pigna 13 A, Roma) transmittere ne omittant, attentis praesertim canonibus supra citatis.**

Expensae pro exemplari conficiendo ac transmittendo, si quas quis forte obeat ac notificet, statim solventur.

De mandato Emi ac Rmi Dñi Card. Urbis Vicarii.

Romae, ex Aedibus S. Tribunalis, die 9 Augusti anno Domini 1934.

Petrus Mattioli, *Cancellarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RIT!

Martedì, 29 Maggio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, facenti parte delia Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere sulle virtù in grado eroico esercitate dal Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno de Tschiderer, Vescovo di Trento.

SAGRA CONGREGAZIONE DEI SEMINARI E DELLE UNIVERSITÀ DEGLI STUDI

BANDO Di CONCORSO

Presso la Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi è aperto, per sacerdoti italiani, il concorso per titoli a n. 8 borse di studio di L. it. 2000 (duemila) ciascuna, così distribuite:

N. 2 borse per il conseguimento della laurea in teologia presso una delle Facoltà teologiche romane;

N. 2 borse per il conseguimento della laurea in filosofia presso una delle Facoltà ecclesiastiche romane di filosofia;

N. 2 borse per il conseguimento della laurea in scienze naturali e chimiche presso una Università civile;

N. 2 borse per il conseguimento della laurea in scienze matematiche é fisiche presso una Università civile.

1 concorrenti debbono far pervenire entro il 30 Settembre p. v. alla Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi (Piazza Santa Maria in Trastevere, 24 - Roma) la relativa domanda corredata dei seguenti documenti: commendatizia del Vescovo diocesano - prospetto, autenticato dalla Curia vescovile, dei voti riportati nelle singole materie agli esami finali di ciascun anno del corso liceale e teologico. - l concorrenti alle borse per il conseguimento della laurea in scienze naturali e chimiche e della laurea in scienze matematiche e fisiche debbono aggiungere il certificato di maturità classica o di laurea in teologia.

An. et vol. XXVI 14 Septembris 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII pp. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE QUIBUSDAM PRAELATIS ROMANAE CURIAE ET VARIIS EORUM ORDINIBUS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad incrementum decoris Apostolicae Sedis quantum contulerit hodieque conferat Romana Praelatura* nemo ignorat qui vel •eius anteacti temporis historiam noverit, vel suis ipse oculis magnam illam honestatis vim sit admiratus, quam splendidis pompis rebusque sacris faciendis varii Praelatorum ordines afferunt, in iis maxime sollemnibus ritibus, qui, Nobis adstantibus "vel etiam Nobis Ipsis celebrantibus, tanta maiestate peraguntur.

Qua in re mirabile sane apparet Decessorum Nostrorum consilium atque sapientia, qui praestantes partes in ipso pontificalis liturgiae ministerio his Praelatis tribuerunt, quibus praecipue iuris dicundi munus commiserant, quod itidem nobilissimum est sacerdotium. Inde est ut aspicientibus Nobis e Pontificali Solio, **Te** sacra vertente, ex hisce egregiis magistratibus nonnullos minorum ministrorum vestibus indutos, ad ipsius Solii gradus •sedentes, illa symbolice expressa videatur perfecta regiminis con-

stitutio, quae in iustitia fundatur: «Iustitia regnorum fundamentum ».

Nos Tero, considerantes gravissimas sane partes in Ecclesiae* gubernatione, post Purpuratos Patres, iis demandatas esse Praelatis, qui in Sacris Eomanis Congregationibus vel assident vel sunt a secretis, quique propterea earundem Sacrarum Congregationum vel Assessores vel Secretarii vocantur, ut horum dignitas, quae ab ipsorum tam proxima cum Romano Pontifice **in** Ecclesiae **Tegimine collaboratione aestimari debet, maioribus usque** honoris significationibus honestetur, quemadmodum, decreto Sacrae Congregationis Caeremonialis die 31 Decembris 1930 lato, iis titulum *Excellentiae Reverendissirnae* concessimus, ita nunc volumus ut iidem, ratione muneris, peculiaribus sint privilegiis-honestati, necnon in sacris sollemnibusque ritibus coram Summo* Pontifice aut ipso Pontifice celebrante peragendis, etiamsi charactere episcopali careant, peculiarem deinceps et honorificentissimum locum ex oificio habeant; quod pariter dicimus de aliis Praelatis quibus ob dignitatem muneris quo funguntur, eodem superius allato decreto eundem *Excellentiae Reverendissimae* titulum tribuimus.

At aestimatio Nostra ac paterni animi sensus erga illos quoque venerabiles Praelatorum ordines, qui Praelaturae Collegia pròpriedicta constituunt, in Nobis augentur quoties mente repetimus insignia observantiae pietatisque erga Apostolicam Sedem testimonia,, quibus eorum historia cumulate clarescit. Primos illos Ecclesiae-Notarios dicimus qui maximorum actuum gestorumque Komanorum Pontificum, sive in Conciliis sive extra, irrefragabiles testem sunt constituti. Familiares deinceps Nostros commemoramus, qui in nobilissimum iudicum Collegium Sacrae Romanae Rotae congregati, Romanae in iure dicundo sapientiae, quae christiana iustitia est illustrata, tanquam germani heredes per tot saecula claruerunt. Illos etiam commemoramus Camerae Apostolicae Praelatos qui ad utilitatem Romanae Ecclesiae ac pauperum substentationem Sedis-Apostolicae thesaurum ita administrarunt, ut iis ipsum Pontificii Principatus temporale regimen quondam demandaretur. Votantes*

denique ac Signaturae Apostolicae Referendarios dicimus, qui olim, supplicibus libellis, de gratia et iustitia agentibus, Romano Pontifici oblatis, quid concedendum esset, quid autem denegandum, discernebant, recentiore tandem tempore ad Cardinales suis votis iuvandos circa negotia ad Sacram Rotam committenda, ac etiam, nonnumquam, circa ipsius Rotae pronuntiata, sunt adlecti.

Ex bis vero Collegiis — quae, ad normam in Nostra Curia receptam, ordine enumeravimus, ratione prioritatis habita qua in Collegium sunt constituta et ad Nostrum Sacellum admissa Romanae Rotae Auditores et Votantes Signaturae, quippe qui impensius iustitiae negotiis incumbant, arctiorem etiam in Pontificali Liturgia partem habent, ut Subdiaconi alii, alii vero ut Acolythi apostolici; at ad ceteros quoque conspicua pars spectat, ut a limine commemoravimus, in pompis et in sacris pontificalibus.

Quae cum ita sint, mirum non est Praedecessores Nostros, quibus apprime constabant praeclara munera ab his fidelibus administris digne expleta, singularem quandam familiaritatem iis concessisse; quandoquidem Suae curae atque sollicitudinis in rebus sacris gerendis partem cum ipsis communicarunt, eosque, in iis quae ad proprium ipsorum pertinent munus, Pontificis veluti personam apud fideles gerentes, conspicuis privilegiis etiam liturgicis gradatim ornarunt; idque non tantum praestiterunt ut eorum operam praemium cum laude sequeretur, verum etiam ut exterior dignitas arctam, quam ex officio habent, cum ipsius Pontificis persona coniunctionem omnibus demonstraret. Quae privilegia, identidem sollemnibus Constitutionibus et Litteris Apostolicis sancita, tot tantisque additamentis eo creverunt, ut non facile omnes ubique perfectam sibi illam comparare possint notitiam, quae omnino requiritur ut eorumdem integer atque pacificus usus in tuto sit. Quare, statim ac sapientissimus Praedecessor Noster Benedictus XV Codicem iuris canonici promulgavit, cuius canon 328 iubet ut de hisce Praelatis privilegia, regulae et traditiones pontificiae Domus serventur, desiderium saepe propositum est et votum ut haec quoque pars peculiaris iuris in congruum redigeretur ordinem. Quae optata eo libentius Nos excepimus

cum iam, faventeJDeo, non ultima cura Nobis incumbat varios Pontificiae Curiae gradus, quae eam regali honestant varietate, ad pristinum splendorem revocare.

Quamobrem, suam singulis Collegiis alacrem navantibus operam, re mature perpensa una cum venerabilibus fratribus Nostris S. E. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi Caeremoniali praepositi sunt, statuimus clara forma et ad tempora accommodata definire, iuxta generales normas communis iuris canonici quod iam sapienter in Codicem redactum est, singulorum constitutionem et privilegia, quae in posterum ratione dumtaxat ac forma quae bic subiicitur, nec prorsus aliter usurpanda erunt, sublatis et revocatis, ad normam can. 22, aliis quibusvis praesenti lege non contentis. Qua occasione, ut diximus, etiam peculiaria privilegia, quae Praelatis in Sacris Eomanis Congregationibus Assessoris vel Secretarii munere fungentibus aliisque superius commemoratis concedenda putavimus, ex ordine recensebimus.

Itaque, de Apostolicae plenitudine potestatis, haec quae sequuntur per Apostolicas has Litteras statuimus ac decernimus:

I

DE IPSIS PRAELATORUM ORDINIBUS

I. Inter Praelatos Romanae Curiae, post Praelatos vulgo « di fiocchetti » nuncupatos, primum locum immediate obtinent, ratione muneris, Excellentissimi Praelati qui in Sacris Romanis Congregationibus Assessoris vel Secretarii munere funguntur, etsi charactere episcopali careant. Attamen verum et proprium Collegium iidem non constituunt.

II. Yera autem Praelatorum Collegia apud Romanam Curiam quattuor numerantur, quae iuxta ordinem *praecedentiae* hic describuntur, nimirum:

1. Collegium Protonotarium Apostolicorum de numero Participantium;

2. Collegium Praelatorum Auditorum Sacrae Romanae Rotae;

3. Collegium Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae;

4. Collegium Praelatorum Votantium Signaturae Apostolicae; cui quidem Collegio adiiciuntur, quamquam verum et proprium Collegium non constituunt, Praelati Referendarii eiusdem Signaturae Apostolicae.

III. Hunc praecedentiae ordinem servabunt non ipsa modo Collegia inter se, sed singula uniuscuiusque Collegii membra, hac scilicet ratione, ut qui ad Collegium superius pertineat, praecedat omnia membra Collegiorum inferiorum, Decanis eorundem non exclusis. In Cappella tamen Papali praecedentiae ordo et locus singulis ex membris horum Collegiorum tribuendus determinatur a *Libro Sacrorum Bituum S. B. U.* nec non a Bullis Pontificiis.

IV. In quolibet Collegio collegas ceteros praecedit Decanus, primus inter pares; collegae vero inter se ordinem tenent nominationis secundum tempus quo Litterae Apostolicae in forma brevi datae sunt ; quod si has Litteras eodem die habuerint, ordinem temporis quo primum inter Praelatos universim sunt cooptati, secus ordinem recepti sacerdotii, vel tandem, si eodem die sacerdotio sint initiati, ordinem tenent aetatis.

V. Sodales *emeriti* Collegiorum Praelatorum, de quibus agitur numeris XXVIII, LXXXII, CVI et CXXX, modo ad dignitatem superiorem promoti non fuerint, subsequuntur immediate proprii Collegii membra ordinaria; inter se vero ordinem tenent qui numero IV descriptus est.

VI. Quod spectat ad praecedendi rationem Praelatorum relate ad ceteras personas ecclesiasticas vel laicas, haec determinatur a privilegiis uniuscuiusque Collegii; salvo iure praecedentiae Excellentissimis Assessoribus et Secretariis Sacrarum Congregationum aliisque quibusdam collato, ut infra numeris XIX et XXI dicetur.

VII. Habitus praelationis, vulgo «di formalità», seu in sacris functionibus adhibendus ab omnibus Praelatis Romanae Curiae, de quibus in praesenti Constitutione, sive pertinent ad Collegia praefata, sive non pertinent, ille est quo utuntur Praelati Domestici quique constat veste talari violacei coloris ex lana vel serico, iuxta anni tempora, cum cauda, nunquam tamen explicanda; reflexus in manicis *(paramano),* margines vestis nec non mantelletti torulus *(filettatura),* ocelli et globuli erunt seriei et *rubini* coloris. Zona cum nappis erit serica et violacea; violacea quoque erunt collare et caligae. Calceamenta fibulis erunt ornata. Bireto omnino nigro flocculus imponetur violacei coloris et pileo, item nigro, circumducetur chordula violacea cum flocculo eiusdem coloris. Bocchettum opere phrygio seu reticulato *(pizzo)* ornabitur, cui si quid supponatur in manicis *(trasparente),* eiusdem coloris esse debebit ac reflëxus vestis. Quinam autem sit color violaceus adhibendus, definitur decreto S. C. Caeremonialis die 24 Iunii 1933 lato, cui omnino standum est.

Protonotarii Apostolici utuntur bireto nigro cum flocculo rubini coloris et pileo cum chordula item rubini coloris.

Vacante Sede Apostolica, vestes erunt laneae et nigrae, cuius coloris

erunt quoque collare, caligae, zona cum nappis. Rocchettum erit simplex sine opere phrygio seu reticulato. Flocculus bireti et chordula pilei non mutabuntur.

VIII. In functionibus collegialibus et in Cappellis Pontificiis, Praelati quattuor Collegiorum, de quibus agitur, scilicet Protonotarii Apostolici, Auditores S. R. R., Clerici R. C. A., et Votantes Signaturae Apostolicae, deposito mantelletto, induent supra rocchettum cappam laneam cum vel sine pellibus armellineis, prout tempus fuerit hibernum vel aestivum.

In sacris functionibus in quibus ipse Summus Pontifex solemniter celebrat, Praelati de quibus supra dictum est, exceptis Assessoribus et Secretariis Sacrarum Congregationum (n. XVIII) aliisque quibusdam, de quibus num. XXI, et Protonotariis Apostolicis, induent superpelliceum supra rocchettum.

IX. Habitus praelaticius, vulgo *piano,* **in civilibus tantum adhibendus, constat veste talari nigra sine palliolo (vulgo** *pellegrina),* **cum torulo, ocellis et globulis rubini coloris; zona cum laciniis** *(frange)* **erit violacea et item erunt violacea coilare, caligae et pallium talare sericum** *(ferraio-Ione).* **Calceamenta habebunt fíbulas, pileus chordulam violaceam, firmis quae supra constituta sunt de Protonotariis Apostolicis.**

Uti poterunt peramplo pallio talari violaceo *(mantello o tabarro)* **absque torulo sed cum subsuto serico violaceo.**

Vacante Sede Apostolica pallium talare erit laneum et nigrum.

X. In coUegialibus actibus minoris momenti arbitrio Praesidis uniuscuiusque Collegii erit eligere inter habitum praelatitium et cappam.

II

DE EXCELLENTISSIMIS ASSESSORIBUS ET SECRETARIIS IN SACRIS CONGREGATIONIBUS ROMANIS.

XI. Primus ex Praelatis Officialibus, qui in singulis Sacris Congregationibus Romanis negotiis expediendis praesunt, Assessor vel Secretarius dicitur: Assessor quidem si illius Sacrae Congregationis Praefectus est ipse Romanus Pontifex, Secretarius vero si Praefectus est quidam Pater Cardinalis. Assessores et Secretarii sunt tamen dignitate aequales, salvo ordine praecedentiae num. XIX statuendo.

XII. Assessores et Secretarii, de quibus in numero praecedenti, ex decreto Sacrae Congregationis Caeremonialis die 31 Decembris 1930 lato, *Excellentiae Reverendissimae* **titulo fruuntur; ideoque singulorum titulus hic est: Excmus ac Revmus D. N. N. Assessor (vel Secretarius) Sacrae**

Congregationis N. (Italice: *Sua Eccellenza Rev.ma Monsignore N. N. Assessore, o Segretario, della Sacra Congregazione N.).*

X.-Nominatio et muneris occupatio

XIII. Assessores et Secretarii Sacrarum Congregationum Romanarum nominantur a Summo Pontifice per litteras Cardinalis Secretarii Status, praemonito Cardinali Secretario vel Praefecto respectivae Congregationis.

XIV. Acceptis Litteris Apostolicis in forma brevi nominationis, novus Assessor vel Secretarius [suum respectivum Cardinalem Secretarium vel Praefectum primum invisat, ab eoque audiat quando et quomodo munus suum inire debeat, servata forma quae in singulis Congregationibus iamdudum ex consuetudine adhiberi solet. Postea invisat Eminentissimos Cardinales suae Congregationis.

XV. Audientiam Summi Pontificis quamprimum petat ad gratias Beatissimo Patri agendas de sua promotione; itemque Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status adeat et, post acceptam possessionem muneris, alios quoque Patres Cardinales invisat. Ceteros autem Praelatos Assessores vel Secretarios Sacrarum Congregationum, cum primum poterit, invisere ne praetermittat.

XVI. Quaenam autem sint horum Praelatorum munera et officia e canonibus 242-264 I. C. et ex legibus ac praxi cuiusque Sacrae Congregationis desumatur.

2. - *Facultates et privilegia*

XVII. Singuli Assessores et Secretarii Sacrarum Congregationum omnibus iuribus, privilegiis et insignibus Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium |infra (nn. XLI-XLIX) recensendis (iis exceptis quae 'ad Protonotariorum Collegium qua Collegium pertinent) gaudent *ad personam* **durante munere, etiamsi horum Collegio non adscribantur.**

XVIII. Pro Consistoriis et Cappellis Pontificiis deinceps *intimationem* **accipienda Praefecto caeremoniarum apostolicarum et praefatis functionibus interesse debebunt, in iisque locum habebunt, cappa induti, immediate post Praelatos qui vulgo « di fiocchetti » vocantur.**

XIX. Hunc praecedentiae gradum supra alios Praelatos, infra Praelatos vulgo « di fiocchetti » constitutos, etiam episcopali seu archiepiscopali dignitate fulgentes, salvo iure Metropolitae vel Ordinarii loci in suo territorio, habebunt ubique, etiam singuli. Quando vero omnes vel plures simul conveniunt, Assessores et Secretarii qui archiepiscopali aut episco-

pali dignitate aucti sint, reliquis antecedant, et caeteris paribus, Assessores praecedant Secretarios, servato ordine vigente inter] Sacras Congregationes.

XX. His privilegiis fruuntur tantummodofdurante munere;fdeposito vero munere, nisi ad cardinaliciam vel aliam dignitatem^assumantur^quae cum Protonotarii dignitate componi nequeat, aut nisi aliud expresse caveatur, statim, ipso iure, Protonotarii *ad instar* **fiunt, cum omnibus iuribus et privilegiis huic dignitati adnexis.**

|p XXI.|Omnia quae de Assessoribus et Secretariis SacrarumfCongregationum Romanarum in hoc capite dicuntur, ea, congrua congruis referendo, dicta intelligantur etiam de aliis Praelatis, quibus memorato decreto Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 31 Decembris 1930 lato, titulus *Excellentiae Reverendissimae* **agnitus et tributus fuit, id est Magistro seu Praefecto cubiculi secreti Summi Pontificis, Secretario Tribunalis Signaturae Apostolicae, Decano Sacrae Romanae Rotae, Substituto Secretariae Status; qui, salvis peculiaribus officiis et locis alicui ex his Praelatis in Cappellis Papalibus iuxta hanc ipsam Constitutionem, ut infra habetur, forte assignatis, immediate post praedictos Assessores et Secretarios locum habent, servato inter se ordine superius enunciato ; si quis vero ex iis sit archiepiscopali vel episcopali dignitate ornatus, ceteris praecedit, sed post Assessores et Secretarios.**

III

DE COLLEGIO PROTONOTARIORUM APOSTOLICORUM DE NUMERO PARTICIPANTIUM.

XXII. Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium constat septem Praelatis quibus iura sunt paria; ex iis qui ceteris nominatione etc., iuxta normam numero IV expositam, antecedit, titulo Decani honestabitur. Collegium ipsum ad pluralitatem suffragiorum nominat Secretarium sacerdotem aliquem *extra Collegium* **hancque nominationem litteris consignât.**

XXIII. Titulus Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium erit sequens: R. P. **D. Protonotarius Apostolicus (Italice:** *lUyho e Revmo Monsignore N. N. Protonotario Apostolico).*

1. - *Nominatio et muneris occupatio*

XXIV. Protonotarii Apostolici de numero Participantium nominantur Litteris Apostolicis in forma brevi. Secretaria Status Summi Pontificis praemonet per litteras de hac nominatione cum eum cuius interest, tum Decanum Collegii Protonotariorum.

XXV. Acceptis litteris e Secretaria Status Summi Pontificis, cooptandus inter Protonotarios audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status nec non Decanum et Praelatos Collegii Protonotariorum.

XXVI. Postquam accepit Litteras Apostolicas novus Protonotarius, adstante toto Collegio, vel, in casu extraordinario, coram duobus saltem Protonotariis a Collegio delegatis, munus suum occupat ratione quae describitur: *a)* **exhibet Breve nominationis;** *b)* **professionem Fidei facit ad normam canonis 1406 I. C;** *c)* **iuramentum fidelitatis addit iuxta peculiarem formulam;** *d)* **impositionem accipit rocchetti, cappae, bireti et pilei semipontificalis;** *e)* **admittitur tandem ad amplexum Collegarum.**

XXVII. Post acceptam possessionem muneris, de qua supra, invisit quoque ceteros Eminentissimos Cardinales itemque ceteros Praelatos Aulae Pontificiae et Bomanae Curiae iuxta statuta Collegii.

XXVIII. Si quis Protonotarius de numero Participantium post decem annos a sua cooptatione Collegium relinquit, per novum quinquennium eiusdem privilegiis fruitur: dein, ipso iure, fit Protonotarius *ad instar.* **Quod si ante decennium e Collegio discedat, statim, ipso iure, fit Protonotarius** *ad instar.* **Haec intelliguntur de iis qui Collegium relinquunt nec tamen assumuntur ad dignitatem cardinalitiam vel aliam quae componi nequeat cum Protonotarii dignitate. Si vero aliquando, ex gratia pontificia, Protonotarius Participans aliquis declaretur** *emeritus,* **is omnibus privilegiis honorificis Collegii frui poterit, iuxta numerum V.**

XXIX. Habent ubique, sed durante munere tantum ut dictum est num. XVII, insignia et privilegia Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium Excellentissimi Assessores et Secretam Sacrarum Congregationum aliique quidam Praelati qui eis assimilantur (num. XXI).

XXX. Eadem insignia et privilegia, sed durante munere et in proprio territorio tantum, habent etiam Vicarii Apostolici et Praefecti Apostolici, necnon Administratores Apostolici dioecesibus ad tempus dati.

2. - *Munera*

XXXI. Ad Collegium Protonotariorum pertinet, excepto tempore Sedis Vacantis, officium exarandi praecipua Sedis Apostolicae acta, nec non Consistoriorum publicorum et semipublicorum atque Conciliorum Generalium. Item exarandi acta cum novi Cardinales suos Titulos vel Diaconiae in possessionem accipiunt et in aliis quibusdam casibus peculiaribus. Quattuor ex Protonotariorum Collegio semper intersunt Canonizationis, Conciliis, Consistoriis publicis et semipublicis apud Solium Pontificis ut horum acta pro sua quisque parte exarent.

XXXII. Instrumenta, a **Protonotariis confecta, publicam fidem faciunt etsi tantum ab uno Protonotario rogato subsignentur, et alii testes desint.**

XXXIII. Unus ex membris Collegii, litteris Secretariae Status Summi Pontificis, adscribitur Sacrae Congregationi Eituum, tamquam Praelatus Officialis. Huic ius et officium competit adsistendi omnibus conventibus Sacrae Eituum Congregationis nec non conventibus qui apud Emum Cardinalem Praefectum habentur, et, in Urbe, sessionibus processuum Apostolicorum in causis Servorum Dei, in quibus ipse Notarii munere fungitur, iuxta canones 2013, § 2, et 2073 I. C.

XXXIV. Protonotarii qui sint Doctores *in utroque iure* **sunt ipso facto Praelati Eeferendarii Signaturae Apostolicae.**

XXXV. Post suppressum Collegium Abbreviatorum de *Pareo Maiore* **quod dicebatur, duo Protonotarii Apostolici per vices Bullas omnes subsignant quae in Cancellaria Apostolica dantur.**

XXXVI. Pertinet ad Collegii Decanum Bullam indictionis Anni Sancti primo vulgare, quod officium alias ad Abbreviatorem Curiae pertinebat.

XXXVII. Conclavis tempore, Protonotariorum est, emisso iuramento, Eotam custodire ipsis assignatam, quod peragunt habitu praelaticio induti de quo in n. VII.

3. - *Facultates*

XXXVIII. Collegium Protonotariorum Apostolicorum nominare potest semel quotannis unum Protonotarium Apostolicum *titularem* **seu** *honorarium,* **iuxta Constit.** *Cum innumeri* **Pii VII, diei 13 Decembris 1818, et Litteris Apostolicis a Pio X, motu proprio datis** *ínter multiplices,* **nn. 59 et 60, cum iuribus in iisdem Litteris statutis, nn. 59-76.**

XXXIX. Collegium condere potest atque reformare propria Statuta, nec indiget ad hoc ulla cuiusvis approbatione, modo ne quid statuatur quod iuri communi vel praesenti Constitutioni et Legi propriae adversetur.

XL. Ad negotia propria tractanda, de quibus agitur in numeris XXXVIII, XXXIX, Protonotarii collegialiter conveniunt.

4. - *Privilegia*

XLI. Protonotarii Apostolici de numero Participantium, hoc ipso Praelati sunt Domestici et propterea Familiares Summi Pontificis. Eximuntur ab iurisdictione Ordinariorum locorum.

XLII. Vestibus praelaticiis utuntur iuxta dicta in numeris VII, VIII, IX et X.

X.LIII. Gaudent iure Pontificalium iuxta Litteras Apostolicas a **Pio X motu proprio datas** *Inter multiplices,* **nn. 5-9.**

XLIV. In Missis cum cantu, sed non pontificalibus, et in Missis lectis cum aliqua solemnitate iis tantum honoris signis uti possunt, quae in Litteris Apostolicis a Pio X motu proprio datis, *Inter multiplices,* **n. 10, recensentur. In aliis vero Missis lectis, a simplici sacerdote ne differant, nisi in usu Palmatoriae, ut ibidem cavetur, salva tamen concessione numeri sequentis huius Constitutionis.**

XL V. Annulo gemmato semper uti possunt in omnibus sacris functionibus, Missa privata non exclusa.

XL VI. Privilegio gaudent Oratorii privati et altaris portatilis ad normam sacrorum Canonum. Omnes autem fideles qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Semper vero et ubique Kalendario Bomano uti possunt.

XLVII. Pro Consistoriis et Cappellis Pontificiis *intimationem* **accipiunt a Praefecto caeremoniarum apostolicarum et praefatis functionibus omnes interesse tenentur. In hisce functionibus duo Protonotarii per vices fimbrias faldae Pontificis sustinent — in Cappellis autem ante et post sacram functionem — a quo tamen officio Decanus semper eximitur. In Cappellis Pontificiis eum locum tenent qui in** *Libro Sacrorum Bituum S. B. E.* **et in Bullis Pontificiis iis adscribitur.**

XL VIII. Candelas, Palmas et *Agnus Dei* **accipiunt non aliter ac Episcopi ad Solium Pontificium Assistentes. Ius insuper habent ad numismata argentea quae tradi solent cum fit novi Summi Pontificis coronatio et quotannis in festo Ss. Petri et Pauli.**

XLIX. Ius habent gratuito accipiendi Litteras Apostolicas, etiam *sub plumbo* **quae dicuntur, pro quolibet Beneficio quod sibi conferatur.**

L. Tandem iure gaudent, salvo peculiari privilegio, praecedendi ecclesiasticis personis quibuslibet, quae sint inferiores Episcopis, etiam tantum electis et confirmatis, modo ne eae personae sint Ordinarii locorum (Can. I. C. 198) in proprio territorio, vel ne sint Praelati vulgo «di fiocchetti», aut Assessores vel Secretarii Sacrarum Congregationum Romanarum, aut Praelati de quibus num. XXI actum est.

LI. Quod spectat ad privilegia *emeritorum,* **vigere pergit n. XXVIII.**

LII. Cum Protonotarius de Collegio aliquis vita functus fuerit, sodales eius exsequiis interesse tenentur.

PROTONOTARII APOSTOLICI SUPRANUMERARH, AD INSTAR ET TITULARES

LUI. Praeter Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium tres numerantur gradus Protonotariorum Apostolicorum, qui tamen Collegium nullo modo constituunt, et sunt qui sequuntur:

Protonotarii *supr anumerar ii,* **Protonotarii** *ad instar* **et Protonotarii** *titulares seu honorarii.*

L.IV. Protonotarii *supranumerarii* **sunt ii qui canonicatu potiuntur in Basilicis Patriarchalibus Urbis, scilicet Lateranensi, Vaticana et Liberiana, modo Litteras Apostolicas in forma brevi Praelati Domestici acceperint et iusiurandum emiserint. Item Canonici quarundam aliarum Ecclesiarum extra Urbem. Priores tamen titulo praefato insigniti erunt** *ad vitam,* **posteriores vero** *durante munere.*

Quod si posteriores nominati fuerint Praelati Domestici ob personae merita, dispositionibus subsint contentis in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis, *Inter multipliées,* **nn. 14, 34, 41.**

LV. Munera, iura, privilegiaque Protonotariorum *supranumerariorum* **ea erunt quae descripta sunt in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis,** *Inter multiplices,* **sub numeris 13-41, 80.**

LVI. Protonotarii *ad instar,* **praeter eos qui numeris XX et XXVIII describuntur, ii erunt quos Summus Pontifex hac dignitate insigniverit, nec non qui Canonicatu in quibusdam determinatis Capitulis potiantur. Priores erunt Protonotarii ad instar** *ad vitam,* **posteriores vero** *durante munere.*

Quod si posteriores nominati fuerint Praelati Domestici ut personae privatae, subiecti erunt dispositionibus contentis in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis, *Inter multiplices,* **sub numeris 43, 50, 58.**

LVII. Munera, iura, privilegiaque Protonotariorum *ad instar* **ea sunt quae descripta sunt in Apostolicis Litteris a Pio X datis¿** *Inter multiplices,* **nn. 42-58, 80.**

LVIIL Protonotarii *titulares* **seu** *honorarii* **ii erunt quos nomina verit ipse Summus Pontifex vel Collegium Protonotariorum iuxta num. XXXVIII. Sunt quoque Protonotarii** *titulares* **omnes Vicarii Generales et Vicarii Capitulares nec non Canonici quorundam Capitulorum. Eecensiti omnes habentur Praelati extra Urbem, sed Familiae Pontificiae non sunt adscripti, neque vestibus praelaticiis in Curia Romana (quavis huiusmodi concessione particulari penitus abrogata) uti possunt, nisi f orte quis per Apostolicas Litteras in forma brevi Praelatus domesticus nominatus fuerit ad personam. Qui autem eiusmodi titulo intuitu personae insignitus fuerit, dispositionibus subiectus erit, quae in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis,** *Inter multiplices,* **n. 74, habentur.**

LIX. Protonotariorum *honorariorum* **munera, iura, privilegiaque describuntur in praefatis Litteris Apostolicis, sub numeris 59-76.**

IV

DE COLLEGIO PRAELATORUM AUDITORUM S. ROMANAE ROTAE

LX. Collegium Praelatorum Auditorum Sacrae Romanae Rotae constat Praelatis quibusdam, qui Iudicum Apostolicae Sedis munere ordinario funguntur; gradu pari hi sunt et Decani titulum assumit qui sociis nominatione etc. praecedit, iuxta numerum IV. Eorum numerus augeri vel minui potest pro necessitate proque Summi Pontificis suprema voluntate.

LXI. Titulus Praelatorum Auditorum erit : R. P. D. Auditor S. R. Rotae (Italice: *Illmo e Revmo Monsignore N. N. Prelato Uditore della Saera Romana Rota).* **Decanus vero titulo** *Excellentiae Reverendissimae* **iam insignitur, aliisque facultatibus et privilegiis numero XXI descriptis.**

1. - *Nominatio et muneris occupatio*

LXII. Praelati Auditores nominantur per Litteras Apostolicas in forma brevi; Secretaria Status Summi Pontificis litteris praemonet de hac nominatione cum eum cuius interest, tum Decanum Collegii Praelatorum Auditorum.

LXIII. Acceptis litteris e Secretaria Status Summi Pontificis, cooptandus in Praelatum Auditorem audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status nec non Decanum et Praelatos Collegii Auditorum.

LX1V. Post suam nominationem novus Praelatus Auditor, die a Decano statuenda, possessionem init sui officii coram universo Collegio Rotali ratione quae sequitur : *a)* **indutus habitu ad normam n. IX, facit professionem fidei iuxta canonem I. C. .1406 et nuncupat iusiurandum iuxta propriam Rotae formulam, idque unus ex Notariis, de quibus est sermo in numero LXXXIV, scriptis refert;** *b)* **amplexum Collegarum accipit;** *c) hi* **possessionem novissimi stalli in aula iudiciali immittatur.**

LXV. Post captam possessionem muneris de qua supra, novus Praelatus Auditor invisit obsequii causa ceteros Eminentissimos Cardinales.

LXVI. Praelati Auditores officio cedunt cum illud renuntiant ipsi, vel ad munus eliguntur quod cum illo componi nequeat, vel 75um aetatis annum ineunt.

2. - *Munera*

LXVII. Munera Praelatorum Auditorum describuntur in canonibus I. C. 1598-1608 inque Lege Propria S. R. Rotae diei 29 Iunii 1908, cc. 1-34.[1]

[1] ***Hodie dices:*** **inque Normis S. R. Rotae Tribunalis, d. 29 Iunii 1934, art. 12 ss. (supra, p. 451 ss.).**

LXVIII. Annus iuridicus initur : *a)* **per celebrationem Missae** *de Spiritu Sancto* **in Palatio Apostolico, cui assistunt Praelati Auditores toga induti** et **biretum doctorale prae manibus habentes, Officiales S. R. Rotae, Advoeatique Rotales;** *b)* **finita Missa, post cantatimi hymnum** *Veni Creator Spiritus,* **Decanus** *coram Crucifixo* **genuflexus, Auditoribus circumstantibus et praesente Notario formulam iurisiurandi legit ipse prior et postea singuli legunt Auditores;** *e)* **hisce peractis, Auditores soli admitti solent ad privatam audientiam Summi Pontificis, deinde, cum ceteris qui descriptae caeremoniae interfuerint ad publicam seu solemnem, in qua, R. P. solio assidente, Decanus sermonem habet anni iuridici prolusivum petitquë benedictionem apostolicam super personas et futuram S. R. Rotae operam;** *d)* **tandem Summo Pontifici praesentat eos omnes qui huic Sacro Tribunali sunt addicti. Post haec Decanus cum Collegis aliisque qui** ex **officio huic caeremoniae interfuerunt, obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status invisit.**

LXIX. Duo Praelati Auditores secunda vice promulgant Bullam latinam et italicam solemnis indictionis Anni Sancti. Tres antiquiores Auditores Sacrae Rituum Congregationi adscribuntur ipso facto tanquam Praelati Officiales.

LXX. Assidente Conclavi, Rotam custodiunt Cardinalibus reservatam, emisso iuramento et habitu praelaticio induti ad normam numerorum VII et IX.

3. - *Privilegia*

LXXI. - Statim a sua nominatione Auditores, ipso facto fiunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pontificis et hanc dignitatem retinent quamdiu munere Auditorum funguntur vel cum *emeriti* **declarantur. Eximuntur insuper a iurisdictione Ordinariorum locorum. Qui a munere cedunt nec declarantur** *emeriti,* **privilegiis fruuntur a Clemente XIV Constitutione** *Cum primum* **diei** 16 **Maii** 1770 **o.** 6 **concessis, quatenus tamen in praesenti Constitutione contineantur. Qui autem antequam Auditores nominarentur erant Protonotarii Apostolici** *ad instar* **vel** *titulares,* **hos titulos servant etiam post ipsorum nominationem ad munus Auditorum. Qui tandem antequam Auditores nominarentur dignitate gaudebant Protonotariorum de numero Participantium vel** *supranumerariorum,* **hanc dignitatem deponunt, salvis praescriptis in numeris XXVIII et L VI,** et **salvis privilegiis Excellentissimo Sacrae Romanae Rotae Decano numero XXI tributis.**

LXXII. In functionibus forensibus togam super habitum planum induunt, et biretum doctorale, ornatum torulo et flocculo rubini coloris,

gestant. Extra functiones forenses vestibus utuntur iuxta numeros VII, VIII, IX et X.

LXXIIL Gaudent iure Pontificalium eodem modo atque de Protonotariis Apostolicis de numero Participantium dictum est supra, numero XLIII.

LXXIV. Privilegium habent Oratorii privati et altaris portatilis ad normam sacrorum Canonum; omnes vero qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Semper vero et ubique Kalendario Romano uti possunt.

LXXV. Cum sacrum faciunt sive privatim sive solemniter, habitu tamen praelaticio induti, non tantum iis uti licet Palmatoria sed etiam Canone et Urceo, aliisque privilegiis quibus Protonotarii Apostolici de numero Participantium fruuntur.

LXXVI. *Intimationem* accipiunt pro functionibus caeremoniisque pontificiis ab ipso Praefecto caeremoniarum apostolicarum iisque omnes intersunt.

LXXVII. Auditores sunt Subdiaconi Apostolici. In Missa Pontificia pro coronatione Summi Pontificis inque ineunda ab Eodem possessione Basilicae Ssmi Salvatoris in Laterano, tunicellam subdiaconalem induunt. Qui quartus venit e praesentibus iuxta praecedentiam numero IV statutam, Subdiaconum agit in omnibus pontificalibus Summi Pontificis; qui veniunt secundus et tertius fai dam sustentant; novissimus fungitur semper munere Cruciferi; sedent vero omnes in ultimo throni gradu in Cappella papali. Decanus (vel is qui eius vices gerit) Mitram vel Tiaram fert Pontificis.

LXXVIII. In pontificali Summi Pontificis unus ex Auditoribus fert Summo Pontifici manutergium cum manus lavat, alius vero fert, quoties oportuerit, Summo Pontifici Sacrum Pallium; si vero ipse Summus Pontifex in Episcopum aliquem consecret, alicuius ex Auditoribus erit mappulas consecrando imponere.

LXXIX. Adstant quoque Auditores benedictioni Sacrorum Palliorum nec non impositioni et traditioni eorundem; item solemni benedictioni *Agnorum Dei* qui dicuntur, quique ipsis quoque distribuuntur. In festo praeterea Ss. Petri et Pauli singuli Praelati Auditores argenteum numisma unum accipiunt, praeter Decanum, cui duo numismata iure obtingunt. Eidem Decano quotannis concreduntur agni ex quorum lana Pallia Archiepiscoporum coniiciuntur, ad normam Constitutionis *Rerum ecclesiasticarum,* diei 12 Augusti 1748, Benedicti XIV.

LXXX. Litterae omnes Apostolicae gratuito Auditoribus obveniunt. Facultatem habent eos retinendi legendique libros prohibitos qui de iure tractant, et permittendi ut huiusmodi libros legant qui eorum studia adiuvant.

LXXXI. Salvo peculiari privilegio, omnibus iis ecclesiasticis personis praecedunt, quae inferiores sint Protonotariis Apostolicis *de numero* **Participantium.**

LXXXII. Ex Auditoribus qui *emeriti* **declarati fuerint, iisdem fruuntur privilegiis ac ordinarii Auditores, cum ea tantum limitatione quae numero V describitur.**

LXXXIII. Funus pro Collegis vita functis fit in ecclesia paroeciae defuncti vel in alia quam ipse elegerit, Collegio ipso praesente et in expensas conferente. Si mors extra Urbem acciderit, funus celebrabitur in ecclesia S. Luciae « della Tinta », nisi Collegium aliam elegerit. Quotannis vero, mense Novembri in eadem ecclesia iusta funebria persolventur pro omnibus simul Auditoribus proque iis omnibus qui ad S. E. Botam pertinuerunt.

4. - *Officiales Collegii*

LXXXIV. Officiales Eotales iuxta praecedentiae ordinem sunt qui sequuntur: Promotor Iustitiae; Defensor vinculi; Notarii; Archivi Custos; Scriptores; Eationum ductor; Distributor. Promotor Iustitiae et Defensor vinculi proponuntur a Collegio et nominantur a Summo Pontifice: alii Officiales eliguntur, concursu adhibito, a Collegio, et a Summo Pontifice confirmantur.

LXXXV. Pertinent ad S. E. Eotam, ut advocati nativi, Advocati Consistoriales, itemque partes in ea habent Procuratores Sacrorum Palatiorum Apostolicorum. Utrique praecedendi ordinis normam sumunt a tempore nominationis.

V

DE COLLEGIO CLERICORUM REVERENDAE CAMERAE APOSTOLICAE

LXXXVI. Collegium Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae constat octo Praelatis quorum antiquior, ad normam numeri IV, titulum assumit Decani. A Collegio, ad pluralitatem suffragiorum, nominatur Secretarius *extra Collegium,* **idque in acta refertur.**

LXXXVII. Titulus Clericorum R. C. A. est R. P. D. Clericus Reverendae Camerae Apostolicae. (Italice: *Illmo e Revmo Monsignore N. N., Chierico della Reverenda Camera Apostolica).*

1. - *Nominatio et muneris occupatio*

LXXXVIII. Clerici Rev. Camerae Apostolicae nominantur per Breve Apostolicum; Secretaria Status Summi Pontificis praemonet per litteras de hac nominatione cum eum cuius interest, tum Decanum Collegii R. C. A.

LXXXIX. Acceptis litteris a Secretaria Status, cooptandus in Clericum Camerae audientiam petit Summi Pontificis, invisitque Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status, Eminentissimum Cardinalem Camerarium S. R. E., Praelatos Camerales, Decanum et Clericos Camerae.

XC. Postquam acceperit Litteras Apostolicas in forma brevi, novus Clericus Camerae, die ac hora ab Eminentissimo Cardinali Camerario statutis, possessionem init sui muneris, adstante Collegio, in residentia ipsius Cardinalis, in aula throni.

XCI. Huic actui intersunt, praeter Decanum et Clericos B. C. A. indutos veste nn. VIII et X descripta, etiam Secretarius-Cancellarius Bev. Camerae Apostolicae, ut Notarium agat, nec non Secretarius Collegii. Praelati Camerales, scilicet Vice Camerarius, Auditor generalis, Thesaurarius generalis, si actui intersint, habitum induunt numero VIII descripto.

XCII. Eminentissimus Cardinalis Camerarius, indutus mozeta supra rocchettum, Magistro Caeremoniarum apostolicarum ei adsistente, cumque suis nobilibus aulicis, sedet in throno, adstantque ad dexteram Olerici Camerae antiquitatis ordine dispositi iuxta n. IV, ad sinistram Praelati Camerales, dignitatis ordine subsequentes. Si haec caeremonia in aliquo Palatio Apostolico vel Camerali peragatur vel etiam in aliquo Conventu seu loco pio, Eminentissimus Cardinalis supra rocchettum etiam mantelletum adhibebit.

XCIII. Novensilis Clericus Camerae, habitu praelaticio indutus, cum solo tamen mantelletto sine rocchetto, coram Eminentissimo Cardinali genuflexus: *a)* exhibet Litteras Apostolicas in forma brevi suae nominationis, quas legit Secretarius-Cancellarius B. C. A.; *b)* facit professionem fidei, iuxta canonem I. C. 1406, additque fidelitatis iusiurandum ex praescripta formula, Secretario-Cancellario tanquam Notario B. C. A. id in scriptis referente, qui etiam fidem facit, in *Litteris Apostolicis,* de praestito iuramento et quae scripserit legit; *c)* deposito mantelletto, novus Praelatus accipit ab Eminentissimo Cardinali impositionem rocchetti, cappae et bireti hac formula: *Esto Clericus Reverendae Camerae Apostolicae; d)* admittitur demum ad amplexum Eminentissimi Cardinalis et Collegarum.

XCIV. Installatio, quae dicitur, novi Clerici fit in aula quae ut Collegii sedes habetur, in qua Eminentissimus Cardinalis Camerarius, cum Collegio Clericorum B. C A. et Praelatis Cameralibus eo ordine sedent qui n. XCII descriptus est. Novensilis vero Clericus post omnes suos Collegas sedet et subsignat scriptam testationem praestiti a se iuramenti. «Quod quidem documentum subsignatur quoque ab Eminentissimo Cardinali Camerario et servatur in Archivo Camerali,

XCV. Postquam novus Clericus hac ratione possessionem muneri» ceperit, invisit alios Eminentissimos Cardinales nec non altiores Praelatos Aulae Pontificiae et Curiae Romanae iuxta consuetudinem.

XCVI. Clerici Camerae officio cedunt cum illo se abdicant vel ad munus transferuntur quod cum eo componi nequeat.

2. - *Munera*

XCVII. Ad normam Constitutionis *Tacante Sede Apostolica* **Pii X diei 25 Decembris 1904 et canonis I. C. 262, Collegii Clericorum R. C. A. est iuvare Eminentissimum Cardinalem Camerarium in curandis et administrandis bonis et iuribus temporalibus Sanctae Sedis, praesertim tempore Sedis vacantis.**

XCVIIT. Clerici R. C. A., Praefecto Caeremoniarum apostolicarum *intimationem* **faciente, intersunt recognitioni quam de Cadavere defuncti Summi Pontificis iuxta praescriptum ritum facit Eminentissimus Cardinalis Camerarius. Collegii Secretarius-Cancellarius, ut Notarius R. C. A.,» actum praefatae recognitionis rogat.**

XCIX. Recognitione ut supra facta, Clerici R. C. A. convocantur ab ipso Eminentissimo Cardinali Camerario atque conveniunt apud eundem Cardinalem pro distributione officiorum singulis committendoruin iuxta normas Collegii huius proprias.

C. Acta Sanctae Sedis, hac ipsa Sede vacante, aliquis e Clericis Camerae rogatus exarat, atque Notarius ipsius Camerae Apostolicae. Instrumentum vero seu scriptum testimonium fidem faciens de tumulatione-defuncti Pontificis in Vaticana Basilica conficit legitque Notarius Capituli eiusdem Basilicae. Postea Clericus unus R. C. A. nec non delegatus-aliquis a Magistro secreti Cubiculi defuncti Pontificis ac SS. Pal. Apostolicorum Praefecto separatim documenta conficiunt quae fidem faciant-peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica,, alter coram Magisterio Cubiculi ac Praefectura Sacrorum Pal. Ap.

- CI. Clerici omnes R. C. A. et Secretarius-Cancellarius eiusdem documento muniuntur Eminentissimi Cardinalis Camerarii ad modum tesserae ut liberum habeant aditum ad SS. PP. AA. aedesque ab his dependentes quandocumque sua munera implere in iisdem teneantur.

CII. Cardinalis Camerarius aliquem e Clericis R. C. A. nominat ut simul cum Secretario-Cancellario R. C. A. in aede eius qui Custos est Conclavis, actum rogatus exaret de externa eiusdem Conclavis clausura,, adstantibus Marescallo et Commissario Generali Conclavis et Gubernatore Civitatis Vaticanae.

CUI. Clerici Camerae, postquam in Cappella Sixtina, ante clausuram Conclavis praescriptum iuramentum emiserint eoram Cardinali Decano et Secretario Sacri Collegii, una cum aliis Collegiis Praelaticiis, vigilantiam exercent circa Rotam Conclavis ipsis assignatam, habitu induti praelaticio iuxta numeros VII et IX.

CIV. Post electionem novi Pontificis et datam iussionem aperiendi Conclave, Clerici Camerae cum Secretario-Can cellario eiusdem, et ipsi obsequium et obedientiam Electo exhibent. Eorum vero unus actum rogat de aperitione Conclavis, adsistentibus ceteris, idque coram Marescallo et Commissario Generali Conclavis et Gubernatore Civitatis Vaticanae.

3. - *Privilegia*

CV. Clerici Camerae eo ipso sunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pontificis, horumque propterea gaudent privilegiis.

CVI. Clerici Camerae habitu praelaticio utuntur, iuxta numeros VII, VIII, IX et X.

OTII. Cum sacrum faciunt sive privatim sive solemniter, habitu tamen praelaticio induti, non tantum iis uti licet Palmatoria, sed etiam Canone et Urceo.

CVIII. Privilegio gaudent Oratorii privati, et altaris portatilis. Fideles omnes qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Kalendario romano semper et ubique uti possunt.

CIX. *Intimatio* **pro functionibus pontificiis a Praefecto caeremoniarum apostolicarum fit eorum Decano qui de ea singulos Collegas monet. Tenentur vero omnes functionibus praefatis interesse.**

CX. In functionibus pontificalibus Domini Nostri Papae, Decanus vel alius e Collegio Clericorum Camerae tradit gremiale. In benedictione *Rosae aureae* **quae dicitur, Decanus vel alius e Clericis E. C. A. eam sustentat et custodit. Similiter in nocte Natalis Domini sustentat Ensem et magnum Pileum** *(Stocco e Berrettone)* **cum a Summo Pontifice his insignibus benedictio datur. Assistunt vero sollemni benedictioni** *Agnorum Dei* **et intersunt quoque binae promulgationi universalis iubilaei.**

CXI. In Cappellis Pontificiis eum tenent locum qui describitur in *Libro Sacrorum Rituum S. R. JE.* **atque in Bullis Pontificiis. Sedent vero in infimo gradu Solii.**

OXII. Clerici Camerae ab Ordinariorum iurisdictione eximuntur, dum in Urbe domicilium habent, et Litteras quaslibet Apostolicas gratuito accipiunt.

CXIII. Numisma accipiunt quod distribui solet in festo SS. Petri et Pauli.

CXrV. **In sessionibds et congregationibus Reverendae Camerae Apostolicae Collegium Clericorum Camerae sedet ad dexteram Eminentissimi Cardinalis Camerarii, Praelati vero Camerales ad sinistram eiusdem.**

CX V. Collegium Clericorum Rev. Camerae Apostolicae, quoad ius praecedentiae, sequitur Collegium Auditorum Sacrae Romanae Rotae, sed anteit Collegium Votantium Signaturae Apostolicae.

CXVI. Si Clerici R. C. A. declarati fuerint *emeriti,* **munera quidem aliorum Clericorum Camerae non praestant amplius, privilegiis vero eorundem frui perseverant, salvo praescripto numeri V.**

CXVII. Cum quis Collega vita fuerit functus, iusta eidem funebria persolvuntur ab omnibus eius Collegis.

VI

DE COLLEGIO PRAELATORUM VOTANTIUM SIGNATURAE APOSTOLICAE ET DE PRAELATIS REPERENDARIIS EIUSDEM.

DE COLLEGIO PRAELATORUM VOTANTIUM

CXVIII. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae constituunt verum propriumque Collegium: hoc autem constat novem sodalibus, e quibus septem sunt de numero, quorum antiquior, iuxta numerum V, titulo Decani honestatus reliqui duo sunt supranumerarii; qui omnes, tam de numero quam supranumerarii, inter Praelatos Referendarios eligendi sunt, nullumque habent fixum emolumentum. Officiales vero huic Collegio non adiiciuntur.

CXIX. Titulus sodalium huius Collegii est: R. P. D. Votans Signaturae Apostolicae (Italice: *Tilmo e Revmo Monsignore N. N. Prelato Votante della Segnatura Apostolica).*

1. - *Nominatio et muneris occupatio*

CXX. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae, nominantur a Summo Pontifice per Litteras Apostolicas in forma brevi; Secretaria Status eiusdem Summi Pontificis litteris praemonet de nominatione eum cuius interest, nec non Cardinalem Praefectum Signaturae, Excmum Secretarium huius Tribunalis et Decanum Collegii Praelatorum Votantium.

CXXL Acceptis litteris e Secretaria Status Summi Pontificis, cooptandus inter Praelatos Votantes audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status, Cardinalem Praefectum Signaturae Apostolicae, Excmum Secretarium huius Tribunalis, Decanum et Praelatos Collegii cui adscitus est.

CXXII. Cum Litteras Apostolicas in forma brevi accepit, novus Praelatus Votans possessionem init sui muneris coram Collegio, in Oratorio Eminentissimi Praefecti, indutus habitu ad normam nn. VIII et X et ratione quae sequitur: *a)* **Litteras Apostolicas nominationis exhibet quas, iussus ab Eminentissimo Cardinali Praefecto, legit Collega aliquis;** *b)* **Professionem fidei facit ad normam canonis I. C. 1406;** *c)* **addit iusiurandum fidelitatis ex speciali formula;** *d)* **accipit impositionem bireti praelaticii ab Eminentissimo Cardinali Praefecto edicente:** *Esto Praelatus Votans Signaturae Apostolicae; e)* **admittitur ad amplexum Collegarum; /) Decanus vel alius ex Praelatis Votantibus in scriptis redigit quae acta sunt in hac muneris occupatione scriptoque subsignant Eminentissimus Cardinalis Praefectus et Collegium Votantium;** *g)* **formula iurisiurandi a novo Votante subsignata asservatur in Archivo Collegii;** *h)* **Eminentissimus Cardinalis Praefectus novensili Praelato Votanti documentum tradit de praestito iureiurando.**

CXXI11. Post initam muneris possessionem iuxta* superiorem numerum, novus Praelatus Votans invisit quoque alios Eminentissimos Cardinales.

CXXIV. Praelati Votantes Signaturae officio cedunt cum illi renuntiant vel cum ad munus dignitatemve eliguntur quae cum priore nequeat componi.

2. - *Munera*

CXXV. Praelatorum Votantium est Consultores agere apud Sacrum Tribunal Signaturae Apostolicae Eminentissimosque Cardinales Iudices iuvare, iuxta Regulas ab hoc Sacro Tribunali servandas. Scilicet: *a)* **causas quaslibet vel quaestiones exanrinant quae proponendae sunt in Congressibus Signaturae, de iis in scriptis referunt atque disceptationibus intersunt cum suffragio** *consultivo,* **cum in quaestionibus** *iuris* **tum in quaestionibus** *facti; b)* **disceptationem oralem inter partes contendentes petere possunt, quae si ab Exmo Secretario Sacri Tribunalis concedatur, eidem interesse et partem in eadem habere possunt;** *c)* **munere funguntur Promotoris Iustitiae nec non, in causis matrimonialibus, Defensoris Vinculi;** *d)* **suffragium, rogati, ferre debent** *pro veritate* **in causis ad Plenariam Signaturam delatis, quo in casu invitantur ad adsistendum huiusmodi causis, ut de suo suffragio dent explicationem, si forte de eo interrogentur;** *e)* **cum rescriptum prodierit ut exaretur decisio, alicui ex Votantibus munus incumbit eam in scriptis referendi et subsignandi; /) cum Summus Pontifex iusserit, processiculum conficiunt in electione novorum Referendariorum qui a Votantibus iuvantur in suo munere addiscendo.**

CXXVI. Conclavis tempore ad Rotam sibi assignatam, emisso iuramento, servitium et operam praestant, habitu praelaticio induti iuxta nn. VII et IX.

3.-Privilegia

CXXVII. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae, qui sunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pontificis, haec privilegia sibi propria habent quae sequuntur: *a)* **eximuntur ab iurisdictione Ordinariorum, modo et quousque suum domicilium habeant in Urbe et eximuntur a taxis solvendis pro Litteris Apostolicis quae in eorum favorem expediuntur;** *b)* **In Cappellis Papalibus cumque sacras functiones ipse Summus Pontifex agit, munere Acolythorum funguntur, idque etiam in aula Paramentorum;** *e)* **vestes praelaticias adhibent iuxta nn. VII, VIII, IX, X;** *d)* **gaudent privilegio altaris portatilis et Oratorii privati; quicumque vero ipsorum Missae assistant praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt;** *e)* **Kalendario romano semper èt ubique uti possunt.**

CXXVIII. *Intimationem* **accipiunt ab ipso Praefecto Caeremoniarum Pontificis pro Consistoriis et Cappellis Papalibus, quibus omnes interesse debent et eum locum tenent qui describitur in** *Libro Sacrorum Eituum S. B. B.* **atque in Bullis Pontificiis, scilicet, post Clericos Camerae. Decani Praelatorum Votantium est Referendariis intimationem facere pro hastis baldachini ferendis sub quo Summus Pontifex incedit.**

CXXIX. Numisma accipiunt quod distribui solet in festo Ss. Petri et Pauli.

CXXX. Ex Praelatis Votantibus qui *emeriti* **declarati fuerint, iisdem fruuntur privilegiis ac Votantes ordinarii, cum ea tantum limitatione quae numero V describitur.**

CXXXI. Excmus Secretarius Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae gaudet facultatibus et privilegiis numero XXI descriptis. Idem vero Secretarius titulo *Excellentiae Reverendissimae* **iam insignitur.**

CXXXII. Cum quis Collega vita functus fuerit, Collegae ceteri eius exsequiis intersunt.

DE PRAELATIS REFERENDARIUS SIGNATURAE APOSTOLICAE

CXXXIIL Praelati Referendarii verum et proprium Collegium non constituunt; hi tanquam consultores et numero indeterminato operam suam praestant in Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae, iuxta proprias normas.

CXXXIV. Decanus Praelatorum Votantium accipit et defert Praelatis Referendariis iussiones circa functiones papales vel alios quosdam actus.

CXXXV. Titulus Praelatorum Referendariorum est: R. P D. Referendarius Signaturae Apostolicae (Italice: *Illmo e Revmo Monsignore, Monsignor N. N., Prelato Referendario della Segnatura Apostolica).*

1. - *Nominatio et muneris occupatio*

CXXXVI. Salva dispositione numeri XXXIV huius Constitutionis de Protonotariis Apostolicis de numero Participantium qui sint Doctores in utroque iure, alii Praelati Referendarii Signaturae Apostolicae nominantur per Litteras Apostolicas in forma brevi, quae nominatio, litteris Secretariae Status Summi Pontificis, statim nuntiatur ei cuius interest, Eminentissimo Cardinali Praefecto et Excmo Secretario Supremi Tribunalis nec non Decano Praelatorum Votantium.

CXXXVII. Acceptis litteris Secretariae Status, cooptandus inter Praelatos Referendarios audientiam petit Summi Pontificis, invisitque Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status, nec non Eminentissimum Cardinalem Praefectum Sacri Tribunalis, Excmum Secretarium Signaturae Apostolicae, Decanum et alios Praelatos Votantes.

CXXXVIII. Habitis Litteris Apostolicis, novus Praelatus Referendarius possessionem accipit ab Eminentissimo Cardinali Praefecto Signaturae Apostolicae, in huius Oratorio, coram Excmo Secretario eiusdem Signaturae Apostolicae, Decano et Praelatis Votantibus, indutus rocchetto et mantelletto, ratione quae sequitur: *a)* **Apostolicas Litteras nominationis exhibet quas, Praelatus aliquis ex Votantibus, iussus ab Eminentissimo Cardinali Praefecto, legit;** *b)* **professionem fidei facit ad normam canonis I. C. 1406; <?) addit iusiurandum fidelitatis secundum praescriptam formulam;** *d)* **accipit impositionem bireti praelaticii ab Eminentissimo Cardinali Praefecto edicente:** *Esto Praelatus Referendarius Signaturae' ^Apostolicae ; e)* **admittitur ad amplexum Praelatorum adstantium; /) Decanus vel alius ex; Praelatis Votantibus in acta refert muneris occupationem, scriptoque subscribit Eminentissimus Cardinalis Praefectus cum Praelatis adstantibus;** *g)* **formula iurisiurandi a novo Referendario subsignata asservatur in Archivo Signaturae Apostolicae.**

OXXXIX. Post initam muneris possessionem iuxta superiorem numerum, novus Praelatus Referendarius invisit quoque ceteros Eminentissimos Cardinales.

C2ÊL. Munus Referendariorum inter dignitates ecclesiasticas computatur et perseverare simul potest cum alia quavis dignitate ecclesiastica,, Cardinalatu excepto.

2. - *Munera*

OXLI. Munera Praelatorum Eeferendariorum describuntur in *Appendice ad Regulas servandas in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.*

Ad eos spectat praesertim: *a)* **referre de petitionibus quae fiunt ad obtinendam causae commissionem apud Sacram Rotam in prima instantia vel de aliis petitionibus quas Summus Pontifex Signaturae Apostolicae examinandas commiserit;** *b)* **cum Referendarius aliquis ab Excmo Secretario Sacri Tribunalis huiusmodi munus susceperit, interesse debet Congressui secum ferens relationem de qua supra, scripto exaratam. In discussione vero partem habere potest et ius habet suffragii consultivi circa quaestiones dumtaxat quae respiciant** *factum* **de quo retulit;** *c)* **in qualibet ex causis quae proponi debeant Plenariae Signaturae, Praelatus aliquis Referendarius, quem Excmus Secretarius Sacri Tribunalis elegerit, referré debet** *ex officio* **de causa ipsa, iuxta regulas, et idem ad congressum admittitur ut respondere possit, si interrogatus fuerit, circa suam relationem.**

3. - *Privilegia*

CXLII. Referendarii dignitas secum fert dignitates et privilegia Praelati Domestici et Familiaris Summi Pontificis.

CXLIII. Habitum gestant Praelati Domestici, iuxta nn. VII et IX.

CXLIV. Eximuntur ab Ordinariorum iurisdictione cum domicilium habent in Urbe, nec non a taxis solvendis pro litteris apostolicis quae, post acceptam Referendarii nominationem, in eorum favorem expediuntur.

CXLV. Gaudent privilegio Oratorii privati et altaris portatilis; fideles autem omnes qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Uti possunt semper et ubique Kalendario Romano.

CXLVI. In functionibus papalibus hastas ferunt baldachini sub quo Summus Pontifex incedit.

Haec quidem constituimus, edicimus, decernentes praesentes hasce Litteras Nostras, firmas, validas et efficaces semper esse ac fore, suosque plenos et integros effectus sortiri atque obtinere, et illis ad quos spectant aut pro tempore quolibet spectabunt, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque tenendum esse ac iudicandum, atque irritum fore et inane si secus super his a quolibet attentari contigerit. Non obstantibus, quatenus

opus sit cann. 4, 10, 70 ss., .102 § 2 Codicis I. C, privilegiis hucusque qualibet forma et quovis modo Collegiis concessis, quae, si et quatenus hac Constitutione non continentur, ut a limine diximus, plene revocamus, aliisque constitutionibus et ordinationibus et rescriptis Apostolicis, viva quoque voce datis aut propria manu signatis, vel qualibet firmitate alia roboratis et clausula quacumque vallatis, statutis, consuetudinibusque, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam specialissima et individua mentione dignis, iis non exceptis, quibus forsan cavetur ne data privilegia ulla derogatoria clausula cessent.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die quintadecima mensis Augusti, in festo Assumptionis B. M. V., Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. THOMAS PIUS O. P. Card. BOGGÍAN1
Cancellarius S. B. E.

IANUARIUS Card. **GBAN1TO** PIGNATELLI DT BELMONTE
S. C. Caeremonialis Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA
die vigesima octava mensis Augusti,
anno tertiodecimo
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Aloisius Trussardi ***scripsit.***

Beg. in Cane. Apost., vol. LI, N. 13. - A. **Trussardi, a tabulario.**

ACTA **88.** CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

i

DECRETUM

DE ABBATE S. HIERONYMI IN URBE

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, rei opportunitate diligenter perpensa, ut peculiarem ostenderet benevolentiam Apostolicae Sedis erga abbatiam S. Hieronymi, auctoritate et munificentia Sua nuper in Urbe erectam, quae non modo huic Sanctae Sedi immediate subiecta est, sed etiam singulari prorsus vinculo ei devincitur, cum, praeter Vulgatam emendandam, alia quoque studia peragere semper praesto esse debeat, ad nutum ipsius Summi Pontificis, decrevit, ut Abbati dictae abbatiae S. Hieronymi privilegium concedatur in Cappellis Papalibus sedendi post Abbates Generales.

Quapropter, vi praesentis Sacrae Congregationis Caeremonialis decreti, statuit ut Abbas qui monasterio S. Hieronymi pro tempore praeest, isque solus, Cappellis Papalibus adsistere valeat, iuxta normas et consuetudines quae pro huiusmodi consessibus servari solent.

Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 27 Maii, in festo Ssmae Trinitatis, anno 1934.

£8 I.. Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE,
Episc. Ostiensis et Albanensis, *Praefectus.*

I t . **£ß S.**

B. Nardone, *Secretarius.*

II

DECRETUM

DE PRAECEDENTIA INTER FORERTUM MAIOREM ET DUCEM SUPREMUM NOBI- / LIUM CUSTODUM PONTIFICIS.

Haec Sacra Congregatio Caeremonialis, a Romanis Pontificibus ad id potissimum constituta ut competens esset officium cum ad statuendas et moderandas caeremonias, quae in Sacello Aulaque Pontificali servari debent, tum ad cognoscendas ac dirimendas quaestiones de praecedentia in eadem Pontificali Aula forte obortas:

attente atque accurate perpensa quaestione sibi proposita de praecedentia inter duos e primis Aulae pontificiae dignitariis, Forerium nempe Maiorem et Ducem supremum Nobilium Custodum Pontificis;

agnoscens noe veluti fundamentum inconcussum in Aula Pontificali haberi, quod nempe haec, pro peculiari sua natura atque indole, primum locum, ceteris paribus, assignare solet ecclesiasticis, deinde laicis in duas classes distributis, civilem et militarem, quae classes hunc ipsum ordinem servant inter se, ita ut civilis militarem praecedat;

ob oculos praeterea habens Ducem supremum Nobilium Custodum Pontificis, cum inter Nobiles Familiares Pontificis adlectus fuerit, aequiparatum fuisse Cubicnlariis intimis ab ense et lacerna participantibus, quorum, in ordine nòbili ac civili Cubiculi secreti, Forerius Maior est primus inter pares collegas suos, quales agnoscuntur alii duo dignitarii maiores, Praefectus Stabuli et Praefectus Tabellariorum;

recolens quoque decretum ab ipsa Sacra Congregatione Caeremoniali die 29 Aprilis 1886 latum, quo praecedentiae ius prae supremo Duce Nobilium Custodum Pontificis agnoscebatur Magistro Sacri Hospitii Apostolici, utpote Cubiculario intimo ab ense et lacerna participant! ac membro civili Nobilis Aulae Pontificiae;

item inspectis Litteris Apostolicis in forma Brevis die 29 Maii 1916 a Benedicto Pp. XV datis, quibus Magistro Sacri Hospitii titulus Magni Magistri conferebatur, ita ut' hic deinceps inter Nobiles Cubicularios secretos iam non sit adnumerandus;

in conventu plenario die 23 Iunii 1934 in Aedibus Vaticanis habito, Eminentissimi ac Beverendissimi Patres Cardinales, unanimi consensu agnoverunt atque edixerunt etiam nunc plene vigere decretum ab eadem hac Sacra Congregatione die 27 Aprilis 1865 latum, quod ceterum, ad

banc quaestionem quod attinet, nihil novi statuit, sed tantum ius antiquum confirmavit.

Ideoque Eminentissimi Patres agnoscendum esse censuerunt Eorerio Maiori SS. PP. AA. (et consequenter, iuxta praedicta, etiam Praefecto Stabuli et Praefecto Tabellariorum) ius praecedentiae prae supremo Duce Nobilium Custodum Pontificis.

Sanctissimus autem Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, in audientia Eminentissimo Cardinali Praefecto una simul cum infrascripto Secretario, die 24 Iulii huius anni concessa, plena totius negotii relatione attente excepta, Eminentissimorum Patrum sententiam approbare atque confirmare dignatus est et praesens Decretum, quod ab hac ipsa die plenum vigorem obtinet, rite vulgari iussit.

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, e sede Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 24 Iulii 1934.

£8 I. Card, GRAFITO PIGNATELLI DI BELMONTE
Episc. Ostiensis et Albanensis, *Praefectus.*

L. **& S.**

B. Nardone, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

QUAEDAM SANCTAE CRUCIS INVOCATIO ATQUE SEQUENTIA ((STABAT MATER » INDULGENTIIS AUGENTUR.

DECRETUM

Appropinquante festo Exaltationis S. Crucis, cuius undevicies saeculare mysterium, prius fuit singulari pietate tantisque solemnibus caeremoniis durante Anno Sacro in Alma Urbe commemoratum, atque maximo spiritus fervore in universo catholico Orbe adhuc celebrandum manet, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, magna sollicitudine affectus ut omnes sui filii, anno iubilari perdurante salutares Redemptionis fructus copiosius sint percepturi, postquam in Anni Sancti decursu indulgentiis ditavit non modo precatiunculam, gratos ob beneficium Redemptionis animi sensus exprimentem (Adoramus Te, Christe...[1]), sed etiam aliam, dulce Lignum Crucis salutantem (O Crux, ave, spes unica[2]), benigne disposuit, ut ex eodem thesauro, unde huiusmodi spirituales favores permanant, aquam salutarem hauriant fideles, qui tam saepe ad infinitam Crucis potentiam confugiunt, ut tot inimicorum impetus et insidias superare valeant, iaculatoriam scilicet precem recitando: « Per signum Crucis, de inimicis nostris libera nos, Deus noster ».

Quapropter in audientia die 6 **Iulii vertentis anni infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, idem Summus Pontifex decrevit** *partialem trium annorum indulgentiam* **acquiri posse, quoties fideles devote et saltem animo contrito praefatam precatiunculam recitaverint, atque** *plenariam indulgentiam* **suetis conditionibus, semel in mense, si singulis diebus, durante mense, eamdem recitationem peregerint.**

[1] ***Acta Áp. Sedis,* vol. XXVI, pag. 108.**

[2] ***Ibidem,* pag. 244.**

Quemadmodum vero Crucis memoria separari nequitJab meffabilium dolorum recordatione, qui dulcissimum Beatae Virginis Cor iuxta Crucem transfixerunt, ita idem Supremus Pontifex iubet ut hoc anno, in toto terrarum Orbe specialiter designato ad commemorandam generis humani Bedemptionem, peculiares amplioresque spirituales favores singulis fidelibus concedantur, qui singulari ea, qua decet, pietate gratique animi sensibus, suae amantissimae Matris gemitus recolant, recitando valde simplices et amore plenas invocationes, quae continentur in sequentia « Stabat Mater dolorosa », prout sacra Liturgia easdem fidelibus proponit, non tantum ut eius doloribus compatiantur, sed praecipue etiam ut ad deflenda propria peccata, veram equidem ineffabilium paenarum causam, impellantur.

Itaque in supra dicta audientia Sanctitas Sua non modo partialem indulgentiam, praefatae sequentiae iam adnexam, augere dignata est ad *septem annos* quoties devote recitetur, verum etiam decrevit ut *partialis indulgentia quingentarum* dierum concedatur recitationi unicae strophae eiusdem sequentiae « Sancta Mater, istud agas... », quam simpliciores quoque fideles apprime sciunt quamque saepius, in iubilaribus visitationibus tam elapsi quam praesentis anni, coram imagine Virginis recitarunt vel recitaturi sunt; *plenaria* autem, semel in mense, suetis conditionibus non modo integrae sequentiae, verum etiam huic simplici strophae, si singulis diebus, durante mense, alterutra ad arbitrium recitatio peragatur ad recolendam [talium [dolorum memoriam ea pietate, quae in animo revera contrito nunquam deesse potest.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus S. Paenitentiariae, die 1 Augusti 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

II

INDULGENTIIS AUGETUR « DIES PRO MISSIONIBUS »

DECRETUM

Indeficiens semperque maius Missionum incrementum inter infideles Summo Pontifici Pio XI maxime cordi est, qui vehementer exoptat, ut per universum terrarum orbem Christi regnum provehatur, ac praesertim

apud dissitas et inaccessas regiones illas, ad quas evangelica lux nondum pervenit.

Idcirco Ipse, de animarum salute valde sollicitus, usque ab anno 1926, per decretum S. Eituum Congregationis, die 14 Aprilis editum,[1] omnibus et singulis christifidelibus peculiarem diem, qui quidem *Dies pro Missionibus* **appellaretur, indicare voluit in paene ultima Dominica mensis Octobris quotannis et perpetuo celebrandum.**

Huiusmodi festum eo spectavit, ut laudabile inceptum illud increbresceret, quod *Propagandam Missionariam* **vocant, scilicet quo melius ac facilius, per opportunas instructiones, dignosceretur Opus Propagationis Fidei, simulque cum materialis ac necessarius obolus colligeretur tum pretiosior orationis fructus percipi posset. Idem Summus Pontifex singulis fidelibus, eo die ad sacram Mensam accedentibus et pro conversione infidelium exorantibus, plenariam indulgentiam concedere dignabatur.**

Quum autem non omnibus facile sit, eodem die indicato, Pane Eucharistico recreari, idem Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, volens aliquo modo cunctis favere, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 20 Iulii vertentis anni concessa, benigne indulsit, ut ii omnes, qui saltem corde contrito ac devote interfuerint alicui e sacris functionibus, eo die celebrari consuetis, et pro infidelium conversione oraverint, *partialem septem annorum indulgentiam* **lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae, die 30 Augusti 1934.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior,*

L. $ S.

I. Teodori, *Secretarius.*

[1] ***Acta Ap. Sedis,*** **vol. XIX, pag. 23.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 12 Giugno 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Re vini Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Federico Albert, Vicario Foraneo e Parrocchiale.

2. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Amelia Fristel, fondatrice della Congregazione delle Suore dei Sacri Cuori di Gesù e Maria.

3. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Giuseppe Cafasso, sacerdote secolare, Rettore del Collegio ecclesiastico di Torino.

4. Sopra al non culto del Servo di Dio Gennaro di Rosa, sacerdote e penitenziere maggiore della Metropolitana di Napoli.

Martedì, 26 Giugno 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, nella quale dagli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali e dai Prelati Officiali e Consultori teologi ad essa appartenenti, è stato discusso sulle virtù esercitate in grado eroico dal Venerabile Servo di Dio Domenico Lentini, sacerdote della diocesi di Policastro.

Martedì, 10 Luglio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Eoli e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Galileo Nicolini, Novizio della Congregazione della Santissima Croce e Passione di N. S. G. C.

2. Introduzione della Causa del Servo di Dio Fr. Esuperiano, religioso professo dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

3. Intorno alla validità dei processi apostolici ed ordinarii della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, prima Superiora dell'Istituto delle Figlie di Maria Auxiliatrice.

4. intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Federico Albert, Vicario parrocchiale e Foraneo di Lanzo Torinese e Fondatore delle Suore di S. Vincenzo dell'Immacolata Concezione.

5. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Celina della Presentazione, religiosa professa del Secondo Ordine di S. Francesco.

6. Intorno al eulto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Teresa De Soubiran Lalouvière, Fondatrice dell'Istituto di Maria Ausiliatrice.

An. et yol. XXVI 1 Octobris 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATAE MICHAELAE AB AUGUSTO SACRAMENTO, FUNDATRICI SORORUM ANCILLARUM SS. SACRAMENTI ET A CARITATE, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nihil maius aut pulchrius humanae mentis oculis quam frequens in catholica Ecclesia eorum spectaculum, qui, mundi spretis illecebris ac divitiis, sponte constanterque abnegant semetipsos, et Dei Filium Redemptorem, qui *transiit benefaciendo et sanando omnes,* animose sequuntur. Hoc profecto ignis ille operatur, quem Iesus *venit mittere in terram* et nihil vult aliud *nisi ut accendatur.* Hoc quippe quod Ille mandaverat, Apostoli, ab Ipsomet electi et viva voce advocati, impense perfecerunt; hoc idem per saeculorum decursum omnes operantur Sancti, qui intimam Eius vocem *in corde bono et optimo audientes, verbum retinent et fructum afferunt in patientia.* Hoc idem, anteacto saeculo, operata est clarissima illa femina, novum Hispaniae gentis decus et gloria, Maria Michaela ab Augusto Sacramento, quam hodie Nos ad Superum honores provehendo, universis nostrae aetatis christifidelibus, ac mulieribus potissimum, tum in saeculo tum in elaustralibus septis vitam agentibus, in exemplum ad imitandum proponere gavisi sumus.

Matriti nata est illa anno a reparata humana salute millesimo octingentesimo nono, kalendis Ianuariis, parentibus et genere et virtute praeclaris, Michaele Florez Desmaisiéres et Bernarda Lopez de Dicastillo Olmeda;

a quibus piissime instituta, mirum iam in tenera aetate futurae sanctitatis specimen dedit. Tredecim annos agens desideratissimo orbata est genitore. Alacre ingemum, quod a natura sortita est, studio et virtute excoluit. Usque a primis annis indolis suavitate, morum candore, animi pietate et caritate praecipue erga pauperes enituit, quos inter non paucas diei horas transigere delectabatur. Saepe, vestibus propria manu elaboratis, nudos operiens, ipsos suae mensae cibis quoque alebat, nec raro, non modo inopes domi excipere, sed eorum quoque tuguria stipem porrigens adire solebat. Adhuc puella ad Eucharisticam dapem saepe saepius accessit, et adolescentior facta sacram synaxim quotidie maximo cum fervore assumere coepit; quod tunc novum ac omnino singulare videbatur.

Cum ipsa generis nobilitate, divitiarum que quibus affluebat copia,, honores ac dignitates facile desiderare et obtinere potuisset, caduca vitae bona voluptatesque contemnens, divinam tantum vocationem prosequuta est, ut Deo soli vacaret atque aeternae proximorum saluti incumberet proindeque caelestem possideret thesaurum, *quo fur non appropriât neque tinca corrumpit.* **A vanitate namque abhorrebat, et summam habitu atque incessu a iuventute modestiam ostendit. Eius domus quasi caritatis templum evaserat, in quo coaequales pauperes, christianam catechesim ac muliebres artes diligenter edocebat; ut sacrosancto Missae sacrificio illae festivis diebus in domestico oratorio interessent curabat, et ad Angelorum Panem primum recipiendum eas omni studio praeparabat; edoctas vero et instructas apud bene moratas familias in famulatum collocabat. — Anno millesimo octingentesimo tricesimo quarto, cholerica lue in Hispania grassante, ut ipsa nobis testatur, nullum praetermisit diem, quin mortifero morbo correptus inviseret eosque de Deo ac de B. Virgine Maria loquens ad bene monendum pararet.**

Tot inter caritatis et pietatis opera ad tricesimum usque et secundum aetatis suae annum pervenit, salubribus semper matris suae pientissimae monitis et consiliis obsequens; quando haec, gravi correpta morbo, mortalis sui cursus proximum sentiens finem, filiam dilectissimam sacerdoti doctrina et virtute praecellenti, cui nomen Eduardus Rodríguez Carosa,, inditae tum in Hispania suppressae Societatis Iesu sodali, enixe commendavit; ac paulo post, die nempe mensis Octobris octava, anno millesimo» octingentesimo quadragesimo primo, placidissime, obdormivit in Domino- Eodem die Michaela, quam maxime affecta dolore, ante Beatissimae Mariae. Virginis Perdolentis imaginem provoluta, alteram hanc sibi caelestem elegit matrem, cui se totam credidit. — Rie vero Pater Carasa, qui quoad vixit maximus eius consiliarius et spiritus moderator prudentissimus fuit,, aliam illi pietate et virtutibus praeclaram matronam dedit sociam, Ignatiam Rico de Gande; qua duce et magistra, Michaela perfectiorem vitam

aggressa, virginitatis votum emisit, et splendidas sibi oblatas nuptias renuit, ut divino tantum Sponso adhaerere posset.

Graviter interea ex stomacho laborare coepit; quare, medici a curatione sententiam sequuta, caelum mutavit et Lutetiam Parisiorum apud Didacum fratrem se contulit, qui tumjn hispanica apud Francorum Regem legatione munus obibat; quin tamen nova caeli temperies, neque adhibita medicamina ullum prorsus sanatione remedium suppeditaret; quam contra aliquot post annos ab omnipotenti Deo Bruxellis mirum in modum - obtinuit. Uno igitur fere anno Lutetiae commorata, libenti animo Matritum rediit. — Ibi suam domum in scholam, asylum, hospitale fere convertit; atque maiore qua potuit alacritate, incepta pietatis et caritatis opera prosecuta est, divitiis, quas paterna hereditate susceperat, tantummodo in egenis aegrotisque sublevandis largiter usa. Item binas instituit matronarum societates, quae et pauperum casulas percurrentes subsidia ac solatia cuique dolenti afîerrent, et moniales quoque feminas, quae tum temporum nequitia, Ecclesiae bonis fisco addictis, in maxima rerum angustia versabantur, efficaciter adiuvarent; quem ad finem Michaela ipsa, templorum foribus adstans, stipem emendicare non erubuit.

Tunc vero temporis, S. Ioannis a Deo nosocomium, una cum socia quam supra memoravimus Ignatia Rico de Gande invisens, quum cognovisset quae miserrima gens in illo reciperetur et quod morborum genus ibidem curaretur, maxima animi aegritudine affecta ac perturbata, exempla quoque Christi Domini mente volvens, qui uno divinae suae miserationis verbo perditis feminis aeternam restituerat salutem, serio cogitare coepit utrumnam animae,1tot tantisque vitiis ac peccatis vastatae, in vitae morumque honestatem restitui possent. Cumque ei feliciter obtigisset cuiusdam argentarii filiam, quae corporis animique vires vitio consumpserat, mentis corporisque integritati ipsius sollicitudine et cura restitutam, parentibus reddere potuisse, suum erga mulieres in nosocomio illo degentes zelum magis augere conata est; eas religione erudire, domesticis instruere opificiis, curis et sollicitudinibus cumulare magis ac magis sategit. Sed, cum illas, nuper e vitiorum coeno ereptas, Deoque et societati restitutam, haud facile apud bonas familias collocare posse perspiceret, ac proinde praecavendum ne ipsae in peccatum iterum dilaberentur, divino spiritu arriata, novum condendum hospitium meditata est, ubi hae mulieres a saeculi vitiis arcerentur ac religione bonisque moribus instituerentur. Anno igitur millesimo octingentesimo quadragesimo quinto Matriti, in domo a Congregatione *Cnisada* conducta, primum huiusmodi Collegium constituit, quod B. Mariae Virgini Perdolenti dicatum voluit, ibique septem ex perditissimis, quae in S. Ioannis de Deo hospitali degebant, puellas eongregavit; quibus una cum sex aliis sibi adscitis matronis ipsa

Michaela tenerrimae matris ad instar advigilabat. Tanti operis initia omnis generis difficultates gravarunt: sive ab hominum nequam calumniis exortae; sive ab ipsis sociis, quae post aliquod tempus fere omnes bonum opus reliquerunt; sive ob annonae et pecuniae defectum, sive praesertim ob longam aliquando fundatricis absentiam, cum non semel collegium coacta sit deserere ut ad dilectissimum fratrem Bidacum, hispanica tum apud Francorum Regem legatione fungentem, conveniret, qui sollicitas sororis curas enixe expostulasset.

Etenim Lutetiae Parisiorum iterum per aliquot annos, brevibus temporis intervallis interpellatus, commorari debuit; quo quidem tempore Didacus frater, qui optima sororis utebatur opera, grati animi ergo et gratum ei volens facere, gentilicium titulum, in quem post alterius sororis Emmanuelae obitum ius ipse habebat, Vicecomitissae nempe de Jorbalan, illi in perpetuum concessit. — Illic vero innumera reliquit caritatis, patientiae aliarumque virtutum documenta. Praecipue vero eius in Sanctissimam Eucharistiam amor praefulsit; quo ardentissime flagrans, mulierum, genere pietateque praestantium, sodalitium instituit, quae Augustissimo Sacramento diu noctuque adorando perpetuam darent operam. Quam maxime quoque eius animi fortitudo resplenduit, teterrima annis illis gliscente Parisiis seditione; cum illa, nullum vel capitis periculum timens, Dei templum quotidie adire non dubitaverit, ita ut ipsi seditiosi homines strenuam mulierem admiraren tur, eique intersaepta itinera faciliora redderent.

In aliis quoque civitatibus, ac Bruxellis praecipue, quo ipse frater, apud Belgarum regem legatione fungens, domicilium transtulit, sua quae tam sibi cordi erant opera ubique constituere studuit, atque novam etiam matronarum sodalitatem, quae pauperibus ecclesiis sacram supellectilem suppeditaret. — Ut fratriae insuper gravi morbo laboranti solamen afferret, longas medicorum consilio peregrinationes cum ea suscepit, ubique iugiter fidei et misericordiae praeclara relinquens exempla.

Sed putandum minime est Dei Famulam novis hisce curis absorptam dilectissimi collegii a se conditi operam neglexisse; quin immo omne in illud studium, absens quoque, conferebat, ac de eius sorte iugiter timens, continuum cum sociis habebat litterarum commercium, quibus notitias exquirebat accipiebatque, assidue praebens hortamina, monita, consilia. De quibus haud contenta, ut, in patriam reversa puellarum educationi melius incumbere posset, muliebres ipsamet artes diseere voluit. Cum vero hospitii res male vertere accepisset, quam primum potuit, Matritum rediit ac totam ad illud restituendum se dicavit. Ab omnibus itaque sociis, Ignatia, praecipua eius consiliaria et amica carissima, excepta, quae tamen paulo post ad Deum evolavit, sola in tam salutari opere relicta,

caelesti auxilio implorato, collegii disciplinae onus sibi imposuit, eique suis sumptibus providit. Alia conducta domo suae propiore, quae quadraginta alumnis et decem magistris apta erat, die prima Maii mensis, anno millesimo octingentesimo quadragesimo nono, oratorium in collegio instituit, ubi alumnae, quin domo exirent, sacrum audire, sanctissimam Eucharistiam sumere aliisque pietatis operibus facilius incumbere possent. Quo melius vero, hospitii regimini consuleret, illud cuidam monialium congregationi, e Gallica natione, qua nullam regendae iuventuti aptiorem aestimabat, commisit. At spem fefellit eventus. Nam, veluti saepe saepius in humanis rebus accidit ut vel sanctissimae rerum hominum ingenio et opera corrumpantur, moniales illae invide in Michaëlam agere coeperunt et alumnarum animos obtrectationibus inflando et malignum de eius arrogantia rumorem spargendo; et eo audaciae pervenerunt, ut e collegio expellerent fundatricem, quae, Nuntii Apostolici consilium sequuta, tit sua iura vindicaret, civilem magistratum adire debuit, cuius ope moniales illae amotae sunt. In quo quidem periculo Famulae Dei mira prudentia, virilis constantia et invicta patientia maxime enituit. Amotis itaque monialibus, quarum causa tot ac tam acerba sustinere debuit, ex rerum necessitate summum instituti regimen, quod hucusque pro sua humilitate sumere noluerat, prudentium virorum et in primis sui spiritus moderatoris consilium amplexa, Divinae voluntati, qua ad inceptum opus impelli sentiebat, acquiescens, totum suis imposuit humeris. Quam vero iamdiu animo conceperat, novam Sororum familiam instituere, quae tam pio ac salutari operi perficiendo, augendo et ad alias quoque plagas propagando, post suum potissimum obitum, toto pectore incumberent, serio cogitavit. Continuo se rebus ipsa omnibus abdicat; humiles induit pannos; caput calantica operit; Ostensorii figuram pectori imponit atque effusam Dei proximique caritatem sociam sibi et comitem per totam vitam fore constituit; primas instituendae Congregationis sodales eligit, quas ad religiosum statum illico efformare coepit. — Novi autem huius Sodalitii, cui *Congregationis Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis* **nomen inditum voluit, usque ab initiis finis fuit monialium sanctificatio per Altaris Sacramenti perpetuam adorationem, ad Dei gloriam et ad animarum salutem, praesertim perditarum iuvenum ad bonum conversione et periclitantium tutela. — Brevi Instituto huic summa honoris accessio facta est. Bex ipse et Begina, quamvis multa accepissent contra Collegii famam in vulgus elata, non ea crediderunt temere, nec suam unquam ob incertas improborum voces mutarunt mentem. Quin immo ut Instituti simul et Collegii famam sarcirent, omnemque in posterum obloquio ad se aditum intercluderent, Miehaëlam saepe advocare, privatim ipsorum largiri stipem, preces secum fundere, aliaque amoris in eam praebere signa voluerunt. Quare**

regius favor magistratuum quoque benevolentiam exeitaverat; ex quo factum est ut Institutum, regiis assertis iuribus, publica etiam auctoritate recognitum sit. In enascentis Congregationis antistitam generalem electa fuit, Archiepiscopi Toletani voluntati tantum concedens, cum pro sua humilitate onus hoc et honorem frustra a se arcere studuisset. — Die autem Epiphaniae Domini sacro, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo nono simplicia vota una cum sex sodalibus nuncupavit, quae anno postero, die quintadecima Iunii mensis, Sacratissimo Cordis Iesu recurrente festo, solemniter iteravit. — Eodem anno, agnita Dei voluntate, perpetuam Eucharistiae adorationem in Congregatione instaurabat; illa vero, pro ardentissimo quo flagrabat in Eucharistiam amore, retinere voluit Sororis a Sanctissimo Sacramento nomen, quod decem fere ante annos iam sumpserat, cum in sodalitatem a christiana catechesi nuncupatam adscripta fuit. — Novi autem huius Sodalitii constitutiones, quas ipsamet Famula Dei, sui confessam Patris Carasa hortatu iussuque, ac non sine aliquo divino afflatu, exaravit, easque a prudentissimis viris, et praecipue a Dei Famulo Antonio! Maria Claret, quem nuper Nos apostolicis Litteris, die vicesima quinta superioris mensis datis, Beatum renuncia vimus, rite antea perpensas, Toletanus Praesul ad experimentum probavit, easque dein, anno scilicet millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, in perpetuum Apostolica Sedes confirmavit. Eius expletis votis, minime putandum est Michaelae omnia prospere feliciterque progredi; immo vero, ut opus suum perficeret, incredibile dictu est quot et quam graves perpessa sit difficultates, quot calumnias, irrisiones, iniurias,, aerumnas, labores forti crucem suam suscipiens animo, usque ad vitae exitum *in caritate Dei et patientia Christi* **constantissime pertulerit. — Quae afflictiones et angustiae vividiori Dei Famulae virtutum splendori fuerunt: miram illius prudentiam, summam constantiam et patientiam magis illustraverunt; divinum quo ipsa fruebatur favoremfmagis perspicuum effecerunt. Ita lacrimis ex intimo corde expressis sui tantum in christianam civilemque rempublicam benefici Instituti humum fecundabat, cui bonum commiserat semen, quod in virentes ramos germinaverat. Brevi namque tam altas defixasque radices Congregatio egit, ut, Matriti fines transgressa et in Hispaniae provincias diffusa, ad decem et ultra enumerarentur domus a Michaela conditae, cum in suae esset limine vitae; ad sexeentas vero erant alumnae, vel e vitiorum coeno abstractae vel a ^crimine ereptae; quarum plurimae religiosa instituta professae, ad virtutis fastigium acri corporis maceratione perrexerunt, plurimae ad bonam frugem reductae, ad domesticas curas restitutae, ad christianos sensus et mores conformatae. De qua a Dei Famula exculti agri amplitudine et perceptae messis copia Apostolica Sedes certior facta, privilegiis recentem Sodalita-**

tem 'cumulavit; iamque prope aderat tempus, quum amplissimorum virorum rogatu s. m. Pius Papa Nonus, Antecessor Noster, Congregationem solemni diplomate probaret, et Michaela, suis occurrentem votis Dei providentiam admirata, iter Eomam versus moliretur ut, ante Apostolorum sepulcra prostrata, grati animi sui sensus Pontifici explicaret. At laetam spem in ipso ortu snccidit casus, nec opinatus et maxime luctuosus, qui effusam Dei Famulae caritatem extremo, sed splendido tamen, specimine demonstravit.

Annus vertebat Domini millesimus octingentesimus sexagesimus quintus, Michaelae aetatis quinquagesimus sextus, quum teterrima lues, quam asiaticum morbum vocant, in Hispania saeviens, Valentiam quoque urbem et Ancillarum domum invaserit. Tanta vis erat morbi, ut toti urbi vastitatem attulerit et quam plurimi mortalium oceumberent. Ubi nuncium accepit Michaela tristissimum, Dei proximique caritate incensa, magnae animae prodiga, sese in medium discrimen coniicere non dubitavit; ac statim, Matritensi urbe relicta, ubi morabatur, Valentiam se contulit ut monialibus lue infectis suam daret operam, hilarisque discessit, se minime timere mortem ostendens. Valentiam pervenit die vicesima-secunda mensis Augusti; postridie, multis effusis precibus coram Deiparae Virginis imagine, sacram synaxim suscipere voluit; dein Archiepiscopum salutatum adivit. Altero vero die, homologesi peracta, iterum sese divinis epulis reiecit. Interea filiabus suis morbo implicitis curandis operam praestabat sollicitam, quin prorsus tranquillus illius animus turbaretur. Ex aegrotantium congressu ipsa quoque lue ita vehementer correpta est, ut duodecim post horas quam morbo implicita decubuerat, extremis refecta sacramentis, miram exhibens patientiam, pietatem et divinae voluntati conformitatem, laeta quod pro caritatis munere et suae ipsius vitae immolatione pro iis, quibus solandis, sublevandis, educandis plus quam triginta annos insumpserat, mortem sibi contigisse oppetere, suavissime ad superos evolavit. — Contagionis periculum vetuit cadaveris expositionem, eiusque solemnem ad sepulcrum delationem; vetuit idcirco publicae venerationis signa, quae absque dubio aliis in rerum adiunctis adfuissent; corpus igitur lignea capsa inclusum ad coemeterium quasi secreto delatum est ac distincto in loco humatum; unde tamen vicesimo sexto ab obitu anno ingenti populi frequentia in Instituti ecclesiam solemniter translatum est ibique in marmoreo sarcophago repositum, qui ab illa die frequentissimae meta fuit fidelium peregrinationis. Ubi Dei Famulae mortis, quae vere *pretiosa in conspectu Domini* **fuit, nuncium evulgatum est, non defuit quidem populi testificatio. De illa namque communis fuit dolor: pauperes in primis una voce sanctam amisisse plorantes lamentabantur; tota regalis familia magno affecta est dolore; publicae ephemerides eius virtutes ac**

sanctimoniam laudabant; plurimi, et ipse Abulensis Antistes, sanctam obiisse aiebant. Quae quidem sanctitatis fama, qua Michaela adhuc vivens splenduit, ipsa demortua, latissime diffusa est, signis quoque supernaturalibus haud dubiis intervenientibus. Quare anno millesimo octingentesimo undenonagesimo Valentiae canonicus de eiusdem vita, virtutibus et miraculis processus ordinarius instauratus est; anno vero millesimo nongentesimo secundo, die decima nona Augusti mensis a fel. rec. Leone Papa Tertiodecimo, Praedecessore Nostro, Causae introductionis commissio signata est. — Processus dein Apostolici ad iuris normam adornati sunt, ac de venerabilis Servae Dei virtutum heroicitate disceptatum; ac Nos ipsi undecima die mensis Iunii anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo, de Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento virtutum heroicitate illa plene constare declaravimus ac sancivimns.

De binis postea miraculis, quae, tantae Matris patrocinio implorato,, ab omnipotenti Deo patrata ferebantur, ad eius Beatificationem obtinendam disceptatum est; atque Nos, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, kalendis Maiis, anno sacro millesimo nongentesimo vicesimo quinto, solemniter decreròmus: *Constare de utroque proposito miraculo:* **de primo nempe** *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Virginiae a Iesu a lethali tuberculosi pulmonari, bilaterali, ulcerosa;* **deque altero,** *instantaneae perjectaeque sanationis sororis Angelae a Sacra Familia a lethali ulcere gastrico.* **Eodem autem anno. mensis eiusdem die nona, omnibus de iure servatis,** *tuto procedi posse* **ediximus** *ad solemnem venerabilis Servae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationem.* **Cuius quippe solemnia, innumeris Hispaniae potissimum christifidelibus adstantibus, in Patriarchali Basifica Vaticana, insequentis mensis Iunii die septima, in festo Ssmae Trinitati sacro, celebrata sunt.**

Mense vero Novembri eiusdem anni, cum nova alia Beatae Michaelae intercessione dicerentur patrata miracula, sollerti potissimum dilecti filii Carmeli Blay Postulatoris opera, Causa ad eiusdem Beatae Canonizationem obtinendam reassumpta est; ac super duabus miris sanationibus, quarum una Romae, in S. Iacobi de Chile urbe altera, evenisse ferebantur, processus apostolici instructi sunt. De alterutra breviter aliquid fas est enarrare. Maria losepha Montaguti, Bononiae nata anno millesimo nongentesimo quarto, variis usque a pueritia morbis vexata est, quorum unus, dyphteritis causa, in gutturis prius phlogosim et tumefactionem, in otitem mediam purulentam chronicam laevae auris postea progenuerat, una cum temporalis ossis carie, non sine endocranicae compilationis metu, quae atrocissimis eam divexabat doloribus. — Anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo, mense Martio in Romanum asylum Sodalium a Ss. Sacramento et a Caritate benigne excepta, multis, vanis tamen, cura-

tionibus subiecta est. — Triennio post dextera quoque auris infirmaba-tur, a qua foetidum etiam piis emanabat; sicque morbus in dies ingravescebat ut chirurgica actio medicorum quatuor iudicio in sinistra aure omnino necessaria visa sit ad osseam cariem penitus evellendam, quae atroces aegrotae afferebat cruciatus. — Cunctantibus autem medicis in chirurgico hoc opere peragendo et succrescente dolorum vi, Tosepha Maria, Collegii antistitae hortatu, triduanas preces ad Beatam Miehaëlam ter explevit terque renovavit, ut eius opem in tam gravi discrimine imploraret. Quintadecima vero die Octobris mensis, tonso iam antea ad opus chirurgicum aegrotae capite, sub vesperam, dexterae auri B. Michaelae imaginem, laevae vero eiusdem reliquiam illa applicuit; preces ad sanationem absque ulla chirurgica actione obtinendam ferventius iteravit, ac paulo post placidum somnum cepit, quod eo tenus fere nunquam poterat. — Mane insequenti expergefacta, liberam in utraque aure ab omni dolore sese sensit. Mhilominus ad operatorium cubiculum ducitur, ibique medici obstupescentes fistulam inopinato sanatam invenerunt nullaque idcirco iam chirurgica uti opera oportere decreverunt, et eadem die a nosocomio dimittunt. — Duo periti physici sanationem hanc duos fere post annos perseverare testati sunt, ac tres a S. Bituum Congregatione periti adlecti, duo a curatione medici aliique absque ulla haesitatione prodigiosam seu miraculum esse testati sunt.

Miraculum alterum in S. Iacobi de Chile urbe ita evenisse narratur. Maria ad Nives Estébanez, O veti in Hispania nata anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto, Congregationis a Beata Michaela conditae sodalis, anno aetatis suae vicesimo tertio in illam S. Iacobi urbem missa est; quo vix pervenit, gravi intestinali morbo tentari coepit. Die mensis Maii octava, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto appendicetomiae subiecta, parumper convalescere visa est, sed post fere dies viginti ita pristinus morbus in dies efferbuit, ut de eius vita medici a curatione desperarent. Sed omnibus adhibitis curis ac medicamentis in irritum cedentibus, ad Beatae Michaelae a Ssmo Sacramento patrocinium, ut sanationem impetraret, fidenti animo confugit. Maio itaque mense piacularis anni vicesimi quinti supra millesimum nongentesimum, ad hunc finem novendiales preces ab ipsa aegrota et aliquot Sororibus inceptae sunt, domi in loco vulgo *Viña del Mar,* quo, tuberculoticis quoque insidiis capta, sese transtulit. Perventissimas emissas preces non respuit Michaela; die namque septima insequentis mensis Iunii, paucis elapsis horis a solemni Mariae Michaelae Beatificatione in Vaticana Basilica peracta, extemplo sese sanatam soror sentit et e lecto surgens ad oratorium libero et firmo pede cum sodalibus descendit, ac paulo post, precibus ad Deum grato animo effusis, communibus cibis vescitur communemque vitam illico instaurat. Perfecte

vero sanatam periti physici eam edicnnt. De utraque hac sanatione quaestio instituta est tum in Antepraeparatoria, tum in Praeparatoria, tum in Generali coram Nobis Congregatione atque a dilecto filio Nostro Alexandro S. R. E. Cardinale Verde, Causae Ponente seu 'Relatore, proposito dubio: *An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beatae venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur,* omnes seu Patres Cardinales, seu Officiales Praelati seu Consultores suam ediderant sententiam. Nos vero Nostram dare distulimus et ingeminari preces ad divinum lumen implorandum adstantes hortati sumus. Die vero duodecima Novembris mensis elapsi anni, ad Nos advocatis dilectis filiis Nostris Cardinalibus Camillo Laurenti, 8. Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Verde Relatore, nec non dilectis filiis Alf onsof Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, Sacroque pie peracto, sollemniter ediximus: *Constare de duobus miraculis,* B. Maria Michaela a Ssmo Sacramento intercedente, a Deo patratis: nempe: *de instantánea perfectaque sanatione tum Mariae Montaguti ab otite media purulenta chronica laeva in aure cum temporalis ossis carie, tum Sororis Mariae ad Nives ab insanabili entherocolite ulcerosa tuberculari.*

Eadem autem servata forma, die vicesima sexta eiusdem mensis Nos ipsi *tuto procedi posse ad sollemnem eius Canonizationem decrevimus.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in tanto negotio constitutus a Decessoribus Nostris servaretur ordo, primum quidem venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales, die vicesima prima Decembris mensis superiore anno, apud Nos in Consistorium secretum convocavimus; in quo de Beatae Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento vita, virtutibus et miraculis, sicuti de aliorum quoque Beatorum Ioannis Bosco, Pompilii Mariae Pirrotti et Beatae Ludovicae de Marillac, viduae Le Gras, vita, virtutibus et miraculis per dilectum filium Nostrum Camillum Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefectum, brevi habito sermone, atque de eorumque omnium Beatorum Causis recensitis actis, ab eadem S. Rituum Congregatione admissis ac probatis, Nos singulorum Cardinahum suffragia exquisivimus atque excepimus; suamque iidem Cardinales sententiam aperuerunt: ad illorum nempe Beatorum Canonizationem deveniendum esse. Quo secreto Consistorio feliciter absoluto, habuimus in continenti Consistorium publicum pro solemni eorumdem Beatorum Causarum peroratione, atque dilectus filius Robertus Mucci, Consistorialis Aulae Nostrae Advocatus, de Beata Maria Michaela ab Augusto Sacramento brevem orationem dixit et pro illius Canonizatione de more institit; Nos vero, etsi Beatam illam et ceteros quos supra memoravimus Caelites sanctitudinis diademate decorare eosque universis christifidelibus ad intuendum et imitandum proponere magnopere exoptare dixerimus, attamen in re

sane gravissima, quae cum intemerata catholicae religionis integritate arcte coniungitur, tradita a maioribus instituta nulla ex parte praetermittenda esse ediximus, et, antequam inviolati magisterii Nostri sententiam diceremus, necesse esse semipublicum, quod vocant, haberi Consistorium, in quo tum Purpurati Patres, tum venerabiles Fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, qui adituri sint, iudicium cuiusque suum proferre possent; atque omnes admonuimus ut interea, ad uberiorem Nobis impetrandam superni luminis copiam, Sanctum Paraclitum Spiritum adprecari non désistèrent. Mandavimus igitur ut unicuique ex venerabilibus quos supradiximus fratribus Beatae Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento vitae, virtutum et miraculorum, nec non actorum in eius Causa commentaria mitterentur, ut, re cognita ac perspecta, suam quisque posset ferre sententiam Nobisque aperire; ad diem vero decimam quintam p. e. mensis Ianuarii illos omnes in Consistorium *semipublicum* coram Nobis in 'Vaticanis Aedibus convocavimus, ut de Canonizatione quoque Beatorum Ioannis Bosco, Pompilii Mariae Pirrotti et Ludovicae de Marillac ageretur. Nos autem eos omnes antea allocuti, quid de propositis causis sentirent Nobisque singillatim significare vellent ab ipsis exquisivimus. In eamdem illi sententiam de hisce Canonizationibus quamprimum celebrandis unanimiter convenerunt; Nos vero haud mediocri laetitia affecti sumus, eo vel magis quod Nobis liceret totius catholici orbis explere vota, atque novis, per huius Anni Sancti decursum, deprecatoribus ac patronis militantem Ecclesiam donare. Decrevimus igitur Caelites illos summis sanctitudinis honoribus decorare; atque adeo sollemnes id genus ritus, eo quo decet apparatu ac pompa, in Vaticana Basilica peragere. Praefinivimus idcirco cuique caerimoniae certam diem, ac Beatae Michaelae ab Augusto Sacramento Canonizationi hanc praesentem diem, quartam nempe Martii mensis, diximus ac statuimus; quotquot autem aderant enixe in Domino adhörtati sumus ut, ad rem fauste feliciterque exsequendam, caelestem Nobis opem precibus conciliare ne désistèrent. De quibus instrumenta, a dilectis filiis Sedis Apostolicae Protonotariis [exarata, in S. Bomanae Ecclesiae tabularium perferri mandavimus.

Cum itaque faustissima a Nobis praestituta dies advenerit, plurimi tam saecularis quam regularis cleri ordines, Bomanae Curiae Praesules et Officiales una cum venerabilibus fratribus Nostris Cardinalibus S. B. E., Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus, Basilicam Vaticanam, magnifico nitentem apparatu, et ingenti populi stipatam multitudine, convenerunt; ac devota illis supplicatione praeeuntibus, Nos quoque in eam solemni pompa ingressi sumus; atque Ss. Eucharistiae adorato Sacramento, ad Nostram perreximus cathedram, ibique sedimus. Tum dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, S. Bituum Congre-

gationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, per dilectum filium Augustinum Lenti, Consistorialis Aulae Nostrae Advocatum, vota Nobis precesque *instanter* **obtulit ut Nos Sanctorum D. N. Iesu Christi catalogo Beatam Mariam Michaëlam ab Augusto Sacramento adscriberemus eamque uti Sanctam ab omnibus christifidelibus esse venerandam pronunciaremus. Quod quidem cum iterum ac tertio,** *instantius* **nempe et** *instantissime* **de more factum sit, semel iterumque incensissimis ab omnibus Spiritui Sancto Paraclito admotis precibus, ut Ipse in tanti momenti re sua gratia mentem Nostram illustrare, regere ac dirigere dignaretur, Nos, ex cathedra Divi Petri, uti supremus universalis Christi Ecclesiae Magister, infallibilem hisce verbis sententiam sollemniter pronunciavimus:** *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. F. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in "Urbe exsistentium consilio, Beatam Mariam Michaëlam a Ssmo Sacramento Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die vicesima quarta Augusti, inter Sanctas Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.* — **Qua Canonizationis formula ita per Nos pronuntiata, oblatis Nobis a praefato Advocato Consistoriali, eiusdem Cardinalis Procuratoris nomine, annuentes precibus, Decretales hasce Litteras Apostolicas de eadem Canonizatione expediri decrevimus; a Protonotariis vero Apostolicis ad perpetuam eius memoriam instrumenta confici iussimus. Gratiis insuper Deo Optimo Maximo ob tantum beneficium una cum cuncto adstante clero et populo peractis, primum novensilis Sanctae a Deo Ipso opem invocavimus, ac plenariam postea indulgentiam omnibus praesentibus largiti sumus. Sacrosanctum dein Sacrificium solemni ritu litavimus, atque post evangelicam lectionem, adstantes homilia allocuti, breve Sanctae Mariae Michaelae praeconium teximus, praeclara eius gèsta virtutesque praecipuas recensentes, quibus magis enituit, invictam nempe fortitudinem atque incensissimam in Deum proximumque caritatem. — Qua homilia a Nobis perfecta, pontificale sacrum, Deo favente, perfecimus.**

Hac igitur die spiritali una Nobiscum gaudio exsultet vehementer Sororum in primis, tantum de Ecclesia eivilique societate bene merita, Congregatio Adoratricum Ancillarum Ssmi Sacramenti, quae, eximia suae anctricis vestigia impenso studio sectantes, in sanctis eius pietatis caritatisque operibus per orbem propagandis in dies adlaborare, enixe adprecamur, ne desinant; tota exsultet catholica Hispanorum natio, quae tan-

tam genuit filiam, et potenti eius ope a miserentissimo Eedemptore fidei incolumitatem sibi impetret atque copiosos pacis salutisque fructus; universorum christifidelium collaetetur Sancta Mater Ecclesia, quae per novensilis Sanctae huius Virginis patrocinium et exemplum, quod ad intuendum imitandumque proponitur, in uberioris gratiae spem erigitur, ut ad caelestem aliquando beatitatem nos omnes pervenire possimus.

Omnibus itaque quae inspicienda erant rite perpensis, certa scientia, universa et singula, quae antea memoravimus, Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Volumus insuper ut harum Litterarum Decretalium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hiscemet praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis temerario ausu infringere vel eis contraire seu attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die quarta mensis Martii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£ 8 **Ego** IANUARIUS **Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, **Decanus Sacri Collegii.**

£ 8 1**Ego** MICHAEL **Episcopus Tusculanus Cardinalis** LEGA.

£ 8 f**Ego** DONATUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SBARRETTI.

£g **Ego fr.** THOMAS PIUS **Ord. Praed., Episcopus Portuensis et S. Bufinae Cardinalis** BOGGIANI, **Cancellarius S. B. E.**

£ 8 **Ego** ALOISIUS **Episcopus Praenestinus Cardinalis** SINCERO.

£ 8 **Ego** HENRICUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** GASPARRI.

Ego PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **S. E. E. Camerarius.**

Ego CAIETANUS **tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis** BISLETI.

Ego ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis** LOCATELU.

Ego IOSEPH **tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano Presbyter Cardinalis** MORI.

Ego ALOISIUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** CAPOTOSTI, **Datarius.**

Ego LAURENTIUS **tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis** LAURI, **Maior Paenitentiarius.**

Ego fr. ALEXIUS HENRICUS **M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LEPICIER.

Ego PETRUS **tituli S. Mariae trans Tiberim Presbyter Cardinalis** SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS **tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI.

Ego FRANCISCUS **tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego fr. RAPHAËL CAROLUS **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.**

Ego IULIUS **tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis** SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** DOLCI.

Ego PETRUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI BIONDI.

Ego UAMiLLus **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

Ego ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

Fr. THOMAS PIUS O. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

C. Card. LAURENTI
S. R. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Spolverini, *Archiep. tit. Lariss. Prot. Apost.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA
die vigesima secunda mensis Iunii, anno tertiodecimo
Alfridus Marini, *Pluwibator.*

Dominicus Francini, *Script. Apostolicus.*

Reg. m Cane. Ap., vol. L, n. 53. - **A. Trussardi,** *a tabulario.*

CONSTITUTIO APOSTOLICA

URBIS

DE PAROECIARUM S. CRUCIS IN VIA FLAMINIA ET S. FRANCISCI IN MONTE MALO DISMEMBRATIONE AC DE NOVAE « PRAECELSAE DEI MATRIS » PAROECIAE ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REC MEMORIAM

Quo pereirnius exstaret monumentum sollemnissimae quintidecimi expleti saeculi a proclamato B. Mariae Virginis Maternitatis dogmate celebrationis, quae biennio ante per universum catholicum orbem, in hac potissimum Urbe Nostra, rehgiosissime peracta est, Nos et triumphalem arcum in Patriarchali Basilica Liberiana, a sancto Xysto tertio, Decessore Nostro, splendido musivo opere ornatum, temporis iniuria fatiscentem, instaurandum curavimus, et novum voluimus aedificari templum in honorem praecelsae Dei Genitricis dicandum illudque ad Milvii pontis caput, in viae Cassiae initio, circa quam plura iam civium millia suum fixerunt domicilium, exstrui peropportunum duximus. Nunc autem, expleta iam magnificentissimi quidem templi fabrica, cum regio illa nimius distare videretur a paroecialibus finitimis ecclesiis, ad spiritualia subsidia christifidelibus ibi degentibus aptius procuranda, novam ac distinctam illic paroeciam constituere decrevimus. Quapropter, collatis cum dilecto filio Nostro Francisco titulo S. Mariae Novae S. B. E. Presbytero Cardinale Marchetti Selvaggiani, Nostro in Urbe generali in spiritualibus Vicario, consiliis, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, a paroeciarum S. Crucis in via Flaminia et S. Francisci in Monte Malo territorio partem seiungimus ac separamus, ab ipso Cardinale Vicario definiendam, eamque in novam suprema Nostra auctoritate erigimus paroeciam *Praecelsae Dei Matris* **nuncupandam et cleri saecularis curis committendam. Ecclesiam vero paroecialem novae huius paroeciae quod supra diximus templum constituimus, cui propterea eiusque pro tempore parochis omnia concedimus iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae paroeciales Urbis ecclesiae earumque curiones iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent, eisque pariter onera omnia et obligationes imponimus, quibus Urbis paroeciae et parochi**

subiiciuntur, praecipue vero duos saltem coadiutores habendi, qui in animarum cura et paroecialibus muneribus obeundis illos adiuvent. Pro dotatione vero huius paroeciae et honesta parochi eiusque vices gerentium substentatione, praeter iam exstructam domum paroecialem, congruam •dotem Nos ipsi assignabimus.

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra diximus dilectum filium Nostrum in Urbe Cardinalem Vicarium deputamus, cui propterea necessarias et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, cum potestate controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis exemplar redigendi et in Vicariatus tabulario illud asservandi. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris Nostris tribueretur si ipsaemet exhibitae, vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes auctoritate Apostolica derogamus. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu "temerario hoc attentare praesumpserit, indignationis omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die prima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

F r . TH. P. Card. BOGGIANI — F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
Cancellarius S. B. E. — *Vicarius Generalis Sanctitatis Suae*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Meg. in Cane. Ap., vol. XLIX, n. 4. - G. **Stara Tedde.**

LITTERAE APOSTOLICAE

BEATA VIRGO GRATIARUM REGINA DE MONTE PHILERIMOS PRINCIPALIS PATRONA CUM S. IOANNE BAPTISTA, ET S. FRANCISCUS ASSISIENSIS PATRONUS SECUNDARIUS CONSTITUUNTUR ARCHIDIOECESIS RHODIENSÏS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Rhodiensis archidioecesis intra fines, in monte *Philerimos* **ubi Jalysus olim exstabat urbs celeberrima insulae et quidem opulenta, postea diruta, iam prisci medii aevi temporibus a christifidelibus cuiusque coetus atque ordinis frequentabatur Marianum sanctuarium, in quo Reginae gratiarum omnium imaginem, e Locis Sanctis Palaestinae, uti fertur, decimum circa saeculum translatum pie devoteque christifideles iidem venerabantur et colebant. Eiusdem sacrae imaginis antea Melitensem in insulam ab equitibus Hierosolymitani Ordinis S. Ioannis adductae ac postea in Russiam delatae, nunc vero, eheu, deperditae, exemplum saeculo decimo nono ineunte ex archetypo sumptum nunc feliciter habetur Rhodiensi in insula ac servatur in novo sane sanctuario, quod nuperrime eo ipso in loco antiquae Marialis aedis, quinti decimi anni saecularis ab Ephesino Concilio occasione, exstructum est, una cum adiecta Religiosorum domo. Hodiernus autem Rhodiensium Archiepiscopus, cum Nos edoceat archidioecesim suam, quam Litteris apostolicis Nostris die** XXVIII **mensis Martii, anno** MDCCCCXXVIII **denuo constituimus, Deo opitulante multis christifidelibus religioso spiritu imbutis iam florere, memoratum que sanctuarium de monte** *Philerimos* **atque inibi servatam sacram Reginae gratiarum imaginem frequentibus piis peregrinationibus celebrari, nomine tum cleri, tum populi nec non Gubernatoris insulae ac moderatoris sive, ut aiunt, Potestatis civitatis Rhodiensis, enixa,s etiam Nobis preces adhibet, ut Beatam Virginem gratiarum de Monte** *Philerimos* **Patronam principalem archidioecesis Bhodiensis declarare dignemur. Nos vero ad magis magisque in dies fovendam et augendam christiani earundem regionum populi venerationem et pietatem erga beatissimam Deiparam, huiusmodi votis ultro libenterque annuendum censuimus. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore**

perpetuumque in modum Beatissimam Mariam Virginem omnium gratiarum Mediatricem sub enunciato titulo de monte « Philerimos » praecipuam archidioecesis Rhodiensis Patronam declaramus et confirmamus. Decernimus proinde ut festum eiusdem sanctissimae Patronae quotannis die xxxi mensis Maii sub ritu duplici primae classis eum octava communi et cum Officio et Missa propriis et adprobatis recolatur; addita quoque facultate externam ipsius festi sollemnitatem celebrandi ultima Dominica die mensis Maii, cum unica Missa sollemni, seu cantata, et altera lecta, propriis, dummodo non occurrat aliquod duplex primae classis vel vigilia et octava item primae classis pro Missa sollemni seu cantata, et etiam secundae classis, vel vigilia et octava privilegiata pro Missa lecta. Praeterea alia quoque eiusdem Archiepiscopi Bhodiensium vota benigne excipientes, ob memoriam rerum olim gestarum ab equitibus ex Ordine Hierosolymitano Sancti Ioannis (hodiernum enim cathedrale templum Rhodiense loco veteris conventualis templi ipsius Ordinis atque eodem sub titulo exaedificatum est) nec non ob merita conspicua, quae tribus postremis hisce saeculis sodales ex Ordine Fratrum Minorum iisdem in regionibus sibi eompararunt, eadem auctoritate Nostra, Litterarum praesentium vi, itemque in perpetuum, tum Sanctum Franciscum Assisiensem, confessorem, Patronum secundarium archidioecesis Bhodiensis, tum Sanctum Ioannem Baptistam Patronum praecipuum civitatis Bhodiensis constituimus et declaramus.

Haec vero concedimus, edicimus, contrariis non obstantibus quibuslibet, decernentes j>raesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidem archidioecesi Bhodiensi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris anno MDCOCOXxxni, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis- Status.*

EPISTOLA

AT) R. **D.** GUMMARUM CRETS, CANONICORUM REGULARIUM PRAEMONSTR ATEN - SIUM ABBATEM GENERALEM: OCTAVO PLENO SAECULO AB OBITU SANCTI NORBERTI, ORDINIS CONDITORIS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Si « gloria filiorum patres eorum », merito censendi sunt, peropportune nobilis iste, cui diligenter praees, Praemonstratensium Ordo, per sollemnia sacra revocare contendit suavissimam sancti Conditoris memoriam, qui octingentos abhinc annos spectatissimae vitae cursum pretiosa ac beata morte confecit. Neque enim tantummodo gloriam virtus Patris excellens suae suboli tradidit, sed insigne quoque exstitit illi ceterisque sui cultoribus ad imitandum exemplar. Quare consilium a vobis initum celebrandi in honorem sancti Norberti saecularia sollemnia eo libentius probamus ac dilaudamus, quo uberiores exspectandi sunt fructus, qui e proxima eventus celebratione in Ordinem ipsum inque populum fidelem manare efferrique possunt. Multa profecto in Norberto fuere, quae et adulescentes et religiosi viri et ipsi sacrorum Antistites imitari queunt. In ipso enim fiore aetatis, nobilissimus ille Sanctensis civis imperatoriam aulam Henrici V, pompis illecebrisque confertam, cui aliquot per annos addictus fuit, quadam die, divina gratia commotus, ex improviso reliquit, et alacer hiiarisque ad sacra et nobiliora munera se convertit. Sacerdotali auctus honore, bonis divitiisque ad pauperes sublevandos traditis, sibi in perpetuum proposuit ac statuit, ut ipse dicere solebat, « evangelicam et apostolicam ducere vitam ».

Quapropter, faventibus ipsis Romanis Pontificibus, varias Europae regiones peragravit, christianae fidei lumina caritatisque ardorem laboriose lateque diffundens. Deinde, Episcopi Laudunensis hortatu, in locum solitarium Praemonstrati secessit, ibique, candida veste ab eodem episcopo accepta, gloriosi sui Ordinis fundamenta iecit. Duo autem praecipua in novo condendo Ordine spectavit; primum, ut sodales Praemonstratenses, quemadmodum S. Augustini canonici regulares, verbi Dei praedicationi instantes, tum infidelium atque haereticorum conversioni, tum Christi fidelium utilitati et profectui sedulo incumberent; alterum, ut, eadem ratione qua Cistercienses coenobitae, monasticam disciplinam, quantum fieri posset, custodirent. Quam quidem vim et industriam, in contemplando simul atque in agendo coniunctam, plures deinde religiosi Ordines prose-

quuti sunt. Institutum autem sancti Norberti a Romanis Pontificibus confirmatum, brevi tempore mira accepit incrementa, adeo ut medio ipso duodecimo saeculo centum iam monasteria complecteretur. Aliis quoque egregiis sanctisque operibus floruit Norbertus, praesertim quum, ad archiepiscopalem sedem Magdeburgensem, licet aegre ferens, evectus, instaurandae clericorum disciplinae ac pietati populi fovendae sollicitam curam operamque impendit, et finítimas etiam gentes ad catholicam fidem per se perque snos discipulos feliciter adduxit. Quare dignus habitus est, ut inter Germaniae Apostolos adnumerantur. Quod vero frugiferi eius apostolatus maximum exstitit adiumentum ac praesidium est fides et pietas erga SS. Christi Corpus, sub velis eucharisticis mirabiliter abditum, fides pariter ac pietas erga Christi ipsius Vicarium, visibilem totius Ecclesiae Pastorem. Norbertus enim inter primos contra nefandam Tanchelinianani haeresim Augusti Sacramenti et Sacrificii gloriam vindicavit, sodalesque suos ad cultum eucharisticum summa cura et studio inflammavit. Ipse praeterea contra Lotharium regem Ecclesiae et Apostolicae Sedis libertatem et iura est acriter tutatus, atque Innocentium II Pontificem Maximum una cum Sancto Bernardo, familiarissimo suo, triumphali pompa ad Urbem comitatus est. Nec mirum si multi civitatum proceres, doctrina illius ac sanctimonia illecti, ad ipsum confluxerint; inter quos Theobaldus ille exstitit, Blesensis comes, cui primo Norbertus parvum scapulare albi coloris imposuit, regulamque vitae spiritualis iuxta Praemonstratensiuni statuta tradidit, ut precibus sacris piisque operibus ad salutem animarum secum^adlaboraret. Hinc exordium habuit Tertius Ordo, qui, ex aliis quoque religiosis sodalitatibus efflorescens, semper exstitit forte et gloriosum Ecclesiae adiumentum-, quod si nunc, votis monitisque Nostris obsecundans, Actioni Catholicae validas auxiliares copias contulerit, novam profecto sibi promeritorum segetem comparabit. Neque vero spiritus ac robur, quod sanctus Conditor in suum Ordinem induxit, tot saeculorum decursu, tantaque temporum vice ac varietate, illanguit; immo, postremis hisce annis, nova quadam virtute revirescere videtur. Ex quo enim istius Ordinis Abbates, votis Apostolicae huius Sedis obsecundantes, ad dissitas quoque regiones alumnos suos miserunt, latior iisdem campus apostolico studio patere coepit, ut plures in dies animas Christo lucrifacerent. Nemo autem sane ignorat, quanto honore et magnificentia cultus erga Sacramentum caritatis quotidie in templis Ordinis vestri exhibeatur, quantaque diligentia piae ibidem consociationes ad SS. Eucharistiae devotionem spectantes promoveantur, ita ut in limine ipso Nostri Pontificatus Nobismet ipsis, ad vos alloquentibus, dicere licuerit: « Ordo vester est gloriose eucharisticus et eucharistico gloriosus ». Magna igitur animi iucunditate de vestra

iaustitate gratulamur et paterna singularique dilectione proxima saecularia sollemnia participamus. Haec quidem auspicato incipient apud abbatiam Pragensem, illustrem pietatis doetrinarumque sedem, in ecclesia splendidissima Sanctae Mariae de Strabov, ubi corpus Legiferi Patris vestri religiosissime asservatur. Exinde enim omnibus sodalibus acriores Stimuli **adiicientur, ut, Norberti Patris monita et exempla sequuti, sive caelestia commentando, sive munera apostolatus persolvendo, amplissimos fructus sibi fidelibusque commissis fauste percipiant. Eadem sollemnia, ut libenter didicimus, per Capituli generalis conventum heic Romae persolventur, apud ipsam Petri cathedram et sedem, quam tanta fidelitate et veneratione Conditor vestrae sodalitatis est prosequutus. Quo autem pia ac fervida incepta ad felicem exitum perducantur, gratiarum caelestium opem ex animo vobis a Deo Ominamur; cuius quidem opis in auspicium inque peculiaris Nostrae caritatis testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, cunctis candidi Ordinis sodalibus iisque pariter, qui Tertiam vocantur, peramanter in Domino impertimus.**

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxi mensis Maii, in festo Ssmi Corporis Christi, anno MDCCCCXXXIV, **Pontificatus Nostri tertio decimo.**

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

SANCTIONES CANONUM **2320, 2343 § I, 2367, 2369** CODICIS IURIS CANONICI EXTENDUNTUR AD UNIVERSAM ECCLESIAM NEDUM LATINAM SED ETIAM ORIENTALEM.

DECRETUM

Cum ex expresso Ssmi D. ST. Pii divina Providentia Pp. XI mandato ad Supremam hanc Sacram Congregationem Sancti Officii delata fuerit quaestio an sanctiones contentae in cann. 2320, 2343 § 1, 2367, 2369 Codicis iuris canonici, quibus quaedam delicta excommunicatione latae sententiae specialissimo modo Sanctae Sedi reservata plectuntur, extendantur ad universam Ecclesiam, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei morumque tutandis praepositi, omnibus mature perpensis, praehabitoque Sacrae Congregationis Orientalis et Sacrae Paenitentiariae Apostolicae voto, in plenario conventu habito Feria IV, die 12 Iulii 1934, decreverunt huiusmodi sanctiones, attenta omnino extraordinaria ipsorum delictorum gravitate, extendi ad universam Ecclesiam Latinam et Orientalem cuiuscumque ritus, atque eorumdem delictorum cognitionem quoad forum internum Sacrae Paenitentiariae, quoad forum externum Sancto Officio reservari.

Et sequenti Feria V, die 19 eiusdem mensis et anni, Sémus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Dno Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobare et suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est, et publici iuris faciendam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 Iulii 1934.

L. © S.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. 8. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

NOEME

PEU L'AMMINISTRAZIONE DELLE MENSE VESCOVILI IN ITALIA

Per l'esatta osservanza delle leggi canoniche e concordatarie in ordine all'amministrazione dei beni delle mense vescovili in Italia, questa Sacra Congregazione Concistoriale ha stabilito le seguenti *Norme,* **che la Santità di Nostro Signore Pio Pp. XI si** è **benignamente degnata di approvare, facendo obbligo agli Ordinari diocesani di curarne la fedele osservanza.**

Per le mense delle sedi suburbicarie si applicheranno le medesime *Norme,* **eccetto quelle riferentisi a disposizioni concordatarie, che non riguardano le dette sedi.**

CAPO I

Amministrazione della mensa « sede piena »

Art. 1. - Non appena il nuovo Vescovo avrà preso canonico possesso della diocesi, il Vicario Capitolare, o l'Amministratore Apostolico, alla presenza dell'economo, se è stato nominato a norma dei canoni 432, 433 del *Codice di diritto, canonico,* **e di uno dei deputati del Consiglio amministrativo diocesano, farà al Vescovo la consegna dei beni e dell'amministrazione della mensa vescovile, in base al precedente verbale di riconsegna, dando anche conto della gestione amministrativa durante la vacanza (can. 444).**

Il relativo verbale si redigerà in due esemplari su carta semplice, da sottoscriversi dalle persone intervenute sopra indicate, uno dei quali si conserverà nell'archivio segreto vescovile, l'altro nell'archivio della Curia diocesana.

Art. 2. - Quando il nuovo Vescovo riceverà direttamente dal cessato Titolare la consegna dei beni, si osserverà la procedura stabilita negli art. 20, 21.

Art. 3. - Le spese per la consegna saranno a carico del nuovo Titolare.

Se la consegna sarà fatta direttamente dal passato Titolare al nuovo Vescovo, le spese verranno divise fra essi per metà.

Art. 4. - Nell'eventualità di danni arrecati durante la vacanza e accertati, anche con perizia, ove chi di dovere non intenda riparare secondo giustizia, il Vescovo accetterà la consegna con riserva di ogni diritto ed

azione; e intanto ne riferirà alla S. C. Concistoriale per le istruzioni e provvedimenti del caso.

Art. 5. - La ripartizione dei redditi promiscui, a favore sia dell'Antecessore, o dei suoi eredi, sia del Successore, si farà di regola alla fine dell'anno civile, *pro rata* del tempo, durante il quale ciascuno di essi è rimasto in possesso del beneficio entro l'anno (can. 1480). Se il rispettivo possesso ha avuto luogo in due anni, si eseguiranno due ripartizioni distinte.

Agli effetti della ripartizione saranno computati:

a) tutti i redditi della mensa maturati nell'anno, eccetto l'assegno supplementare di congrua concesso al nuovo Titolare dal giorno della nomina fino a quello del possesso della diocesi;

b) tutte le spese della mensa relative all'anno stesso, tranne l'assegno per il Vicario Capitolare, o per l'Amministratore Apostolico, e per l'economo, che grava sulle rendite intercalari della mensa, a norma dell'art. 26.

Dedotte, come sopra, le quote di redditi spettanti al cessato e al nuovo Titolare, la parte residua rimarrà alla mensa come rendita intercalare e verrà erogata secondo l'art. 27.

Art. 6. - Il Vescovo, entro quattro mesi dalla data della bolla di nomina, denunzierà all'ufficio del Registro i beni immobili appartenenti alla mensa, ai soli effetti della voltura catastale.

Art. 7. - Egli godrà:

a) degli assegni supplementari di congrua dalla data della nomina;

b) delle rendite proprie della mensa dal giorno del possesso canonico della diocesi (can. 349 § 2, n. 1°).

Art. 8. - Il Vescovo avrà cura che i beni della mensa siano amministrati con ogni diligenza, secondo le prescrizioni del diritto comune e le buone norme di contabilità (can. 1483 § 1).

Art. 9. - In particolare il Vescovo dovrà ottenere la necessaria autorizzazione della S. C. Concistoriale:

a) per gli *acquisti, alienazioni, permute, enfiteusi, - dfffd^tizWni di canoni e censi, mutui con o senza ipoteca, locazione di immobili ultra novennali, liti attive e passive,* e in genere per tutti gli atti e contratti per cui lo stato economico della mensa possa subire danno, quando si tratti di somma superiore a L. 30.000 (cann. 1530-1533, 1538, 1541, 1653 § 1);

b) per *Valienazione di cose preziose* della mensa (cann. 1497 § 2, 1532 § 1, n. lo);

c) per la *riduzione* di capitali della mensa per qualsiasi somma.

L'istanza per la richiesta della detta autorizzazione dovrà essere accompagnata dal parere del Capitolo Cattedrale e del Consiglio amministrativo diocesano, nonché, quando occorra, da una perizia almeno sommaria.

Art. 10. - Inoltre per l'acquisto di immobili, per l'accettazione di donazioni, eredità o legati, riguardanti beni immobili o mobili, e per tutti gli atti è contratti eccedenti l'ordinaria amministrazione nell'interesse delia mensa *(alienazioni, affrancazioni volontarie ài censi e canoni, mutui, atterramento di piante di alto fusto, esazioni e impieghi di capitali, locazioni ultra novennali immobili, liti sia attive che passive),* **il Vescovo domanderà l'autorizzazione governativa a norma dell'art. 30 del** *Concordato* **e degli art. 9, 10, 12, 13 della** *Legge* **27 Maggio 1929, n. 848, allegando all'istanza l'autorizzazione della S. 0. Concistoriale, quando sia necessaria.**

Terrà poi presente che le donazioni e le trasmissioni ereditarie a favore delle mense (come degli altri enti ecclesiastici in Italia) sono esenti da tasse di registro, di successione, di ipoteca e di concessione governativa.

Art. 11. - Gli utili provenienti alla mensa dalla commutazione di titoli o certificati di rendita, dal laudemio d'affrancazione e simili devono essere investiti a favore della stessa mensa.

Art. 12. - Tutti i documenti, contratti, verbali e simili saranno conservati, in posizioni distinte, nell'archivio della Curia.

Dei titoli e valori si redigerà duplice elenco, con le necessarie indicazioni, di cui uno sarà custodito nell'archivio della Curia, l'altro nella cassaforte, come è prescritto nel seguente art. 13.

Art. 13. -1 **titoli e i valori, col rispettivo elenco, verranno custoditi in apposita cassaforte, da collocarsi in luogo sicuro, a due chiavi diverse, delle quali una sarà tenuta dal Véscovo, l'altra dall'amministratore della mensa, o, in mancanza, da un deputato del Consiglio amministrativo diocesano.**

La cassaforte sarà aperta e chiusa alla presenza del Vescovo, o di un suo delegato munito di speciale mandato scritto, nonché dell'amministratore della mensa, o del deputato del Consiglio amministrativo.

Qualora manchi la cassa della mensa, i titoli e i valori si conserveranno a parte nella cassa dell'Ufficio amministrativo diocesano, o nella cassa diocesana. L'apertura e chiusura dell'una o dell'altra cassa, per depositare ed estrarre i detti titoli e valori, sarà fatta secondo le rispettive norme e alla presenza delle persone sopra indicate.

Art. 14. - Il Vescovo curerà con premurosa diligenza che l'episcopio sia conservato in buono stato, facendo eseguire a tempo opportuno le riparazioni ordinarie, per non assumersi la responsabilità di quelle straordinarie, o dei danni che ne potrebbero derivare (can. 1483 § 2).

Art. 15. - Oltre l'inventario dei sacri utensili (can. 1299 § 3), redigerà, tenendolo aggiornato e ben custodito, l'inventario delle suppellettili e dei mobili esistenti nel palazzo vescovile, che appartengono alla mensa, e

provvedere che questi siano trasmessi integralmente e sicuramente al Successore (can. 1483 § 3).

Pertanto designerà tempestivamente, con atto valido secondo il diritto civile, un degno sacerdote, a norma del can. 1301, il quale, dopo la di lui morte, farà regolare consegna di ciò che spetta alla mensa nel modo stabilito dall'art. 20.

Art. 16. - Si fa viva raccomandazione ai Vescovi perchè, secondo l'uso lodevolmente introdotto, vogliano lasciare a 'favore della mensa, preferibilmente per donazione nella debita forma-legale, il mobilio di loro proprietà, adibito per l'arredamento dell'episcopio, avendo cura di conservare l'atto di donazione nell'archivio della Curia e di darne comunicazione al Capitolo Cattedrale.

CAPO II

Amministrazione della mensa « sede vacante »

Art. 17. - Avvenuta la vacanza della diocesi per morte del Vescovo, la prima dignità del Capitolo Cattedrale assumerà la custodia del palazzo vescovile fino all'elezione del Vicario Capitolare, o alla nomina dell'Amministratore Apostolico.

Il Vicario, o l'Amministratore, avrà cura di tenere custodito l'episcopio; di tutelare gli eventuali diritti della mensa vescovile circa il mobilio e le suppellettili esistenti nel medesimo; di non permettere che gli eredi del defunto Vescovo prendano cosa alcuna, prima della riconsegna dei beni e dell'amministrazione della mensa; di fare direttamente lo spoglio di tutte le carte e documenti rinvenuti, conservando in archivio quelli di ufficio.

Art. 18. - Il Vicario, o l'Amministratore, entro otto giorni dalla rinunzia, o dalla morte del Vescovo, darà comunicazione della vacanza all'Ufficio provinciale per gli affari di culto presso la E. Prefettura, prendendo gli opportuni accordi per la sollecita riconsegna delle temporalità e della gestione amministrativa della mensa. Avvertirà anche, in tempo utile, il Vescovo rinunziatario, o gli eredi del defunto Titolare, nonché il sacerdote da questi designato, di cui all'art. 15, e chi ha gestito la mensa, del giorno in cui avrà luogo la riconsegna.

Art. 1.9. - Se la diocesi si è **resa vacante per traslazione del Vescovo, questi farà la riconsegna quando lascerà il governo diocesano, a termini del can. 430 § 3.**

Similmente quando il cessato Titolare viene nominato Amministratore Apostolico, *ad nutum 8. Sedis;* **della diocesi vacante, la riconsegna avrà luogo al termine dell'amministrazione apostolica.**

In tali casi spetterà di regola al passato Titolare, prima di lasciare l'amministrazione della diocesi, prendere gli accordi sia col nuovo Ordinario diocesano, sia con l'Ufficio provinciale per gli affari di culto per fissare il giorno della riconsegna, nonché avvertirne gl'interessati.

In mancanza, provvederà il nuovo Ordinario.

Art. 20 - La riconsegna deve farsi:

a) dal passato Vescovo, o, in caso di sua morte, dagli eredi, dal sacerdote designato dal defunto Vescovo, di cui all'art. 15, e da chi ha gestito la mensa;

b) al Vicario Capitolare, o all'Amministratore Apostolico, appena in possesso del proprio ufficio, o infine al nuovo Vescovo, se il Titolare uscente è stato nominato Amministratore Apostolico fino alla presa di possesso del Successore;

e) in presenza dell'economo, se vi è, di un deputato del Consiglio amministrativo diocesano, e del rappresentante dell'Ufficio provinciale per gli affari di culto.

Art. 21.-Dell'atto di riconsegna si compilerà regolare processo verbale, in base al precedente verbale di consegna ed in eventuale contradditorio degli aventi diritto, dal quale risulti l'inventario dei beni immobili e mobili e lo stato in cui si trovano gl'immobili, da accertarsi, se occorre, anche con perizia.

Il processo verbale sarà redatto in tre esemplari, debitamente firmati dalle persone presenti alla riconsegna, indicate nel precedente art. 20; uno di essi sarà conservato nell'archivio segreto vescovile, l'altro nell'archivio della Curia, il terzo si consegnerà al rappresentante governativo.

Art. 22. - Le spese per la riconsegna saranno a carico del cessato Titolare, o dei suoi eredi, salvo il disposto dell'art. 3, capoverso secondo.

Art. 23. - In caso di danni arrecati e accertati, anche con perizia, qualora il passato Titolare, o gli eredi non siano disposti a risarcirli, il Vicario Capitolare, o l'Amministratore Apostolico, accetterà la riconsegna con riserva; e intanto ne darà relazione alla S. C. Concistoriale per le opportune istruzioni e provvedimenti.

Art. 24. - Chi ha la gestione della mensa ne amministrerà i beni a tenore del diritto comune, attenendosi in particolare alle disposizioni, di cui negli art. 9-12, ed evitando ogni innovazione nello stato patrimoniale ed economico della mensa (can. 436).

Quando sia stato deputato dal Capitolo l'economo della mensa, questi prima di iniziare l'ufficio presterà il giuramento *de> munere bene et fideliter implendo,* e gestirà l'amministrazione alla dipendenza del Vicario Capitolare (cann. 442, 1522, n. lo).

Art. 25. - Le due chiavi della cassaforte della mensa, nella quale sono custoditi i titoli e i valori, di cui all'art. 13, saranno rispettivamente tenute l'una dal Vicario Capitolare, o dall'Amministratore Apostolico, l'altra dall'economo, o, in mancanza, da un deputato del Consiglio amministrativo.

Per l'apertura e chiusura della cassa si osserveranno le norme stabilite nel detto articolo.

Art. 26. - Al Vicario Capitolare, o all'Amministratore Apostolico, e all'economo spetta un congruo assegno, da stabilirsi dalla S. C. Concistoriale, sulle rendite intercalari della mensa (can. 441, n. lo).

Al Vescovo trasferito ad altra sede residenziale, durante l'amministrazione della diocesi *a qua* **e fino alla presa di possesso della diocesi** *ad quam,* **spetteranno** *pro rata* **tutte le rendite proprie della mensa della diocesi** *a qua,* **con i relativi oneri (can. 430 § 3, n. 3°).**

Art. 27. -1 redditi intercalari della mensa, maturati durante la vacanza della sede, dedotte le spese inerenti alla mensa, e l'assegno al Vicario Capitolare, o all'Amministratore Apostolico, e all'economo, di cui al precedente art. 26, saranno riservati al futuro Vescovo per le necessità della diocesi (can. 441, n. 2°) e in particolare per la manutenzione dell'episcopio.

Art. 28. - La ripartizione dei redditi promiscui si eseguirà di regola alla fine dell'anno civile, a tenore dell'art. 5, dal Vicario Capitolare, o dall'Amministratore Apostolico, ovvero dal nuovo Vescovo se avrà preso possesso della diocesi.

Roma, dalla Sacra Congregazione Concistoriale, 30 Giugno 1934.

Fr. R. C. Card. Rossi, *Segretario.*

L. © **S.**

V. Santoro, *Assessore.*

Ii

OLINDENSIS *m* RDGIFENSIS

TRANSLATIONIS TITULI ECCLESIAE CONCATHEDRALI

DECRETUM

Cum hodiernus Metropolita Olindensis et Recifensis, Michael a Lima Valverde, humili enixaque prece ab Apostolica Sede petiisset ut, mutatis temporum adiunctis, titulus cum adnexis praerogativis concathedralis ecclesiae, quo modo gaudet ecclesia S. Petri, sita in civitate Reçifensi, transferatur atque attribuatur' ecclesiae Matris Dei, in eadem civitate éxstanti, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, omnibus rite perpensis, praehabitoque favorabili voto Apostolici Nuntii in Brasiliana republica, precibus benigne annuendum censuit.

Qua de causa, suppleto quatenus opus sit quorum intersit aut eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine titulum concathedralitatis transfert ab ecclesia S. Petri ad ecclesiam Matris Dei cum omnibus honoribus, iuribus ac privilegiis, quibus ceterae ecclesiae concathedrales potiuntur.

Quibus super rebus Ssmus Dominus Noster praesens edi iussit Consistoriale decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit memoratum Nuntium Apostolicum, R. P. D. Benedictum Aloisi Masella, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere intra sex menses mittendi ad Sacram hanc Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 17 Octobris 1933.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

22 Iunii 1934. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sophenensi praefecit R. P. D. Iulium Campero, hactenus Episcopum Saltensem.**

25 Iulii. — **Metropolitanae Ecclesiae Goritiensi et Gradiscanae, R. P. D. Carolum Margotti, hactenus Archiepiscopum Mesembrianum.**

28 Iulii. — **Cathedrali ecclesiae Riverormensi, R. P. D. Iacobum Cassidy, hactenus Episcopum Iboritenum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Iboritenae, R. P. D. Iulianum Martínez, hactenus Episcopum Paranensem.**

11 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in insula Vancouver, R. D. Ioannem Hugonem Mac Donald, parochum loci** *Sydney,* **in dioecesi Antigonicensi.**

22 Augusti. — **Archiepiscopali Ecclesiae Consentinae, R. D. Robertum Nogara, Antistitem Urbanum, Rectorem Seminarii regionalis Salernitani.**

6 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Aesinae, R. D. Carolum Falcinelli, parochum ecclesiae collegiatae S. Gregorii in civitate Spoletana.**

12 Septembris. — **Archiepiscopali Ecclesiae Spoletanae, R. P. D. Petrum Tagliapietra, hactenus Episcopum S. Severini.**

13 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Mercedensi, R. P. D. Ioannem Chimento, hactenus Episcopum titularem Selensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, S. Ludovici in Argentina R. P. D. Dionysium Tibiletti, hactenus Episcopum^ titularem Euroeensem in Epiro.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, de Rio Cuarto, R. P. D. Leopoldum Buteler, hactenus Episcopum titularem Tiniensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Corrientensi, R. D. Franciscum Vicentin, Vicarium generalem archidioecesis S. Fidei in America Meridionali.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Rioensi, R. D. Froilanum Ferreira Reinafé, canonicum metropolitanae Ecclesiae Cordubensis in America.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, de Bahia Blanca, R. D. Leandrum Astelarra, canonicum metropolitanae Ecclesiae de Plata.**

—• **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Azulensi, R. D. Caesarem Canevá, parochum civitatis Azulensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Rosariensi, R. D. Antonium Caggiano, Adsessorem generalem Actionis Catholicae Argentinae.**

— **Cathedrali Ecclesiae Catamarcensi, R. P. Carolum Hanlon e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Mendozensi, R. D. Hannibalem Verdaguer, Rectorem Seminarii S. Ioannis de Cuyo.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Viedmensi, B. D. Nicolaum Esandi, Societatis S. Francisci Salesii.**

— **Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Jujuyensi, B. P. Henricum Mühn, e Societate Verbi Divini.**

18 Septembris. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ternobenae, R. P. D. Franciscum Ernestum Ricard, hactenus Archiepiscopum Auxitanum.**

— **Metropolitanae Ecclesiae Paranensi, R. D. Zenobium Guilland, canonicum metropolitanae Ecclesiae de Plata.**

20 Septembris. —**Metropolitanae Ecclesiae Saltensi R. D. Robertum Tavella, Societatis S. Francisci Salesii.**

28 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Caratingensi, B. P. D. Iosephum M. Parreira Lara, hactenus Episcopum de Santos.**

29 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Civitatis Castelli, seu Tifernatensi, R. D. Philippum Cipriani, parochum ad SS. App. Petri et Pauli, in civitate Firmana.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Die 1 Julii

IN FESTO PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus. qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac eius Sanguine placári voluisti: concede, quaesumus, salutis nostrae pretium'solemni cultu ita venerari, atque a praesentis vitae malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo laetemur in caelis. Per eumdem Dominum.

LECTIONES II NOCTURNI

Lectio IV

Sermo sancti Joannis Chryóstomi (Homilia ad Neophytos)

Vis sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, et priorem typum recordémur, et pristinam Scripturam narrémus. In iEgypto, nocte média, ¿Egyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogénita dépérirent, quia primogenitum ejus populum detinet bant. Sed, ne amata plebs Judaeórum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remédium discretionis inventum est. Proinde exemplum miràbile, ut discas in veritate virtutem. Ira divinae indignatiónis operabatur, et domos singulas mórtifer circuíbat. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, et sanguine ejus liníte jármas. Quid ais, Moyses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit? Valde, inquit; non eo quod sanguis est, sed quia Dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum.

Lectio V

Nam, sicut regnántium statu ee, quae sine causa sunt et sermone, nonnumquam ad se eonfugiéntibus hominibus, ánima et ratione decorátis, subvenire consueverunt, non quia sunt aere confectae, sed quia retinent imaginem principalem: ita et sanguis ille, qui irrationális fuit, ánimas habentes homines liberavit, non quia sanguis fuit, sed quia hujus sanguinis ostendebat adventum. Et tunc Angelus ille vastátor, cum linítos postes atque aditus pervidéret, transjécit gressus et non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus, non póstibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore tacentem sanguinem veritatis Christi, templi póstibus dedicatum, multo magis se subtrahet. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto

magis terrébitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem! Vis et aliam hujus sanguinis scrutari virtutem? Volo unde primum cucurrit, inspiciat, et de quo fonte manavit. De ipsa primum cruce processit: latus illud Dominicum initium fuit. Latus miles aperuit, et templi sancti parietem patefecit: et ego thesaurum praeclarum inveni, et fulgentes divitias me gra**tulor reperire.**

Lectio VI

Sic et de illo agno factum est: Judséi ovem occjdérimt, et ego fructum de sacraménto cognovi. De latere sanguis et aqua. Nolo tam facile, auditor, tránseas tanti secreta mysterii; restat enim mihi mystica atque secret ális oratio. Dixi baptismalis symbolum et mysteriorum, aquam illam et sanguinem demonstrare. Ex his enim sancta fundata est Ecclesia per lavacri regenerationem, et renovationem Spiritus Sancti. Per baptisma, inquam, et mysteria, quse ex latere videntur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus aedificavit Ecclesiam, sicut de latere Adam ejus coniux Eva prolata est. Nam hac de causa Paulus quoque testatur dicens: De corpore ejus et de óssibus ejus sumus; latus videlicet illud significans. Nam, sicut de illo latere Deus fecit feminam procreari, sic et de suo latere Christus aquam nobis et sanguinem dedit, unde repararetur Ecclesia, — Recurrente autem anno ab humani generis redemptione undevicies centenario, quem ad tam ineffabile beneficium recolendum solemni prae omnibus sacro Jubilado Summo Pontifex Pius XI celebratum voluit; ut pretiósi Sanguinis, quo redempti sumus, Agni immaculáti Christi uberiores dimanárent in homines fructus, ejusque memoria fidelibus vividius commendantur, idem Summus Pontifex Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi festum, quotannis ab universa Ecclesia peragendum, ad ritum duplicem primae classis evexit.

URBIS ET ORBIS

Quo anni undevicesimi centenarii ab humani generis redemptione memoria in dies perseveret, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI ex Sacrorum Bituum Congregationis consulto, festum Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi ad ritum duplicem primae classis evehere, et suprascriptas Orationem et Lectiones in officio legendas adprobare dignatus est. Servatis Bubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 25 Aprilis 1934,

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci/ *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

PRECES IN MEMORIAM QUINQUE SACRORUM VULNERUM D. N. I. C. RECITANDAE INDULGENTIIS LOCUPLETANTUR.

Occasionem nactus recentissimae solemnitatis Pretiosissimi Sanguinis Iesu Christi Domini nostri, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia concessa infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 6 vertentis mensis, benigne largiri dignatus est *partialem trium annorum indulgentiam* **omnibus christifidelibus, qui pia mente ac saltem corde contrito quinque Pater, Ave, et Gloria cum precatiuncula « Sancta Mater, istud agas...» recitaverint in memoriam quinque Vulnerum, ex quibus pretiosissimus ille Sanguis in cruce permanavit; et** *plenariam indulgentiam* **semel in mense suetis conditionibus lucrandam, si quotidie per integrum mensem eadem recitatio peragatur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 9 Iulii 1934.

L. **Card.** LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L, $ S.

I. Teodori, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

Avvrso

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo *Studio* **della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica, amministrativa e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione dal 10 Ottobre al 10 Novembre 1934.**

Roma, 2Û Settembre 1934.

G. **Bruno,** *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 31 Luglio 1934, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Laurenti, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti, e Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Vittoria Teresa Couderc, confondatrice delle Suore di Nostra Signora del Cenacolo, si è adunata la Congregazione *Antipreparatoria,* **per discutere sull'eroicità delle virtù esercitate dalla predetta Serva di Dio.**

Martedì, 7 Agosto 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Biti, si è adunata la Congregazione *Preparatoria,* **per discutere sull'eroicità delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Gioacchina de Vedruna de Mas, vedova e fondatrice delle Carmelitane della Carità.**

TRIBUNALE DELLA SACRA ROMANA ROTA

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione allo *Studio* **della Rota, per il prossimo anno giuridico, si ricevono negli Uffici del Tribunale fino al 20 Novembre.**

20 Settembre 1934.

M. Massimi, *Decano*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

7 Luglio 1934. **Il Revmo Padre Timoteo Schaefer, dell'Ordine dei Minori Cappuccini,** *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

12 Agosto » **Il Revmo Padre Filippo Soccorsi, S. I.,** *Direttore della Stazione Radio Vaticana.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnarlie, si è degnato di nominare:

7 *Gennaio 1934.* **S. E. Rma Monsig. Mario Zanin, Arcivescovo tit. di Trajanopoli di Rodope,** *Delegato Apostolico in Cina.*

9 » » **S. E. Rma Monsig. Pietro Ciriaci, Arcivescovo tit. di Tarso,** *Nunzio Apostolico in Portogallo.*

19 Febbraio » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi,** *Protettore delle Suore Domenicane* **(S. Raffaele: S. Francisco).**

» » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore dell''Istituto delle Suore di Carità di S. Paolo Apostolo di Selly Park* **(Birmingham).**

23 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saènz,** *Protettore dell'Istituto delle Suore « de la Réunion au S. Cœur de Jésus »* **(Toledo).**

5 Marzo » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giulio Serafini,** *Protettore delle Religiose di Nostra Signora della Provvidenza* **(Ronco Scrivia).**

12 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero,** *Protettore dei Monasteri dell'Ordine della Beata Vergine Maria detti dell'Annunziata o delle Dieci Virtù di Nostra Signora* **(Mon. di Tirlemont, di Gheel, di Merxem-les-Anvers : Malines ; di Villeneuve-sur-Lot: Agen; di S. Margarets at Cliffe: Southwark; di Thiais: Parigi).**

26 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi,** *Protettore delle Suore Francescane di Nostra Signora del Perpetuo Soccorso* **(Saint Louis Mo.).**

7 *Aprile* » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani,** *Protettore dell'Ordine dei Carmelitani dell'Antica Osservanza.*

7	*Aprile*	*1934.*	Il Rmo Padre Giovanni M. Restrepo y Restrepo S. L, *Teologo del Tribunale della S. Penitenzieria Apostolica.*
18	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Francescane della S. Famiglia* (Dubuque).
19	»	»	L'Eolo e Revmo Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Missionarie Francescane* (Repubblica Argentina).
26	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia di Séez.*
10	*Maggio*	»	L'Emo e Revnìo Signor Cardinale Raffaele Carlo Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Francescane di S. Felice da Gantalicè* (Cracovia).
»	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Santa Umiltà di Maria* (Davenport).
»	»	»	L'Emo e Revino Signor Cardinale Luigi Sincero, *Protettore dei Monasteri dell'Unione delle Canonichesse Regolari di Bruges.*
»	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Religiose di Notre-Dame de la Délivrande* (Grenoble).
20	»	»	L'Emo e Revino Sig. Cardinale Raffaele Cario Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Religiose di S. Giuliana* (Malines).
»	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Angeliche di S. Paolo* (Milano).
21	»	»	L'Illmo sig. prof. avv. Evaristo Carusi, *Avvocato Concistoriale.*
25	»	»	L'Emo e Revino Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli della Presentazione* (Cork).
26	»	»	L'Emo e Revnìo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore del Pont. Collegio Scozzese in Roma.*
2	*Giugno*	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Buon Salvatore* (Bayeux).
4	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Figlie dei Dolori di Maria Santissima e di S. Filippo* (Siviglia).

4 Giugno 1934. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, ***Delegato Pontificio per il Monastero e la Chiesa di S. Chiara in Napoli.***

6 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore dell'Istituto delle Suore di San Giuseppe di Orange*** (Los Angeles).

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero, ***Protettore dell'Ordine della S. Croce.***

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, ***Protettore dell'Istihdo delle Suore Terziarie Francescane dell'Immacolata Concezione*** (Valenza).

13 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, ***Protettore della Congregazione delle Suore Francescane di San Bernardino da Siena*** (Reading: Filadelfia).

» >» » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, ***Protettore della Congregazione delle Suore del Povero Bambino Gesù*** (Simpelveld: Olanda).

17 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie di N. Signora del S. Cuore*** (Bourges).

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Michele Lega, ***Protettore delle Suore di Carità di Santa Maria*** (Torino).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, ***Protettore della Congregazione delle Suore della Misericordia del Terz'Ordine di S. Francesco*** (Lussemburgo).

1 Luglio » L'Illmo e Revmo Monsig. Virgilio Dalpiaz, ***Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Giosuè Venturi, ***Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

2 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, ***Protettore dell'Istituto delle Oblate del Ssiko Redentore*** (Madrid).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaele Carlo Rossi, ***Protettore dei Chierici Regolari della Madre di Dio.***

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore della Congregazione di S. Caterina da Siena*** (Springfield: Louisville).

Assistenti al Soglio Pontificio

26 Marzo 1934. S. E. Rma Monsig. Giovanni B. Peterson, Vescovo di Manchester.
10 Maggio » S. E. Raa Monsig. Augusto Declerq, Vescovo tit. di Tignica, Vicario Apostolico del Kassai Superiore.
S. E. Revma Monsig. Vittore Roelens, Vescovo tit. di Girba, Vicario Apostolico del Congo Superiore.
7 Giugno S. E. Rma Monsig. Dionigi Vismara, Vescovo di Hyderabad.
S Luglio S. E. Rina Monsig. Egisto Melchiori, Vescovo di Nola.
13 S. E. Rma Monsig. Valentino Zubizarreta y Cnamunsaga, Arcivescovo di Santiago di Cuba.

Protonotario Apostolico di numero:

20 Marzo 1934. Monsig. Ludovico Kaas, della diocesi di Treviri (res. Roma).

Protonotarii Apostolici ad instar participantium

13 Febbraio 1934. Monsig. Pietro Tamajan, della diocesi di Oradea Mare.
27 » » Monsig. Tommaso H. McLaughlin, della diocesi di Newark.
14 Marzo Monsig Eberardo zu Ortenburg-Tambach, dell'archidiocesi di Vienna.
» » Monsig. Giuseppe Della Cioppa, dell'archidiocesi di Capua.
17 » » Monsig. Giorgio P. Johnson, della diocesi di Portland.
24 » » Monsig. Adamo Pasini, della diocesi di Forlì.
16 Aprile » Monsig. Adolfo Sedlaczek, dell'archidiocesi di Vienna.
19 » Monsig. Gennaro Ciaramella, dell'archidiocesi di Napoli.
23 » Monsig. Paolo Hoguet, della diocesi di Arras.
» » » Monsig. Alfredo Piedfort, della medesima diocesi.
25 » » Monsig. Patrizio Crane, dell'archidiocesi di Saint Louis.
26 » » Monsig. Luigi Zefelippo, della diocesi di Lacedonia.
8 Maggio » Monsig. Giuseppe Rotondi, dell'archidiocesi di Milano.
12 » » Monsig. Adriano Hermus, della diocesi di Bois-lerDuc.
5 Giugno » Monsig. Gabriele Delaloye, della diocesi di Sion.
13 » » Monsig Antonio Dard, della diocesi di Grenoble.
» » » Monsig, Giovanni Vittoz, della medesima diocesi.
26 » » Monsig, Giovanni Giuseppe Nash, della diocesi di Buffalo.
7 Luglio » Monsig, Enrico Luigi Buchholtz, della diocesi di Sault-S. Marie.
13 » Monsig Giuseppe Klos, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.

Prelati Domestici di S. S

4	*Febbraio*	*1933.*	**Monsig. Lodovico Àndrieux, della diocesi di Monaco.**
21	*Giugno*	»	**Monsig. Ignazio Grabowski, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini (res. Varsavia).**
»	»		**Monsig. Sigismondo Kozubski, della medesima archidiocesi (res. Varsavia).**
17	*Gennaio*	*1934.*	**Monsig. Giorgio Kurz Arakel, dell'archidiocesi di Verapoly.**
6	*Febbraio*	»	**Monsig. Romano Mazur, della diocesi di Tarnovia.**
»	»	»	**Monsig. Gaspare Mazur, della medesima diòcesi.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Lubelski, della medesima diocesi.**
»	»		**Monsig. Romano Sitko, della medesima diocesi.**
21	»		**Monsig. Bernardo Dupont, della diocesi di Tarbes e Lourdes.**
22			**Monsig. Giacomo Fried, delFarchidiocesi di Vienna.**
»	»		**Monsig. Alberto Meckes, della diocesi di Spira.**
27	»	»	**Mousig. Giovanni J. Dauenhauer, della diocesi di Newark.**
			Monsig. Ermenegildo Roa, dell'archidiocesi di Asunción.
			Monsig. Giorgio L. Fitzpatrick, della diocesi di Newark.
	»	»	**Monsig. Edoardo H. Kelly, della medesima diocesi.**
»			**Monsig. Paolo Knappek, della medesima diocesi.**
»	»		**Monsig. Roberto J. Byer, della medesima diocesi.**
»			**Monsig. Leonardo Borgetti, della medesima diocesi.**
			Monsig. Guglielmo A. Keyes, della medesima diocesi.
»	»		**Monsig. Giacomo T. Delehanty, della medesima diocesi.**
		»	**Monsig. Felice Di Persia, della medesima diocesi.**
3	*Marzo*		**Monsig. Giovanni Pilati, del Patriarcato di Venezia.**
			Monsig. Carlo Zinato, del medesimo Patriarcato.
»		»	**Monsig. Giovanni Ghezzo, del medesimo Patriarcato.**
»			**Monsig. Giovanni O'Brien, della diocesi di Newark.**
»	»		**Monsig. Adalberto Frey, della medesima diocesi.**
	»	»	**Monsig. Ruggero McGinley, della medesima diocesi.**
6		»	**Monsig. Francesco Eggersdorfer, della diocesi di Passau.**
»			**Monsig. Giorgio Böhmer, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.**
7			**Monsig. Raffaele Baratta, dell'archidiocesi di Perugia.**
8	»	»	**Monsig. Alessio Klawek, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini.**
9		»	**Monsig. Giuseppe Tillieux, della diocesi di Liegi.**
»	»		**Monsig. Giuseppe Sincero, dell'archidiocesi di Vercelli (res. Roma).**
14			**Monsig. Luigi Schulz, della diocesi di Varmia.**
15			**Monsig. Geremia J. Duggan, della diocesi di Hartford.**

20 Marzo 1934. Monsig. Michele Giovanni Mullins, della diocesi di Portsmouth.
24 » » Monsig. Francesco Tommaso Jansen, della diocesi di Fort Wayne.
6 Aprile » Monsig. Roberto Jutras, della diocesi di Mont-Laurier.
12 » » Monsig. Edoardo Savage, delia diocesi di San Giovanni del Canada.
» » » Monsig. Enrico O. Cormier, della medesima diocesi.
» . » » Monsig. Pietro Stollenwerk, della diocesi di Aquisgrana.
13 » » Monsig. Giovanni Neveril, dell'archidiocesi di Olmutz.
» » » Monsig. Giovanni Budar, della diocesi di Budejovice (res. Praga).
» » » Monsig. Stanislao Courbe, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Monsig. Carlo Flaiis, della medesima archidiocesi.
19 » » Monsig. Ascanio Macquart, della diocesi di Arras.
» » » Monsig. Lodovico Leclercq, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Bianchi, della diocesi di Bergamo.
23 » » Monsig. Teodorico Clemente De Gouvêa, della diocesi di Funchal (res. Roma).
25 » » Monsig. Giovanni Rothensteiner, dell'archidiocesi di Saint Louis.
» » » Monsig. Giacomo McGlynn, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Lyons, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Marco Pala, della diocesi di Ascoli Piceno.
26 » » Monsig. Alberto Delor, della diocesi di Nizza.
» » » Monsig. Giovanni Bandera, dell'archidiocesi di Milano.
1 Maggio » Monsig. Ludovico Caso, della diocesi di Alife.
15 » » Monsig. Enrico F. Clark, della diocesi di Savannah.
» » » Monsig. Giuseppe Crocke, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Giuseppe Matulaitis-Labukas, della diocesi di Kaisedorys.
20 » » Monsig. Francesco Riemer, della diocesi di Passavia.
24 » » Monsig. Giovanni Cavigioli, della diocesi di Novara.
30 » •» Monsig. Tommaso Giovanni Flynn, dell' archidiocesi di S. Giovanni di Terranova.
7 *Giugno* » Monsig. Ernesto Tomek, dell'archidiocesi di Vienna.
9 » » Monsig. Pietro M. H. Wynhoven, dell'archidiocesi di New Orleans.
» » » Monsig. Eugenio O'Callaghan, dell'archidiocesi di Armagh.
» » » Monsig. Enrico Tonai, della medesima archidiocesi.
14 » » Monsig. Edmondo Giuseppe MacCoy, della diocesi di Calgary.
20 » » Monsig. Giacomo De Gouvêa Bar reto, dell a diocesi di Funchal.

20 Giugno 1934. **Monsig. Emmanuele Francesco Camacho, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Antonio Gandolfi, della diocesi di Fidenza.**
» » » **Monsig. Luigi Onesti, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giuseppe Agostino Selbach, della diocesi di Green** Bay.
» » » **Monsig. Corrado Saiie, della medesima diocesi.**
24 » » **Monsig. Giovanni C. Carr, della diocesi di Buffalo.**
» » » **Monsig. Guglielmo Schrech, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Edoardo Rengel, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Annibale Ferretti (Roma).**
27 » » **Monsig. Roberto Ronca (Roma).**
» » » **Monsig. Luigi Valentin i (Roma).**
» » » **Monsig. Salvatore Vattuone (Roma).**
25 » » **Monsig. Giosuè Venturi, della diocesi di Acquapendente (res. Roma).**
» » » **Monsig. Virgilio Dalpiaz, della diocesi di Trento (res. Roma),**
3 Luglio » **Monsig. Lodovico Blanc, della diocesi di Marsiglia.**
11 » » **Monsig. Enrico Kaufmann, della diocesi di Detroit.**
» » » **Monsig. Antonio Klowo, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Gualtiero R. A. Marron, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Guglielmo F. Murphy, della medesima diocesi.**
12 » » **Monsig. Aldo Laghi (Roma).**
13 » » **Monsig. Lodovico Baragaño, della diocesi di Oviedo (res.. Quezal tenango).**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine P'iano:

20 Maggio 1934. **A S. E. il barone Maurizio Houtart, Ambasciatore Straordinario di S. M. il Re del Belgio presso il Santo Padre.**
7 Giugno » **A S. E. il marchese Francesco Pacelli, Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano.**

La Placca dell'Ordine Piano:

6 Luglio 1934. **Ai sig. comm. Augusto Ciriaci (Roma).**

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

15 Marzo 1934. **Al sig. marchese Luigi Rangoni-Machiavelli, dell'archidiocesi di Modena.**
20 Maggio » **Al sig. barone Giovanni Terlinden (Belgio).**

La Commenda dell'Ordine Piano :

25 Marzo 1934. **Al signor marchese Manfredo Fioravanti, Esente delle GG. NN. PP.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

24 Febbraio 1934. **A S. A. dedjazmach Mangacha lima (Etiopia).**

10 Aprile » **A S. E. Jevrem Si mie, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario di Iugoslavia presso la S. Sede.**

28 Maggio » **Al sig. dott. Alberto Hackelsberger, dell'archidiocesi di Friburgo.**

4 Giugno » **A S. E. il duca Marcello Visconti di Modrone, dell'archidiocesi di Milano.**

» » » **All'Illmo Signore Don Enrico dei principi Barberini (Roma).**

3 Luglio » **A S. E. Vincenzo Lojacono, Ambasciatore d'Italia in Turchia.**

12 » » **A S. E. Giovanni Nepomuceno Dostàlek, Ministro del Commercio in Cecoslovacchia.**

La Gran Croce deWOrdine di S. Gregorio Magno, classe militare:

15 Marzo 1934. **A S. E. il conte Pietro Macchi di Cellere, del S. Militare Ordine di Malta.**

La Commenda con Placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 Marzo 1934. **Al sig. Terenzio Sacchi Lodispoto (Italia).**

» » » **Al sig. arch. Alberto Calza-Bini (Roma).**

17 Aprile » **Al sig. dott. Guglielmo Trifogli (Italia).**

20 Maggio » **Al sig. barone Giovanni de Troostemberg (Belgio).**

21 » » **Al sig. Vincenzo Galante (Italia).**

7 Luglio » **Al sig. Carlo F. Williams, dell'archidiocesi di Cincinnati.**

» » » **Al sig. Guglielmo H. Albers, della medesima archidiocesi.**

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

15 Marzo 1934. **A S. E. il conte Fra Alessandro da Porto Barbaran, del S. Militare Ordine di Malta.**

» » » **A S. E. il marchese Fra Carlo Maresca di Serracapriola, del medesimo S. Militare Ordine di Malta.**

» » » **A S. E. il conte Fra Antonio Hercolani Fava Simonetti, del medesimo S. Militare Ordine di Malta.**

20 Maggio » **Al sig. Norberto Laude (Belgio).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 Ottobre 1932. **Al sig. Amerigo De Almeida Guimaraes, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.**

27 Ottobre 1933. **Al sig. barone Giovanni di Giura (Italia).**

27 Febbraio 1934. **Al sig. Luigi Beretta dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. dott. Pietro Pfanner, dell'archidiocesi di Lucca.**
» » » **Al sig. Luigi Perticucci de' Giudici, della diocesi di Arezzo.**
» » » **Al sig. doti Giovanni Francesco Hagerty, della diocesi di Newark.**
1 Marzo » **Al sig. Pasquale Randone (Italia).**
» » »• **Al sig. avv. Pasquale Bianca-Papa (Italia).**
» » » **Al sig. Valentino Briant (Belgio).**
5 » » **Al sig. ing. Francesco Costantini (Roma).**
17 » » **Al sig. Bruno Antonio Quinta valle, dell'archidiocesi di Milano.**
21 » » **Al sig. Camillo Salvi, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. comm. Michelangelo Pulieri (Roma).**
27 » » **Al sig. cav. avv. Giovanni Torre, dell' archidiocesi di Amalfi (res. Napoli).**
4 Aprile » **Al sig. dott. prof. Umberto Selan, dell'archidiocesi di Udine.**
7 » » **Al sig. cav. Ugo Pesaresi, della diocesi di Terni.**
U » » **Al sig. Vincenzo Mascioni, della diocesi di Como.**
13 » » **Al sig. Enrico Reverdy, dell'archidiocesi di Parigi.**
19 » » **Al sig. conte avv. Giacinto Paradisi-Miconi, della diocesi di Alatri (res. Roma).**
28 Maggio » **Al sig. dott. Giovanni Paolo Tessier, dell'archidiocesi di Parigi.**
1 Giugno » **Al. sig. Giovanni Gleeson dell'archidiocesi di Ottawa.**
» ,» » **Al sig. Paolo Francesco Goris (Belgio).**
3 » » **Al sig. not. Giorgio Namur, dell'archidiocesi di Cambrai.**
8 » » **Al sig. Paolo Fontant, dell'archidiocesi di Poitiers.**
12 » » **Al sig. dott. Pietro Giardini (Italia).**
13 » » **Al sig. Francesco Orlic, della diocesi di Veglia.**
16 » » **A I sig. Ladislao Preller, dell'archidiocesi di Belgrado.**
19 » » **Al sig. Felice Monchini (Roma).**
» » » **Al sig. dott. Arturo Dyroff, dell'archidiocesi di Colonia.**
27 » » **Al sig. conte Salvatore Tagliavia, dell'archidioc. di Palermo.**
» »• » **Al sig. prof. avv. Vincenzo del Giudice (Italia).**
8 Luglio » **Al sig. dott. Emilio Bonomelli, della diocesi di Cremona ("res. Roma).**
10 » » **Al sig. Oscar Van den Eynde de Rivieren, dell'archidiocesi di Malines.**
11 » » **Al sig. Alberto Borgiotti, deirarchidiocesi di Firenze.**

La Commenda dell Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

25 Marzo 1934. **Al sig. Camillo dei conti Pietromarchi, Cadetto nelle GG. NN. PP.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21	*Febbraio*	*1984.*	**Al sig. Raul Gerardo Maria De la Borie de la Batut, delia diocesi di Périgueux.**
23	»	»	**Al sig. dott. Carlo Hölzer, dell'archidiocesi di Praga.**
»	»	»	**Al sig. Lodovico Weterings, della diocesi di Harlem.**
»	»	»	**Al sig. Francesco Blondet, della diocesi di Grenoble.**
»	»	»	**Al sig. Luigi Bianchi, della diocesi di Malta.**
24	»	»	**Al sig. Ato Haïle-Kal (Etiopia).**
»	»	»	**Al sig. Ato Hakim-Belatcho (Etiopia).**
»	»	»	**Al sig. Francesco Fernando Goanais (resid. nel vie. Apostolico dei Galla).**
»	»	»	**Al sig. Ludovico Robillard (res. nel medesimo vicariato).**
»	»	»	**Al sig. Antonio Ayoub (res. nel medesimo vicariato).**
27	»	»	**Al sig. dott. Giacomo Alessandro Nugent, della diocesi di Newark.**
3	*Marzo*	»	**Al sig. Guglielmo T. Moore, della diocesi di Los Angeles.**
»	»	»	**Al sig. prof. Felice Battaglia (Italia).**
20	»	»	**Al sig. Federico Martino Koerner, dell'archidiocesi di Adelaide.**
21	»	»	**Al sig. Guglielmo Uberto Derks, dell'archidiocesi di Utrecht.**
24	»	»	**Al sig. Augusto Weckbecker, della diocesi di Spira.**
5	*Aprile*	»	**Al sig. Gustavo Moreau, dell'archidiocesi di Cambrai.**
»	»	»	**Al sig. dott. Leone Vanhoutte, della medesima archidiocesi.**
7	»	»	**Al sig. Eugenio Josselin, deirarchidiocesi di Bordeaux.**
»	»	»	**Al sig. Giovanni Maurizio Chevalier, della medesima archidiocesi.**
12	»	»	**Al sig. dott. Edoardo Cautillon, dell'archidiocesi di Cardili.**
»	»	»	**Al sig. dott. Ugo Kittel (Austria).**
»	»	»	**Al sig. dott. Vittore Aìtmann (Austria).**
13	»	»	**Al sig. Roberto De Gouttepagnon, della diocesi di Luçon.**
»	»	»	**Al sig. ing. Giacomo Courei, dell'archidiocesi di Parigi.**
14	»	»	**Al sig. Carlo Tiberghien van den Berghen, della diocesi di Lilla.**
»	»	»	**Al sig. Giorgio Collette, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Carlo Verley-Bollaert, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Alberto Dhellemmes, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Andrea Lepoutre-Flipo, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Gustavo Serive-Thiriez, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Giovanni Sion-Lemaìtre, della medesima diocesi.**
16	»	»	**Al sig. Ferdinando Costa de Beauregard, della diocesi di Chartres.**
17	»	»	**Al sig. Vigo Günther, del Vicariato Apostolico di Danimarca.**

14 'Aprile 1934. Al sig. Antonio Clemente Giacomo Maria Schellens della diocesi di Bois-le-Duc.
25 - » » Al sig. Guglielmo L. Igoe, dell'archidiocesi di Saint Louis.
'27 » » Al sig. dott. Giuseppe Aigner, della diocesi di Linz.
8 Maggio » Al sig. Antonio Maria Steins Bisschop, della diocesi di Harlem.
» » » Al sig. Pietro N. **L.** Staal, della diocesi di Bois-le-Duc.
1 Giugno » Al sig. Carlo Bufalari, della diocesi di Città della Pieve.
» » » Al sig. Luigi Momaroni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Pecker (Belgio).
» » » Al sig. Ludovico Willay, della diocesi di Arras.
» » » Al sig. Fernando Anselin, della medesima diocesi.
2 » » Al sig. Oscar Scholz, dell'archidiocesi di Breslavià.
3 » » Al sig. Giorgio Duminil, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. Paolo Hollande, della medesima archidiocesi.
16 » » Al sig. Carlo Magnaghi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Oreste Vigano, della medesima archidiocesi.
3 Luglio » Al sig. Carlo Paolo Maria Fai vre D'Arcier, della diocesi di Marsiglia.
» » » Al sig. Camillo Maria Giuseppe Ancey, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Nicola Giuseppe Caccavale, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Clemente Lorenzo Borgiálle, della medesima diocesi.
10 » » Al sig. Francesco Van Lan schot, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Al sig. Pietro Negri, della diocesi di Tortona.
11 » *»* Al sig. avv. Bernardo Mattarella, della diocesi di Trapani.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Di Blasi, della medesima diocesi.
15 » » Al sig. Antonio Rossi, della diocesi di Verona.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

16 Marzo 1934. Al sig. Giovanni Eugenio Regondeau, del vicariato apostolico di Brazzaville.
12 Aprile » Al sig. magg. Roberto Wrabel (Austria).
19 » » Al sig. cap. Alfredo Brunner, della Guardia Svizzera Pontificia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 Aprile 1934. Al sig. dott. Abele Pereira de Andrade, del Patriarcato di Lisbona.
20 Maggio » Al sig. Gastone Iwaens de Wavrans (Belgio).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 Febbraio 1934. Al sig. dott. Guido Tinti (Italia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 Ottobre 1933. **Al sig. Francesco Bernardini, della diocesi di Norcia.**
1 Marzo 1934. **Al sig. avv. Paolo Bruno, della diocesi di S. Marco e Bisignano.**
3 » ***Ai* sig. dott. Pietro Todde (Italia).**
» » » **Al sig. Nicola Mario Grazi (Italia).**
e » » **Al sig. avv. Giulio Galeazzi (Roma),**
» **Al sig. conte Enrico Galeotti Ottieri della Ciaia (Roma).**
20 » **Al sig. Ermes d'Orlando, della diocesi di Trieste.**
u » **Al sig. Felice Gasparri (Roma).**
e Aprile » **Al sig. Felice Schiavoni, della diocesi di Verona.**
9 » » **Al sig. ing. Italo Magistrelli (Roma).**
26 » » **Al sig. prof. Enrico Aubrun, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. conte prof. Roberto D'Harcourt, dell'archidiocesi medesima.**
28 » » **Al sig. Angelo Cortesi, della diocesi di Frascati.**
» » » **Al sig. Angelo Davanti (Roma).**
30 » » **Al sig. cav. Eugenio Pucci della diocesi di Soana e Pitigliano.**
» **Al sig. Riccardo Bencetti (Roma).**
5 Maggio » **Al sig. Oscar Czeija, dell'archidiocesi di Vienna.**
10 » » **Al sig. Giorgio Comin, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. Vitaliano Tagliabue, dell'archidiocesi di Milano.**
16 » » **Al sig. Carlo Meeus (Belgio).**
18 » » **Al sig. Giuseppe Arrobbio, della diocesi di Albenga.**
20 » » **Al sig. barone Francesco Houtart (Belgio).**
1 Giugno » **Al sig. ing. Michele De Angelis, dell'archidiocesi di Salerno.**
» » » **Al sig. dott. Francesco Danelli (Italia).**
11 » » **Al sig. Ernesto Tordela (Italia).**
20 » » **Al sig. Rubens Ferreira de Mello (Brasile).**
4 Luglio » **Al sig. Guido Armando Iraci (Roma).**
7 » » **Al sig. Don Giovanni Andrea d'Ardia Caracciolo Cicinelli dei principi di Tursi.**
U » **Al sig. Giovanni Trippel, dell'archidiocesi di Friburgo.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

20 Ottobre 1933. **Al sig. Umberto Familiari, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.**
21 Dicembre » **Al sig. Giuseppe Arcaini, della diocesi di Lodi.**
11 Febbraio 1934. **Al sig. Albino Macieira (Portogallo).**
12 Marzo » **Al sig. Felice Pouràilly, dell'archidiocesi di Tolosa.**
» » » **Al sig. Giovanni Fracchia, della diocesi di Asti.**

12 Marzo 1934. **Al sig. Amedeo Valentino Messe, della diocesi di Gasale.**
» » » **Al sig. Americo Sagna, dell'archidiocesi di Torino.**
14 » » **Al sig. Giovanni Giordani, della diocesi di Sabina.**
16 » » **Al sig. dott. Amedeo Guazzelli, della diocesi di Fiesole.**
17 » » **Al sig. Pietro Amedeo Taroni, della diocesi di Como.**
24 » » **Al sig. Paolo Bessieres (Roma).**
» » » **Al sig. dott. Carlo Bosman (Roma).**
» » » **Al sig. dott. Massimo Spada (Roma).**
4 Aprile » **Al sig. Ermanno Vitalowitz, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.**
10 » » **Al sig. Bartolomeo Solari, della diocesi di Chiavari.**
» » » **JAI sig. Teofilo Herder-Dorneich, dell'archidiocesi di Friburgo.**
21 » » **Al sig. Francesco Hrusovsky, della diocesi di Neosolio.**
26 » » **Al sig. Temistocle Sarti, dell'archidiocesi di Pisa.**
14 Maggio » **Ai sig. Riccardo Taddei, della diocesi di Todi.**
21 » » **Al sig. Luigi Pennacchio (Italia).**
» » » **Al sig. Canzio Mannucci, della diocesi di Chiusi e Pienza.**
2 Giugno » **Al sig. dott. Ferdinando Pellegrini, della diocesi di Montalto.**
» » » **Al sig. Giuseppe Frank (Roma).**
» » » **Al sig. Gustavo Emond, dell'archidiocesi di Ottawa.**
» » » **Al sig. Luigi Barnabò, della diocesi di Belluno.**
15 » » **Al sig. Giovanni Gallo, della diocesi di Cuneo.**
17 » » **Al sig. dott. prof. Michele Pavone, dell'archidiocesi di Palermo.**
» » » **Al sig. dott. Italo Corsaro, della medesima archidiocesi.**
5 Luglio » **Al sig. Giuseppe Trainini, della diocesi di Brescia.**

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

5 Febbraio 1934. **Monsig. Antonio Maria De Carlo, della diocesi di Tursi.**
» » » **Monsig. Vincenzo Arena, della medesima diocesi.**
1 Marzo » **Monsig. Traiano Jovanelli, dell'archidiocesi di Bucarest.**
19 Aprile » **Monsig. Giovanni Spencer, della diocesi di Saint Louis.**
» » » **Monsig. Giorgio Donelly, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Pudlowski, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Cornelio McCarty, della medesima diocesi.**
24 » » **Monsig. Antonio Kordin, della diocesi di Scopia.**

26 Aprile 1934. Monsig. Angelo Scrudato, delia diocesi di Agrigento.
» » » Monsig. Angelo Curella, della medesima diocesi.
29 » » Monsig. Antonino Sutéra, della medesima diocesi.
10 Maggio » Monsig. Aristide Giustozzi, della diocesi di Macerata.
24 » » Monsig. Giacomo Lenz, della diocesi di Passavia.
31 » » Monsig. Giacomo Rossi, della diocesi di Tortona.
» » » Monsig. Alfredo Falanga, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Luigi Galiaro, della diocesi di Vicenza.
» » » Monsig. Giacomo Menegbello, della diocesi di Padova.
» » » Monsig. Antonio Santoni, della diocesi di Firenze.
» » » Monsig. Giulio Faeibeni, della medesima diocesi.
7 Giugno » Monsig. Francesco Jénaki, della diocesi di Alba Julia.
» » » Monsig. Vittorio Macalik, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adalberto Barath, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Dino Carisi, della diocesi di Fidenza.
» » » Monsig. Isauro Donati, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gaspare Bentivenga, della diocesi di Monreale.
19 » » Monsig. Giovanni Jablanovié, della diocesi di Serajevo.
» » » Monsig. Damiano Trejo, della diocesi di Chiapas.
21 » » Monsig. Felice Cenci (Roma).
» » » Monsig. Raffaele Di Florio, della diocesi di Amalfi.
» » » Monsig. Andrea Oliva, della medésima diocesi.
28 » » Monsig. Sebastiano Filippini, della diocesi di Vicenza.
» » » Monsig. Giovanni Battista Ferraro, della diocesi di Savona.
7 Luglio » Monsig. Pietro Sfair, della diocesi di Damasco (rito maronita).

Camerieri d'Onore in>abito paonazzo di S. S.:

7 Dicembre 1933. Monsig. Cirillo Azman, della diocesi di Lubiana.
28 » .» Monsig. Benedetto Volgner, della diocesi di Bucarest.

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S.:

28 Aprile 1934. Il sig. Raoul Aligayer, dell'archidiocesi di Vienna.
7 *Giugno* » Il sig. Giovanni Flors Garcia, della diocesi di Valenza.

Cappellani d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

28 Dicembre 1933. Monsig. Luigi Thaier, dell'archidiocesi di Trento.
10 Maggio 1934. Monsig. Antimo Climaco, della diocesi di Ischia.

An. et vol. XXVI 3 Novembris 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. xi

NUNCIUM RADIOPHONICUM

A BEATISSIMO PATRE, DIE XIV OCTOBRIS MDCCCCXXXIV, AD URBEM BONAERENSEM DATUM POST SOLEMNIA PONTIFICALIA IBIDEM, AD EXITUM CONGRESSUS UNIVERSALIS XXXII EUCHARISTICI, A CARDINALI LEGATO PERACTA.

Christus Rex Eucharisticus vincit.
•*Christus Rex Eucharisticus regnat.*
, *Christus Rex Eucharisticus imperai.*

Haec laetabundi et gaudentes Nobiscum animo reputantes, pios labores vestros, dilectissimi in Christo filii, quotidie et quavis paene hora, mareoniana ope quasi praesentes, prosecuti sumus.

Nunc vero glorioso conventu vestro expleto, iuvat exsultanter adiungere:

Christus Rex Eucharisticus triumphat.

Atque utinam mitissimi et amantissimi Regis nostri una €um victoria et regno et imperio — Eidem necessario pertinentibus — pacificus etiam triumphus ab nobilissimis Argentinis oris ad omnes usque terrae partes, imo etiam ad omnes intelligentias omnesque voluntates tandem aliquando pertingat.

Ita enim egens et ob fraterni quoque regiique sanguinis effusionem afiiictus mundus ibi veram, firmam atque a tot malis liberam pacem inveniet, ubi unice viget et datur, pacem inquimus Christi in Regno Christi.

Haec ominantes a Deoque suppliciter precantes, paternam manum super vos omnes et singulos in persona Christi extendimus et Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus,, dicentes: Per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis de Lujan singularis patronae Beipublieae Argentinae, Beati Michaelis Archangeli, Beati Ioannis Baptistae, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Beatorum Martyrum Bochi Gonzalez,. Alfonsi Sodriguez et Ioannis de Castillo, sed et omnium Sanctorum, Benedictio Dei Omnipotentis Patris £ß et Filii £g et Spiritus 5} Sancti descendat super vos et maneat semper.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

BECLÑETENSIS ET LAUBETANA

EXEMPTIONIS, SUPPRESSIONIS ET INCORPORATIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Lauretanae Basilicae aedificia atque opera adnexa, vi articuli vicesimi septimi solemnis Conventionis inter Sanctam Sedem et Begnum Italicum, sub pleno ac directo Apostolicae Sedis dominio constituta sunt. Cum autem praedicti articuli dispositiones mox ad exsecutionem demandatae fuerint,, Nos, ut omnia in memorata Basilica ordinentur prout decet Pontificium Sanctuarium, quod ab Ordinarii dioecesani iurisdictione exemptum liberumque omnino esse convenit, eiusdem regimen atque curam peculiari Pontificio Administratori demandanda statuimus et decrevimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus *sit,* consensu interesse habentium vel habere praesumentium, Apostolicae potestatis plenitudine, episcopalem cathedram in Basilica Lauretana exsistentem supprimimus,; ataue eamdem Basilicam aedesque continentes, ab Ordinarii Becinetensis et Lauretani iurisdictione in omnibus exemptas, Nostrae Ipsius iurisdictioni directo subiicimus atque ad eam nomine quidem Nostro exercendam venerabilem fratrem Franciscum Borgongini Duca, Archiepiscopum titularem Heracleensem et in Italia Nuntium Apostolicum, deputamus, cui proinde omnes in spiritualibus ac in temporalibus facultates concedimus.

Suppressa autem cathedra Lauretana, et ipsam Lauretanam dioecesim, quae hucusque cathedrali Ecclesiae Becinetensi aeque principaliter

unita'exstitit, eidem dioecesi pleno iure in perpetuum incorporamus, eius titulo tantum servato; propterea Episcopus Recinetensis pro tempore exsistens Episcopi Recinetensis-Lauretani titulo fruetur.

Quum vero per incorporationem, ut supra decretam, ipso iure ac facto excidat sacri Pallii privilegium, a fel. rec. Benedicto decimoquinto, Praedecessore Nostro, Ecclesiae Lauretanae gratiose concessum, Nos, in benevolentiae testimonium erga venerabilem fratrem Aloisium Cossio, hodiernum Recinetensem-Lauretanum Episcopum, benigne indulgemus ut ipse, absque nova postulatione, sacro Pallio uti pergat, ad personam et intra fines tantum dioecesis Becinetensis-Lauretanae.

Statuimus denique ut statim cesset Delegatio pro cura Domus et Basilicae Lauretanae per Apostolicas sub plumbo Litteras *Commissum Tvumilitati Nostrae,* **die vicesima Decembris anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio datas, eidem venerabili fratri Aloisio Cossio Episcopo concredita.**

Ad quae omnia uti supra disposita atque decreta exsecutioni mandanda, quem supra diximus venerabilem fratrem Franciscum Borgongini Duca, in Italico Regno Nuntium Nostrum, deputamus; cui idcirco necessarias et opportunas tribuimus facultates, tum omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu orituras, tum etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum; eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem peractae exsecutionis actorum fidem authentica forma exaratam quantocius transmittendi.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Quae denique per hanc paginam Nostram statuimus, decrevimus, ediximus ac mandavimus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus; quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die quintadecima mensis Septembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. THOMAS P. O. P. Card. BÖGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C Consistorialis a Secretis. »

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 19. **- D. Francini.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE SIANFU ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE FONGSIANGFU IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex. Apostolico munere, quo fungimur, ea omnia singulari studio providere satagimus, quae ad bonum animarum magis utilia et ad Christi regnum in terris dilatandum magis opportuna videantur. Nunc vero, cum vicariatus de Siangfu in Sinis, curis demandatum Ordinis Fratrum Minorum, ob nimiam amplitudinem aegre possit cum optatis fructibus spiritualibus ab uno Ordinario administrari, cumque in eodem territorio plures Fratres Minores indigenae commorentur, utile atque opportunum visum est ex eodem vicariatu partem distrahere et ex ea novam Missionem efformare. Quare, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani, Apostolici Delegati in Sinis, omnibusque mature perpensis, necnon erga Ordinem Fratrum Minorum de vocatione plurium Sinensium ad sacerdotium hisce postremis annis optime meritum, propensam voluntatem Nostram ostendere volentes, haec quae sequuntur decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, ex vicariatu apostolico de Siangfu in Sinis territorium sex sequentium sub-praefecturarum civilium, nempe de Fong-siang, Lungchow, Kiengyang, Linyn, Paoki et Kishan seiungimus seu separamus, et ex territorio sic separato praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen de *Fongsiangfu* **facimus, et quam curis Fratrum Minorum Sinensium concredimus.**

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Novembris, anno MDCCCCXXXII, **Pontificatus Nostri undecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM S. CRUCIS, FLORENTIAE, O. FF. MM. CONVENTUALIUM, BASILICAE MINORIS AUGETUR HONORIBUS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Morentinorum in urbe exstat magni momenti templum titulo Sanctae Crucis, quod historiae atque artis insignibus fulget monumentis, quae omnes uno ore iure meritoque celebrant ac laudant. Templum idem, loco ecclesiolae piis religiosisque Fratribus Sancti Francisci Assisiensis concreditae, iam primis ipsis Ordinis Minorum temporibus saeculo tertio decimo fere exeunte fundatum est atque exstructum, ac per longam annorum seriem continentibus laboribus operibusque affabre factis excultum adornatumque ad alteram usque saeculi decimi noni medietatem, cum illis sane non longe a Nobis positis annis marmorea et mirabili fronte tandem sacra aedes expleta fuerit. Anno MCCCCXLII **a celeberrimo Cardinali Nicaeno templum, adstante quoque Decessore Nostro Eugenio Pp. IV, est sollemniter consecratum; sacraeque pompae omnes omnium ordinum cives ovanter ac pie interfuere, tum optimates dominatus magistratusque, tum populares. Nil mirum itaque si in interiore ipsius templi parte, praeter sacella, picturas, statuas, supellectilia, quae fere omnia ártifieum magni nominis manu sunt delineata et exsecuta, innumerabilia sepulcra, inscriptiones aliaque huius generis monumenta exstent perpulcra, quae ad nobiliores familias civitatis hominesque grandiores spectant; omnes enim non modo e florentina urbe, sed e tota etiam Tuscia magno affectu cultuque eum ipsum sacrum locum eiusdemque Fratres Franciscales iam prosequebantur. Memoranda quidem sunt facta Franciscana eventusque Ordinis eodem in templo adiectoque in conventu; Fertur enim tum Sanctum Patriarcham Assisiensem ibi, tum Sanctum Antonium Patavinam aliquod tempus consedisse. Ibidem praeterea Sanctus Ludovicus Episcopus Tolosanus hospitio receptus est; Sanctus Bernardinus Senensis ac Beatus Bernardinus Feltrensis aestuosi praedicatores ambo ferventesque verbum divinum fructuose fecerunt, adeo ut christifideles fiorentini pietate ac devotione haud communibus templum patrium Sanctae Crucis iugiter lustrarent, ad nostra usque tempora, frugiferis confraternitatibus ibidem constitutis adscripti, sollemnibus functionibus divinis adsistentes, Beatorum corpora venerantes sacrasque Relliquias eadem in ecclesia adservatas; quas inter plane memoratu dignae insignis Sanctae Crucis relliquia atque e corona divini Salvatoris sacra Spina, quam, uti fertur, sanctus ipse Francorum Rex Ludovicus donavit.**

Qua propter cum Administer provincialis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium in regulari provincia Tusciae a Nobis suppliciter demisseque efflagitaverit ut decimi noni a Redemptione recurrentis saeculi occasione praedictum templum Sanctae Crucis florentinum, cuius est etiam rector, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur, ut christifideles magis magisque ad Crucis amorem inflammentur atque eiusdem Redemptionis fructus diu. participes fiant, Nos votis huiusmodi, suffragio quoque auctis amplissimo tum dilecti filii Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Florentinorum Archiepiscopi, tum Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium annuendum ultro libenterque censuimus. Audita propterea Sacra Bituum Congregatione, apostolica Nostra auctoritate, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, templum Sanctae Crucis situm in civitate atque archidioecesi Florentina, titulo ac dignitate Basilicae minoris decoramus, illique omnia et singula iura et privilegia conferimus, quae Basilicis minoribus, iuxta Apostolicas concessiones, de iure competunt.

Haec ad decus ornamentumque praelaudata templi, ut propensum animum Nostrum significemus erga studiosos ipsius curatores ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, pariterque ad solatium christifidelium Florentinorum, qui devotionem suam erga Sanctam Crucem peculiaribus huc usque probarunt documentis, statuimus, edicimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; temploque eidem Florentino ad quod pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Decembris anno MDCCCCXXXIII, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

BEATUS CAROLUS LWANGA MARTYR, IUVENTUTIS AFRICANAE ACTIONIS CATHOLICAE PATRONUS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad. perpetuam rei memoriam. — Vicariatuum ac Missionum Ordinarii in finibus tum Apostolicae Delegationis Africae tum Delegationis Apostolicae Congi Belgici exsistentium nec non Ordinarii Missionum de

Ruanda, de Urundi, de Bamako, de Brazzaville, de Donala, de Latore Eburneo, de Diego Suarez, de Guinea Gallica., de Bobo Dioulasso, de Ouagadougou in Sudan Gallico, de Loango enixas Nobis adhibuerunt preces, suffragiis amplissimis Delegationen earundem suffultas, ut Patronum iuventutis africanae quae in Actionem Catholicam peragendam intra ipsorum locorum fines incumbit, Beatum Carolum Lwanga Märtyrern declarare dignemur. Non ignoramus quidem christifideles e regionibus eisdem iam Beatum Carolum Lwanga et Socios eius, qui Martyres de Uganda vulgo nuncupati, priscis Africae christianae heroibus, saeculo praeterito, aemulati sunt, tanquam Patronos pie ac religiose colere. Qua re Nos ad magis magisque in dies populi earundem regionum venerationem ac pietatem erga Beatos Ugandenses Martyres, itemque res ipsas missionarias ibidem fovendas, cum memoratis precibus concedendum censeamus, audito dilecto filio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatum Carolum Lwanga iuventutis africanae Actionis Catholicae in locis, quos supra memoravimus, peculiarem apud Deum Patronum declaramus et constituimus. Decernimus praeterea, eadem auctoritate Nostra, praesentium Litterarum vi itemque in perpetuum, ut festum eiusdem Beati Caroli Lwanga una cum festo Beatorum Martyrum Ugandensiurn quotannis recolatur in regionibus praedictis sub ritu duplici secundae classis, servatis tamen Rubricis aliisque de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quod spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxii mensis Iunii anno MDOOCCXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. CAMILLUM TIT. S. MARIAE SCALARIS S. R. E. PRIMUM DIACONUM CARDINALEM LAURENTI, SACRI CONSILII DE RITIBUS TUENDIS PRAE* FECTUM, DENA LUSTRA SACERDOTII EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Maxima Dei beneficia suavi memoria repetere et caelesti Largitori ampliores identidem ac sollemniores gratias cum familiaribus et amicis referre, piissimum exstat filialis caritatis officium simulque, inter cotidianos labores, iucunda animi requies atque oblectamentum. Hoc profecto tibi auspicato continget, quum proxime, in octava os. Corporis Christi, *Calicem salutaris* sumpturus, pergrata illa verba leniter concipies, quae primum, quinquaginta abhinc annos, in Sacro perlitando dixisti: *Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuii mihiì* Et sane divinum sacri Ordinis donum prima fuit causa et felix origo caelestium gratiarum, quibus, tam diuturno temporis intervallo, laetos salutis fructus, docili tua voluntate, protulisti. Cuncta enim tua, immo totum temet ipsum in sacro obeundo munere impendisti; praeclarum enim ingenium, mitem suavissimamque animi naturam, ingenuarum litterarum studia sacrarumque rerum scientiam ac doctrinam, omnes denique vires facultatesque tuas ad animas Deo comparandas easque perficiendas sedulo contulistis

In Sacris praesertim peragendis, in verbo divino declarando, in sacramento paenitentiae administrando, singularis pietas tua cum caritatis ardore semper enituit. Campus autem, in quo tuum animarum studium latissime potuit versari, exstitit potissimum Sacra Congregatio de Propaganda Eide, apud quam, per diuturnum aetatis spatium, muneribus, sive minoribus sive maioribus, summa cura et industria perfunctus es. Illud enim semper contendisti, ut sacrae Missiones ubique acciperent incrementum, et, novis ad Ecclesiam adscriptis gentibus, regnum Christi feliciter amplifiearetur. Interea res philosophicas docendo in Collegio Urbano de Propaganda Fide, jdoctrinam ac rationem divi Aquinatis ad mentem Eomanorum Pontificum es fideliter prosequutus, eidemque nobilissimae scientiae operam navasti in sancti ipsius Thomae Academia, cui quidem in praesens, cum clarissimis Collegis tuis, diligenter praesides. Postquam vero ad amplissimum Patrum Purpuratorum Ordinem per Decessorem Nostrum f. r. Benedictum XV Nobiscum es cooptatus, curas laboresque

tuos in bonum animarum et Apostolicae huius Sedis utilitatem h aud sane conferre desiisti. Immo, honore et dignitate perauctus, maiore etiam alacritate, commissa tibi in Romana ipsa Curia gravissima munera ob iis ti, praesertim quum Sacro Consilio de Religiosorum negotiis ac deinde Sacro isti de Ritibus tuendis Consilio te praeftcere voluimus. Nunc igitur novam hanc opportunitatem nacti, tibi, dilecte fili Noster, novum paternae Nostrae benevolentiae testimonium exhibere exoptamus. Quare Ipsi amicorum tibi gratulantium choro praeeuntes, proximam faustitatem tuam libenti laetoque animo participamus, et, fausta felicissima quaeque adprecantes Deum instanti precatione efilagitamus, ut te seros plane in annos, meritorum similiter plenos, benigne sospitare velit. Quorum quidem caelestium donorum munerum conciliatrix ac praecipuae dilectionis Nostrae testis, apostolica esto benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, tuisque familiaribus ac laborum sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis Iunii, annq MDGCCOXXXIV, **Pontificatus Nostri tertio decimo.**

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALAFRTDUM ILDEFONSUM S. S. E. PRESB. CARDINALEM SCHUSTER, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, DE IX CONCILIO PROVINCIALI HABENDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Perhumano litterarum tuarum officio certiores facti sumus Longobardae provinciae praesules Mediolanum ad Concilium celebrandum una simul conventuros, ut coniunctis consiliis dioecesium suarum bono prospiciant. Pastoralis studii, cuius haud dubia adhuc Nobis eluxerunt specimina, novissimum hoc documentum exstat, iucundum quidem Nobis et gratum, cum haud defutura foveamur fiducia ad religionis tutamen multa inde emolumenta isti prof ectura terrae, in quam, cum tot Nobis caritatis pignora servet, peculiaris amoris pondere ferimur. Augent vero secundi frugiferique exitus spem in consilio prudentia, in opere sollertia, in ausu fortitudo, in vigilantia navitas, praeclarae Longobardorum Antistitum virtutes. Cum gaudio autem comperimus vos nutu praesidio que legum, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, nisuros esse, ut divinae Revelationis candelabrum sempiternarum veritatum purum plenumque late circumfundat splendorem, ut nemo eorum, qui vestrae potestati parent, caelestis

doctrinae nescius, nemo indigus sit; in id quoque operam daturos, ut serpentium errorum fallacia et pravitas, praesertim infaustum protestantismi propagandi studium, apostolicae virtutis robore penitus retundatur. Sacrorum rituum maiestas cura vestra dignior Deo cotidie splendescet atque fidelibus solidum alimoniam suppeditabit, ut cum perfecto obsequio fidei eisdem ea iungatur caritas, quae in immensum distensa nulloque termino cohibita sit totius christiani orbis necessitatum sollicita. Debito honestamus praeconio sollicitudinem, quam conlaturi estis ut clerus sancte sancta munera complens se animatam virtutis regulam praestet idque unum quaerat, ut divina laus in hominum animis servandis inclarescat. Placeat vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, ut considerandum vobis ponderandumque aliud proferamus, quod publicae utilitatis laeta auspicia, validiora in dies incrementa progignit: de Actione. Catholica loquimur. Quodsi « laicismus », teterrima nostri saeculi lues, tot errorum caligine, tot maiorum caterva terrarum orbem conspargit, deteriora fortasse pariturus, contraria malo opposita medela, rei christianae restaurandae summopere prosunt laicorum hominum auxiliares copiae, quae ad rei catholicae emolumentum, ubique gentium, Dei adspirante Flamine, conscribantur. Actio enim Catholica, quae definitur laicorum hominum in apostolatum hierarchicum collaboratio, ut ipsa eius natura deposcit, sacrae hierarchiae, cui subest, auxiliatur et ad eiusdem structuram seu organizationem aptatur et fmgitur. Quam ob rem, quamvis ipsa et paroecialis et dioecesana sit, tamen sicut paroeciarum ita et dioecesium finibus circumscribi haud recte censeretur. Licet enim ubique terrarum tum natura tum finibus una et eadem sit, ita constituta est, ut pro uniuscuiusque regionis, uniuscuiusque populi necessitatibus, coniunctis voluntatibus et studiis religionis bono provideat. Quod ut vigentius assequatur et prppriis legibus regitur et propriis Centris innititur, Episcopis et imprimis Romano Pontifici subiecta. Sicut enim christianae vitae gubernator et rector Summus est Pontifex, qui per apta organa eam provehit et confovet, ita et Actionis Catholicae, quae in totius christianae vitae formas actuosam efficientiam et vim explicat. Ipse supremus est moderator per homines, qui apud Eum et apud Episcopos fiducia valentes ac debito mandato instructi operam industriamque suam in catholicae rei incrementum praebent. "Vestra igitur in Ecclesiam caritas haud nescia pollentius in partium refluere bonum quod coniunctis studiis universitati confertur, vos impellat, ut non solum pacifera Christi Regis acies bene apteque a vobis instruatur, verum etiam firmioris disciplinae nexibus tum vobiscum tum cum iis, qui mandatum Nostrum exsequentes ei eminus praesunt, solidetur. Industriis vestris secundo numine benignissimus Deus intersit opemque ferant beatis-

simi Ambrosius et Carolus, Mediolanensis Ecclesiae lucidissima sidera, ut quae caelesti inlnstrati lumine pro causa optima statueritis, caelesti dein virtute vegetati perficiatis. Apostolica autem benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster ac ceteris tecum conventuris Episcopis impendimus, paternae benevolentiae testis et nuntia, exoptata Dei praesidia vobis validiora" conciliet.

Datum ex Arce Gandulphi apud Eomam, die xxvnr mensis Augusti anno MDCÇCCXXXIV, **Pontificatus Nostri decimo tertio.**

PITTS P P . X I

in

AD EMUM P. D. EUGENIUM TITULO SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM PACELLI A PUBLICIS NEGOTIIS, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EX OMNI GENTE EUCHARISTICUM XXXII BONAERENSEM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Argentinam Rempublicam in triumpho divinae Eucharistiae apparando nulli profecto nationi velle esse secundam periucunde intelleximus. Neque enim iam exstat in orbe terrarum vel remotissima gens, quae fervidam Argentini populi vocem non audierit, suaviter allicientem ad primum Eucharisticum in America latina ex omnibus nationibus Conventum magnificentissime celebrandum. Tum sollertes sacrorum Antistites opportunis monitis, piisque religionis operibus, tum egregii civiles magistratus aptis consiliis ornatisque concionibus Christi fidelium animos ad sacra sollemnia insigne decore peragenda infiammare non destitere. Imprimisque vero Bonaerenses cives, Archiepiscopo quidem Civitatisque moderatoribus praeeuntibus, summa cura et sollertia efficere indesinenter student, ut ipsi, studiis omnium viribusque conlatis, avitas religionis laudes tradifamque erga augustum Sacramentum a patribus venerationem et cultum dignissime aemulentur. Etenim Bqnaërensis urbs, non modo ampKtudine, frequentia civium et aedium viarumque venustate, disciplinis et artibus maritimoque commercio viget floretque, verum etiam christianae fidei virtute et sacrae Eucharistiae pietate honorifice enitet. Pro certo igitur habemus gloriosae illius civitatis filios, maiorum suorum fastos per sofiemnia proxima renovantes, cuncto orbi catholico memorandum fidei et religionis exemplum fauste esse daturos. Quamobrem, ut publicos honores augusto Sacramento tribuendos Nostra participatione augeamus, laetitiamque carissimorum fide-

lium per Nosmetipsos quodammodo praesentes cumulemus, te, dilecte fili Noster, qui Nobismetipsis in regimine Ecclesiae universae assiduam studiosissimamque ad latus Nostrum operam navas, Legatum Nostrum, uti iam antea nuntiavimus, per nasce litteras eligimus et constituimus, ut, pro tua amplissima purpurati Patris dignitate praeclaroque'"munere quod sustines, simulque pro singulari tua erga mirabile Sacramentum veneratione ac pietate, Nostram geras personam et Conventui ex omnibus nationibus Eucharistico, in capite Argentinorum urbe proxime celebrando, Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Scimus autem maximi momenti atque utilitatis argumenta esse in publicis sessionibus pertractanda, quorum caput est dulcissimi Redemptoris nostri imperium, fideliter agnoscendum et in hominibus, tum singulis tum consociatis, firmiter stabiliendum. Quid vero aptius ad fructus anni Sacri novissime celebrati servandos atque multiplicandos, quam fideles Christi excitare ad suave eius iugum amplectendum atque ferendum? Nonne in tanto cupiditatum certamine, tantoque rerum humanarum discrimine, luce clarius apparet, nullam rei publicae universae salutem exquiri posse, nisi ex Dei Pifio, qui, humani generis Redemptor est totiusque terrarum orbis Rector ac Princeps? Minime igitur dubitamus, quin futurum sit, ut ex huiusmodi sollemni celebratione, quam participabunt plures purpurati Patres et Episcopi et ecclesiastici viri, nec non selecta fidelium agmina undique in Argentinam Rempublicam proficiscentia, non modo universalitas et unitas Ecclesiae, in tanta linguarum et stirpium varietate, palam luculenterque exhibeatur, sed firmissimum quoque Christi imperium, cui totum mortalium genus necessario subest, splendida luce appareat. Fidenter ergo, dilecte fili Noster, primus Legatus a latere Pontificis in Americam meridionalem missus, faustum hoc iter aggredere, praenobili munere perfuneturus; Omnes autem, qui in Bonaërensem urbem fconfluxerint, Nostris verbis hortare,^ut Christum Regem, sub velis eucharisticis abditum, adorantes* veramque vitam per caelestem dapem participantes, divini regni legibus integre libenterque obtemperare velint. Si enim Christus Dominus in singulorum animis, in domestico civilique convictu regnabit, tunc profecto apud gentes exstabit iustitia et abundantia f pacis. Quae paterno animo ominati tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus, qui in urbem Bonaërensem conventuri sunt, apostolicam benedictionem effusa in Domino caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xvi mensis Septembris anno MDCCOCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

ALGE EIENSIS •

DECRETUM

DE CURA ANIMARUM IN CAPITULO METROPOLITANO

Decano metropolitam Capituli Algeriensis per Apostolicas Litteras diei 25 Iulii 1866 et subsequens Consistoriale decretum diei 27 Aprilis .1870 tributa fuit actualis cura animarum in paroecia metropolitanae Ecclesiae Algeriensi adnexa. Cum autem ex una parte ob multiplicia opera paroecialia et numerum fidelium in dies crescentem nonnisi iuniori et actuoso presbytero eadem cura committi possit, ex altera vero parte haud conveniens videatur ut presbyter iunior ad animarum curam deputatus renuncietur simul Decanus, et praeponatur aliis Canonicis aetate et meritis praeclaris; R. P. D. Augustinus Fernandus Leynaud, hodiernus Archiepiscopus Algeriensis, audito Capitulo metropolitano, postulavit ut animarum cura a Decanatu seiungeretur atque digno ac probato sacerdoti e gremio Capituli seligendo uti Vicario committeretur. Quibus precibus Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, accedente etiam favorabili voto Excmi Domini Aloisii Maglione, Archiepiscopi Caesariensis in Palaestina, et Apostolici Nuntii in Gallia, benigne annuens, praesenti Consistoriali decreto, perinde valituro ac si desuper Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, statuit, ut in paroecia metropolitanae Ecclesiae Algeriensi adnexa animarum cura a Decanatu separetur eademque, ad normam canonis 471 Codicis iuris canonici, committatur sacerdoti de gremio Capituli uti Vicario, cum omnibus parochorum iuribus et obligationibus, eidem adsignatis congruis reditibus et emolumentis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus» Dominus deputare dignatus est R. P. D. Aloisium Maglione cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, iniuncto onere transmittendi ad hanc Sacram Congre-

gationem Consistorialem, intra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 9 Decembris 1933.

Fr. .R. C. Card. Rossi, *Secretarius.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

• BELEMENSIS DE PARA ET GURUPENSIS

COMMUTATIONIS FINIUM CIRCUMSCRIPTIONUM ECCLESIASTICARUM

DECRETUM

Franciscus M. Richard, Administrator Apostolicus praelaturae *nullius* **Gurupensis ab Apostolica Sede postulavit ut paroeciae** *Bragança, S. Miguet, S. Domingo et S. Anna de Gopim* **ab archidioecesi Belemensi de Para ad quam pertinent dismembrarentur et praelaturae** *nullius* **Gurupensi adiungeretur.**

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, petitionis opportunitatem recognoscens, auditis omnibus interesse habentibus, attento quoque voto R. P. D. Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania et Nuntii Apostolici in Brasihana Republica, Apostolicae potestatis plenitudine, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, statuit, vi praesentis Consistorialis decreti, ut praefatae paroeciae *Bragança, S. Miguel, S. Domingo et S., Anna de Copim* **ab archidioecesi Belemensi de Para dismembrentur et praelaturae** *nullius* **Gurupensi perpetuo incorporentur.**

Idem Ssmus Dominus Noster statuit ut eadem praelatura *nullius* **Gurupensis posthac nomen « Guamensis » assumat; item ut sedes eiusdem transferatur ab urbe** *Ourem* **ad urbem** *Bragança,* **et ecclesia paroecialis Nostrae Dominae Ssmi Rosarii dicata, ibi exstans, ad gradum praelatitiae ecclesiae extollatur; cui praelatitiae ecclesiae omnia iura et privilegia tribuit, quae ad normam iuris communis competunt, suppressis quibusvis iuribus et privilegiis, quibus gaudebat ecclesia praelatitia, sita in urbe** *Ourem.* .

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputare dignatus est memoratum Excmum R. P. D. Benedictum Aloisi Masella eidem tribuens

necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi, intra sex menses a **data praesentis Decreti computandos, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.**

Datum Eomae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 3 Februarii 1934.

Fr. E. C. Card. Eossi, *a Secretis.*

L. © S.

Y. Santoro, *Adsessor.*

III

TERGESTINA-IUSTINOPOLITANA ET FLUMINENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

Quum E. P. D. Antonius Santin, Episcopus Fluminensis, consentiente E. P. D. Aloisio Fogar, Episcopo Tergestino et Iustinopolitano, supplices preces Apostolicae Sedi obtulisset, ut pro utiliore fidelium regimine, municipia quae appellantur *Matteria* **et** *Gastelnuovo,* **dismembrarentur** a **dioecesi Tergestina-Iustinopolitana atque dioecesi Fluminensi attribuerentur, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, precibus benigne annuens, praesenti Consistoriali decreto statuit ut memorata municipia** *Matteria* **et** *Castelnuovo* **a dioecesi Tergestina-Iustinopolitana seiungantur atque dioecesi Fluminensi aggregentur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.**

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem E. P. D. Antonium Santin, Episcopum Fluminensem, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi, intra sex menses, ad Sacram Congregationem Consistorialem, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 Aprilis 1934.

Fr. E. C. Card. Eossi, *a Secretis.*

L. £g S.

V. Santoro, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

DECEETUM

DE SEMINARIO INTERRITUALI S. LUDOVICI REGIS CONSTANTINOPOLITANO

In urbe Constantinopolitana exstat, abbine quinquaginta circiter annos, Seminarium interrituale, cura Fratrum Minorum Cappuccinorum e Parisiensi provincia erectum, et a Sancto Ludovico Rege nuncupatum, in quo iuvenes bonae spei, tum latini tum orientalis ritus, ad sacerdotium instituuntur.

Plures ex illo usque ad praesens prodiere sacerdotes, pietate ac doctrina insignes, nec desunt qui sacerdotalis vitae curriculum, meritorum plenum, martyrii palma coronaverint.

Cum vero, Seminarium hoc, postremo, per universum orbem, saeviente bello, detrimentum senserit, et, pace restituta, necessitas instaurandae novae rerum conditionis postulet ut peculiaribus statutis gubernetur, ita ut uberiores fructus in posterum, aucto quoque alumnorum numero, exspectari liceat; Sacra Congregatio Orientalis, auditis Excmo Domino Delegato Apostolico in dicionibus Turcica et Graeca pro tempore exsistenti, necnon Revmo Patre Ministro generali Ordinis Minorum Cappuccinorum, ab omnibus Superioribus et alumnis praefati Seminarii religiose servandas statuit regulas ac normas ab ipsa Sacra Congregatione rite examinatas ac probatas, uti continentur in hoc exemplari, cuius áutographum in tabulario eiusdem Sacrae Congregationis asservatur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Orientalis, die 18 Maii, anno 1934.

A. Card. SINCERO, **Ep. Praenestinus,** *a Secretis.*

L.©S.

I. Cesarmi, *Adsessor'.*

STATUTA

SEMINARII INTERRITUALIS A S. LUDOVICO NUNCUPATI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA.

1. Seminarium interrituale a Sancto Ludovico in Urbe Constantinopolitana exsistens, a Fratribus Ordinis Minorum Cappuccinorum e provincia Parisiensi erectum eorumque curae iam ab initio commissum, immediate pendet ab Apostolica Sede, idest a S. Congregatione Orientali, quae iurisdictionem ordinariam in Seminarium et in eius Eectorem, Officiales, Magistros, alumnos ceterosque eidem addictos per Delegatum Apostolicum in Turcica dicione pro tempore exsistentem, eoque deficiente vel impedito aut absente, per eius quocumque titulo vices legitime gerentem exercebit.

2. Iurisdictio haec ordinaria desumitur ex canonibus 1352-1371 Cod. iur. can. eademque prorsus ratione a Delegato Apostolico in Seminarium interrituale a Sancto Ludovico exercebitur ac ab Episcopis in propria Seminaria ad normam eorumdem canonum iure ordinario exercetur, congrua tamen congruis referendo pro rituum diversitate.

3. Eectorem Seminarii e tribus Patribus O. M. Capp., quos Minister generalis xjraesentaverit, eligit ad sexennium Sacra Congregatio Orientalis, audito, si casus ferat, Delegato Apostolico. Unius Sacrae Congregationis est Rectorem ante exactum sexennium iusta de causa removere vel post sexennium eum denuo in suo munere confirmare, collatis consiliis cum Delegato Apostolico et cum Ministro generali Ordinis praedicti. In casu tamen urgenti et gravi de causa, Rector Seminarii poterit ab officio suspendi tam a Delegato Apostolico, monito Ministro generali, quam ab ipso Ministro generali, monito Delegato Apostolico, aequo iure, non requisito alterius consensu.

4. Ceteros Seminarii Officiales necnon Magistros, Minister provincialis Parisiensis eligit eosque per Rectorem praesentat Delegato Apostolico adprobandos.

Nemini, Ordini Fratrum Minorum Cappuccinorum extraneo, fas erit in Seminario docere nisi de consensu Delegati Apostolici.

5. Rei oeconomicae administratio penes Rectorem erit, qui per se vel per idoneum religiosum de consensu Superioris Regularis designandum, libros administrationis tenebit, quique semel in anno ad Sacram Congregationem per Delegatum Apostolicum de ea referet.

Subsidia pro itinere alumnorum, pro instituendis et sustentandis ipsis alumnis, necnon pro retribuendis professoribus, qui sint Ordini Fratrum Minorum Cappuccinorum extranei, suppeditabuntur partim a familiis aut dioecesibus alumnorum, partim vero ab ipso opere S. Ludovici.

6. Ut omnia quae ad regimen Seminarii pertinent ordinate procedant, debet Rector, adiuvantibus ceteris Officialibus et Magistris, auditoque Superiore suo Regulari Missionis, proponere normas disciplinares (vulgo: *règlement)* a Delegato Apostolico ad tempus vel semel pro semper adprobandas, quibus alumni etiam in minirais dirigantur et quasi manu ducantur.

7. Admissio et dimissio alumnorum, quaecumque est eorum conditio, regitur normis a Delegato Apostolico determinandis iuxta praescripta canonum et rerum adiuncta. Quoad vero dimissionem in casibus urgentioribus, si periculum sit in mora et recursusfad Delegatum Apostolicum nimis difficilis evadat, potest Eector per se statim providere; at de facta dimissione Delegatum Apostolicum

quam primum certiorem faciat. De alumno dimisso Ordinarias cura Rectoris monendus est, expressis, si casus ferat, dimissionis causis.

8. Ad sacras caeremonias recte addiseendas et cantum ecclesiasticum bene modulandum semel saltem in hebdomada per presbyteros ab Ordinariis singulorum rituum propositos et a Delegato Apostolico adprobatos, alumni doceantur»

9. Nullus alumnus potest, sine venia Delegati Apostolici, etiam per breve tempus e Seminario discedere, nisi agatur de gravi necessitate, quo in casu Rector providebit.

Permittitur tamen ut alumni aestivo tempore per aliquot dies, a Delegato Apostolico, de consilio Rectoris, determinandos, ad propriam familiam se conferant et apud eam permaneant, susceptis a familia expensis, nisi periculum aliquod timeatur.

10. De singulis alumnis et de statu Seminarii quotannis Rector scripto ad Sacram Congregationem Orientalem per Delegatum Apostolicum referat. Ad Ordinarios autem de alumnis tantum subditis in fine anni relationem faciet.

11. Alumni, qui ad normam iuris et servatis servandis admittendi sint ad Primam Tonsuram vel ad Ordines, petitionem a Rectore visam et adprobatam, Delegato Apostolico exhibeant, qui eam cum suis animadversionibus ad Ordinarium Oratorum remittet ut litterae dimissoriae impetrentur.

12. Examina ad Ordines suscipiendos, ordinandi, coram Delegato Apostolico, vel aliis ab eo deputatis, subibunt.

13. Collatio Ordinum pro alumnis latini ritus Delegato Apostolico reservatur, salva eidem facultate ordinandos ad proprios Episcopos remittendi vel etiam ad Episcopos extraneos. Alumni ritus orientalis ab Episcopo proprii ritus, in Urbe praesenti, ex commissione Delegati Apostolici ordinabuntur.

1-1. Seminarii alumni expleto studiorum curriculo et sacerdotio aucti in propriam dioecesim vel missionem redire tenentur et Ordinarii proprii plenae et exclusivae iurisdictioni se subiicere, ad normam canonum.

Ii

APPROBATIO

Ssmus Dnus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 15 Augusti 1934, novas constitutiones Cleri patriarchalis Bzommariensis, *ad decennium,* experimenti gratia approbavit.

SACRA CONGREGATIO RITUM

i

ANDEGAVEN.

CANONIZATIONIS E. MARIAE A S. ETJPHRASIA PELLETIER, VIRGINIS MONIALIS PROFESSAE EX ORDINE DOMINAE NOSTRAE A CARITATE, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A BONO PASTORE.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae Canonizationis B. Mariae a S. Euphrasia in casu et ad effectum de quo agitur.

Vix pauci excesserunt menses a sollemni Mariae a S. Euphrasia Beatificatione, quae in Vaticana Basilica die 30 Aprilis mensis, anno extra ordinem sacro nuper elapso, celebrata est, quum plures iam novae gratiae immo et miracula, ea intercedente, a Deo patrata passim efferantur, quae ulteriorem eiusdem Beatae glorificationem portendere videntur.

Quare Emus P. Gabriel Mallet, Congregationis Iesu et Mariae Procurator generalis et Causae Postulator legitime constitutus, enixas Exmi ac Emi Episcopi Andegavensis, Emi generalis Superioris Congregationis Iesu et Mariae, rmae antistitae generalis Andegavensis Instituti Sororum a Bono Pastore aliorumque preces humiliter Summo Pontifici porrexit ut Canonizationis Causae reassumptionem decernere dignaretur. Quod dubium Emus ac Emus D. Cardinalis S. B. C. Praefectus, loco et vice Emi ac Emi D. Cardinalis Caietani Bisleti, causae Belatoris, in Ordinario eiusdem Sacrae Congregationis coetu, die 8 mensis huius habito, proposuit. Emi et Emi Patres Cardinales, sacri tuendis ritibus praepositi, audito quoque E. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative,* **seu:** *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. Mariae a S. Euphrasia Pelletier, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI subsignata die per subscriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare

dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem Beatae Mariae a S. Euphrasia.

Datum Romae, die 9 Maii mensis anno Domini 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

TAURINEN.

CANONIZATIONIS REATI IOSEPHI CAP ASSO, SACERDOTIS SAECULARIS, COLLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATORIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis Beati Iosephi Cafasso in casu et ad effectum de quo agitur.

Taurinensis Ecclesia, decimonono mediante saeculo, tot tantosque viros qui sanctitate enituerunt, quot quantosque forte eodem temporis spatio nulla alia per orbem Ecclesia, protulit. Beatus Iosephus Cafasso omnibus quidem virtutibus in exemplum eluxit, sed uti sacerdotalium animarum formator eminuit, et totius Pedemontanae regionis insignis morum magister exstitit, eamque a iansenisticae labis reliquiis purgavit. Singulare meritum est ei tribuendum, quod S. Ioannes Bosco eius moderamini totum se commiserit, rursusque in eo et Patrem benevolum, validumque patronum invenerit solidumque fulcimen.

E terreno exsilio ad caelestem patriam anno 1860 a Deo vocatus, Beatificationis honores anno sacro 1925 est assequutus.

Eius virtutum admiratione captus christianus populus tale praesidium iugiter implorat, Deo fiduciam hanc seu gratiis, seu, ut videtur, miraculis quoque remunerante.

Quapropter Rmus D. Franciscus Tomasetti, Piae Salesianae Societatis Procurator generalis, huiusque Causae Postulator legitime constitutus, vota quoque depromens Emi ac Rmi D. Cardinalis Maurilii Fossati Archiepiscopi Taurinensis, totius Pedemontanae regionis Archiepiscoporum et Episcoporum, Rmi Capituli metropolitam Taurinensis, eiusdemque archidioecesis Seminariorum, Pontificii regionalis Seminarii Piceni, Ecclesiastici Collegii, cuius regimine et in quo Beatus magisterio functus est, quod modo apud Basilicam Beatae Mariae Consolatricis exstat, in qua eius corpus

requiescit, Rmorum Rectorum maiorum tum Piae Societatis Salesianae, tum Oblatorum B. M. V., Rmi Patris Parvae Domus a divina Providentia a S. Iosepho Benedicto Cottolengo fundatae, aliorumque, Ssmum D. N. **Pium Papam XI supplex exoravit, ut Canonizationis Causa resumeretur. Itaque in Ordinario Sacrorum Bituum coetu die 12 huius mensis habito Emus ac Emus D. Cardinalis Caietanus Bisleti Causae Ponens seu Belator dubium proposuit:** *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae praedicti Servi Bei in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi ac Rmi DD. Patres Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus hisce perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, rescribere censuerunt:** *Affirmative,* **seu:** *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beati Iosephi Cafasso, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem Beati Iosephi Cafasso.

Datum Bomae, die 13 Iunii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. **$ S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

III

COLONIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE FRANCISCAE SCHER VIER FUNDATRICIS SORORUM PAUPERUM S. FRANCISCI.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter praeclarissimas animas, quae Aquisgranensem civitatem virtutum splendore et benefactis erga proximum elapso saeculo illustrarunt, Maria Francisca Schervier facile princeps est dicenda. Ex piis honestisque parentibus Ioanne Henrico Gaspare Iosepho, magni opificii institore, et Maria Aloisia Migeon, die 3 Ianuarii mensis anno 1819 Francisca orta est, cuius in sacro fonte, per procuratorem, Franciscus II, Austriae Imperator, patrinus fuit. Vix decennis primitus ad sacram synaxim est admissa et

insimul sacro Confirmationis sacramento roborata. Anno 1832, pia genitrice viam universae carnis ingressa, totius familiae regimen, decimumquartum quum paene attigisset annum, suscipere est coacta. Hoc regimine non intermisso, Francisca, divinae caritatis igne adacta, caelesti prudentia duce, pauperum necessitatibus largiter subvenire, infirmis opitulari, puerulos christianam catechesim edocere in deliciis habebat: ad periclitantes puellas a malo retrahendas, nulli parcens industriae, nullo timore perterrita, audax aliquando, omni studio animum intendebat: quibus in officiis maximo adiumento erat R. D. Istas, vicario parocho. At anno 1845 tum Franciscae pater, tum vicarius Istas mortui sunt, totumque salubrium horum operum pondus in Franciscam recidit. Familiaribus rebus compositis, Francisca religiosam vitam capessere statuit, sed ut clarius Dei voluntatem agnosceret, Leodium se contulit ut sacris spiritualibus exercitationibus incumberet. Hac cognita, Aquisgranum rediit et die 3 Octobris mensis a. 1845 una cum quinque sociis, communi vita inita, Instituti, quod coram Deo iam mente conceperat, prima fundamenta iecit.

Exorto cholerico morbo, pauloque post variolarum contagione saeviente, a civili magistratu Franciscae eiusque consororibus infirmorum cura fuit concredita; quod munus omnibus, vel acatholicis, mirantibus, Sorores sanctissime expleverunt. Quapropter certatim earum opera requisita fuit. Ne autem in vacuum currere videretur, canonicam formam nascenti Instituto dare necessarium ducens, regulas conscripsit, in quibus in eodem duas quasi familias constituit: alteram, Sororum, numero minorem, orationi et paenitentiis in claustro addictam, actuosam alteram pietatis operibus deditam, sub B. Francisci Assisinatis patrocinio, eo quod arctissimae paupertatis et flagrantissimae caritatis tanti legiferi patris esset aemulatrix. Unde nomen « Sorores pauperum S. Francisci» Instituto inditum. Religiosum habitum die S. Virgini Clarae Assisiensi sacra anno 1850 Sorores assumpserunt. Anno 1851 Cardinalis Archiepiscopus Coloniensis regulas approbavit et confirmavit, quas a. 1870 Pius IX fel. rec. apostolica auctoritate laudavit, Pius autem X a. 1908 plene approbavit.

Instituti fama longe lateque in exteras quoque regiones diffusa, plures novas Francisca fundavit domos, accurrentibus, ut sanctum hoc arriperent vitae genus, frequentissimis puellis, sorores modo ad fere tria millia numerantur.

Immania dum annis 1864, 1866 et 1870 bella saeviebant, insignia virtutum specimina Francisca eiusque Sodales in militibus curandis dederunt.

Insurgente vero durissima contra catholicam Ecclesiam lucta, Francisca, parata frangi, non flecti, fortissime restitit, vicit, atque in Germania manere ei datum. Virtutes omnes in ea clare eluxerunt. Deum famulam

suam' prophetiae, cordium scrutationis aliisque donis ditasse certum pariter videtur. Laboribus, paenitentiis fractam saevissimus ingruens ex improviso morbus penitus prostra vit. Die 14 Decembris mensis anno 1.876, annum agens quinquagesimum octavum, atrocibus doloribus dirissime excruciata, quos tamen invicta patientia et admirabili spiritus fortitudine toleravit, Iesu et Mariae dulcissima nomina pronuncians, purissimam animam Aquisgrani exhalavit.

Sanctitatis fama, qua Serva Dei vivens fruebatur, ea demortua, praesertim in sua civitate, vehementer erupit; eius iusta funebria triumphum potius quam funus dixisses, et, ut amplissimae postulatoriae litterae Aquisgranensis Episcopi cum suo Capitulo testantur, « a civibus gratis titulo Matris Aquisgrani honorata est ».

Quum itaque in omnium votis esset ut de Beatificationis causa ineunda ageretur, in Coloniensi archiepiscopali curia, sub cuius iurisdictione Aquisgranum tunc erat, ordinaria auctoritate processus seu super scriptis seu super sanctitatis fama sunt constructi et ad Urbem transmissi.

Decretum de scriptorum approbatione sub die 28 Februarii mensis anno 1928 fuit editum. Quatuor ante annos ordinarius processus rite fuit apertus, omniaque ad iuris normam parata. Quapropter Emo P. Antonio M. Santarelli Ordinis Minorum, Causae huius Dei famulae legitimo Postulatore instante, quum nihil obstaret quominus Causa haec procedere posset, in Ordinario S. B. C. coetu die 8 Maii mensis anno D. 1934 in Vaticanis aedibus habito, Emus et Emus D. Cardinalis Baphael Carolus Bossi Causae Ponens seu Eelator dubium proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae praedictae Servae Dei in casu et ad effectum de quo agitur,* **et de hac de more retulit. Emi ac Emi PP. Cardinales, audita hac relatione, necnon auditis suffragiis, scripto datis, Emorum Officialium Praelatorum et E. P. D. Salvatoris Natucci Fidei Promotoris generalis: attentis amplissimis postulatoriis litteris nonnullorum S. B. E. Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum, qui Fuldam convenerant, plurimorumque Archiepiscoporum et Episcoporum septentrionalis Americae, virorum seu ecclesiastica seu civili dignitate insignium, praesertim E. P. D. Ignatii Seipel s. m. Austriae Cancellarii nec non Perillustris Doctoris M. C. Marx Germanicae Eeipublicae Cancellarii, plurium S. D. concivium, generalis Consilii Sororum Pauperum a S. Francisco, generalis Ministri Ordinis Minorum, aliorumque, omnibus mature perpensis rescribere censuerunt:** *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsequenti die Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali S. B. C. Praefecto, Sanctitas Sua S. C. rescriptum

ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Franciscae Schervier, Fundatricis Sororum Pauperum S. Francisci, signare dignata est.

Datum Romae, die 9 Maii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

IV

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI FRIDERICI ALBERT, VICARII PAROECIALIS ET VICARII FORANEI, FUNDATORIS SORORUM VÏNCENTIANARUM A MARIA IMMACULATA.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Nobilissima Pedemontana regio, quae nuper Iosephi Benedicti Cottolengo et Ioannis Bosco canonizatione amplissime est honestata, ad novos triumphos properare videtur. Insignem caritate erga omni miseriae genere laborantes Iosephum Benedictum universa extollit Ecclesia, quae pariter Ioannem, eo quod apostolico spiritu repletus novum ordinem, novam rationem animas ad Christum adducendi invexerit, glorificai. His suppares B. Iosephus Cafasso aliique Dei famuli fuere, quibus merito Fridericus Albert annumeratur, qui Boni Pastoris vestigia cominus sequutus, dignus, ut videtur, est qui fidelibus in exemplum proponatur.

Die 16 Octobris mensis anno 1820 Augustae Taurinorum ortus est, sacrisque abluto aquis Friderici nomen impositum. Parentes ei fuerunt Aloisius, qui in regio exercitu ad superiores gradus ascendit, et Lucia Riccio, quae puerulum pietate summa cura imbuit.

Vivida indole praeditum validoque ingenio pollentem pater militarem vitam eum amplecti exoptabat; at Fridericus, dum ad B. Sebastiani Valfrè altare preces effundebat, vocanti Deo obsequens, ecclesiasticae militiae nomen dare constituit. In theologica facultate anno 1842 doctor creatus, insequenti anno sacerdotio auctus sacris ministeriis magno cum animarum emolumento totum se dedit.

Carolus Albertus, Rex, eum suae aulae capellanum elegit. Quo in munere Fridericus insignia animarum zeli et christianae fortitudinis exempla dedit. Anno 1852 a Victorio Emmanuele II foranea vicaria oppidi *Lanzo* **ei fuit collata, quam ad mortem usque retinuit. Omnia pastoralia munia summo zelo, summaque alacritate exercuit. Parochialem ecclesiam instauravit atque ampliavit, non dedignans saxis ad hoc opus se onerare, eamque picturis exornavit.**

In verbo Dei praedicando assiduus, tanta doctrina et efficacitate sermocinabatur, ut fidei veritates et christiana praecepta auditorum animis alte infigerentur. Saepe una eum B. Iosepho Cafasso, aut cum ipso Archiepiscopo, aut cum aliis vitae sanctimonia eommendabilibus viris, qui Taurinensem Ecclesiam tum illustrabant, in S. Ignatii recessu sacerdotes alloquebatur, magno animorum motu atque emolumento. *Non homo est qui sermoeinatur,* **aiebant,** *sed Angelus:* **tam suavia ex eius ore, caelestis sapientiae plena, verba profluebant. Nec mirum: sacris enim expeditionibus aut exercitationibus saltem novendialibus precibus una cum austeris ieiuniis ac asperrimis paenitentiis se praeparabat.**

In paenitentiae Sacramento administrando omnem industriam adhibebat ut peccatores suorum admissorum vivissimum dolorem conciperent et mores reformarent, animae autem ad pietatem proclives perfectionis iter generosius arriperent. Vigil pastor contra quemdam fidei osorem, qui in populo errores disseminabat, fortiter adeo restitit, ut is abire fuerit coactus.

Nec intra hos limites eius zelus se continuit. Asylum pro infantibus puerisque, orphanotrophium pro puellis quae parentibus fuissent orbatae, educationis domum pro virginibus fundavit, pro quibus moderandis, prudentissimorum virorum consilio, Sororum Vincentianarum ab Immaculata Conceptione familiam instituit, quae ab eius cognomine vulgo Albertinae appellantur. Collegium pro adolescentibus opificibus et agrorum culturae addicendis condere cum statuisset, rem cum S. Ioanne Bosco pertractavit, sed morte praeventus opus vix inceptum perficere non potuit.

Tantus animarum zelus ex divina caritate, qua eius anima incendebatur, profluebat, quam Servus Dei iugi oratione, arcta sensuum custodia, filiali religione erga Beatam Virginem, Ss. Eucharistiae assidua adoratione, aliisque industriis alebat.

Ad episcopales sedes tum Bugellensem tum Pineroliensem designatus, tanto oneri honorique humillime restitit.

Imminentis mortis, ut videtur, praescius, orationibus magis magisque institit. Die 28 Septembris mensis anno 1876 ex lignea contignatione, quo ascenderat ut novi sacelli absidem sua manu ornaret, praeceps ruit, efiracto capite: die autem 30 purissimam animam exhalavit.

Sanctitatis fama, qua Dei famulus adhuc vivens fruebatur, post mortem, addito quoque gratiarum, eo interveniente obtentarum, rumore, adeo ferbuit, ut, vix datum est, Ordinaria auctoritate processus sit institutus seu super sanctitatis fama seu super scriptis, et super cultu liturgico nunquam praestito.

Servatis omnibus de iure servandis, die 3 Martii mensis huius anni super scriptis editum est decretum, et parata sunt quae a iure requiruntur, ut ad ulteriora procedi queat. Quapropter Emus D. Carolus Eusticoni, Ordinarii Castrensis Vicarius generalis et Causae huius Postulator legitime constitutus apud S. H. C. institit, ut Causa introduceretur. Itaque in Ordinario S. E. C. coetu die 12 Iunii mensis habito Emus ac Emus Cardinalis- Aloisius Sincero Episcopus Praenestinus, Causae Ponens seu Eelator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae praedicti Servi Dei in casu et ad effectum de quo agitur;* **et super hac de more retulit. Emi ac Emi PP., hac audita relatione, nec non auditis suffragiis scripto datis Emorum Officialium Praelatorum et praesertim audito E. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali: attentis quoque Postulatoriis litteris Emorum ac Emorum Cardinalium Maurilii Fossati Archiepiscopi Taurinensis, Petri Maffi Archiepiscopi Pisani, Caroli Dalmatii Minoretti Archiepiscopi Ianuen., Aloisii Lavitrano Archiepiscopi Panormitano nec non plurimorum Archiepiscoporum et Episcoporum, Capitulorum cathedralium, parochorum Taurinensis archidioecesis, Pontificiae Facultatis Theologicae Taurinensis, Ordinum seu Congregationum religiosarum, aliorumque clarissimorum virorum, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt^** *Affirmative,* **seu** *signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsequenti die Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servi Dei Friderici Albert signare dignata est.

Datum Bomae, die 13 Iunii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

V

RHEDONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE AMELIAE FRISTEL, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM SACRORUM CORDIUM IESU ET MARIAE.

SUPER DUBIO „

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quando Dominus nos suscipit, **ait Augustinus,** *numquid inermes dimittit f Armât nos, sed aliis armis evangelicis, veritatis, continentiae, salutis, spei, fidei, caritatis* **» (Enarr. in Ps. 45, 13). Porro Deus, qui, ut scribit Apostolus,** *infirma mundi elegit, ut confundat fortia* **(I Cor., 1, 27) ad grandia perficienda opera debilibus natura instrumentis utitur, quae tamen evangelicis armis fortissima reddit ad omnia inimicorum munimenta evertenda et insidias superandas. Re quidem vera, Deus ad ruinas a gallica perturbatione partas reparandas, hac illae plurimas, vel in sequiore sexu. suscitavit animas, quae omnigenis virtutibus ornatae christiani populi mores reformarent. Insigne huius divini consilii exemplum fuit Serva Dei Maria Amelia Fristel, quae ex Sacratissimo Corde Iesu humilitatem et caritatem _ large hauriens, seu per se, seu per spirituales filias, mirabilia in christiano ^populo est operata.**

In urbe *Saint M alo* **in Gallia die 10 Octobris mensis anno 1798 novissima •ex sex filiis orta ea est. Maclovius Ioannes, qui advocati et notarii munus colebat, et Regina Lemarescal, pietate commendabiles, parentes ei fuere.**

In sancto baptismatis sacramento Ameliae Virginiae nomina fuerunt ei imposita. Trimula cum esset, mortis discrimen adiit, e quo divina providentia erepta, ad magna pro Domini gloria et animarum salute gerenda servata est. Anno 1801, patre demortuo, mater vidua cum filiis in Rhedonensem urbem se transtulit, ut aptius eorum educationi eonsuleret. Sub dura sororis natu maioris disciplina puellula litterarum rudimentis est imbuta, numquam de immeri tis a sorore inflictis castigationibus conquesta: quare ipsa soror postea, veluti facti paenitens, eam patientiae et bonitatis angelum fuisse edixit. Sacerdos e Societate Iesu spiritus moderator ei fuit, eamque perfectionis viam docuit, puella egregie respondente. Matri obsequens aliquantisper mundanis vanitatibus indulgere visa est: sed mature ab eis se retraxit, virginitatisque votum, suae conscientiae moderatore probante, nuncupavit, quod singulis annis reno-

vare solebat, honestissimas nuptias a matre oblatas fortiter recusans. Rhedonensi relicto, in oppido *Paramé* tota familia domicilium posuit.

Interim pietatis erga Deum et erga proximos officiis incumbebat, insimul domesticas curas minime negligens, quin immo et sororis filios summa cura in litteris ediscendis instituit. Ut perfectiorem vitam assequeretur, Societatis S. Cordis Matris admirabilis, quae societas a S. Ioanne Eudes Tertii Ordinis ad instar fuit instituta, regulam professa est, quam ad linguam servavit: quinimmo, licet in iuvenili adhuc esset aetate, eidem fuit praeposita. Duobus germanis fratribus graviter decumbentibus [amanter adstitit, atque ut alter ex his sanctam oppeteret mortem feliciter adlaboravit. Anno 1838 matre vita defuncta, adscitis sibi nonnullis aliis piis puellis, Amelia impensiore studio se caritatis operibus tradidit. Deo sic disponente, dives quidam agricola, Henricus Lemarié nomine, eam heredem instituit, eo fine ut in sua domo « dés Chênes » vocata, asylum pro senibus constitueret; quod ab ea anno 1846 exeunte apertum est; hanc autem domum sub B. M. V. patrocinio posuit, appellavitque gallico titulo: *Notre-Dame des Chênes, salut et santé des malades et des infirmes.*

Cum aliis quinque piis virginibus in domo hac veluti religiosam vitam sub regulis a P. De La Morinière, generali Eudistarum Superiore, datis ducebat, maternam curam erga senes peramanter impendens, civibus tantam caritatem demirantibus.

Planum itaque factum est iter ad veri nominis religiosam congregationem statuendam, quae die 11 Novembris mensis anno 1853 ab Episcopo Bhedonensi Godefrido Saint Marc, regulis tertiariarum maxima ex parte retentis, nonnullis tantum additis et variatis, approbata fuit, et a Sacris Cordibus Iesu et Mariae vocata: felix Eudistarum Congregationis surculos! Amelia assumpto Mariae Ameliae nomine, religiosa vota coram Episcopi Delegato una cum sodalibus nuncupavit, et unanimiter generalis antistita fuit renuntiata. Praeter senum pauperumque curam, Episcopus voluit ut Sorores in parvis oppidis pro pueris puellisque scholas haberent, unde appellatae quoque vulgari nomine fuere: *Sorores parvarum scholarum.* **Nova haec Congregatio Serva Dei adhuc vivente mire propagata, plures modo domos diversis in locis recensere gloriatur. Maria Amelia virtutibus omnibus in exemplum ornata caelo iam maturescebat. Anno 1866 sanguinis effusionem in cerebro est passa: bis aliquantulum convaluit: tertia autem effusio, quae ei die** *8* **Octobris mensis contigit, ad mortem eam adduxit, quam integris intelligentiae viribus sanctissime die 14 eiusdem mensis oppetiit. In oppidi Paramé coemeterium, post iusta funebria, Servae Dei corpus sollemni pompa fuit delatum, magno populi, ex viciniis quoque, concursu, omnibus optimae matris excessum complorantibus.**

Sanctitatis fama non defervescente, in ecclesiastica Bhedònensi curia anno 1924, ordinaria auctoritate seu super eadem fama seu super paritione Urbani VIII decretis de cultu Servis Dei non exhibendo, seu super scriptis, constructi sunt processus. Die 28 Maii mensis a. 1924 super scriptis a S. H. O editum est decretum. Die 24 Iulii 1925 duo edita sunt decreta quorum vi tum informativus tum super non cultu processus aperti sunt.

Quum itaque servata sint omnia quae a iure hisce in causis requiruntur, instante Emo P. Gabriele Mallet, Congregationis Iesu et Mariae Procuratore generali, huiusque Causae Postulatore legitime constituto, in Ordinaria Sacrorum Eituum Congregatione die 12 Iunii mensis habita, Emus ac Emus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae praedictae Servae Dei in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi ac Emi PP., audita Emi Ponentis relatione, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, nec non voce et scripto E. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, attentis postulatoriis litteris Emi ac Emi D. Cardinalis Mercier fel. rec. nec non plurium Archiepiscoporum, Episcoporum, Vicariorum Apostolicorum, Abbatum, Superioris generalis pp. Eudistarum, generalium Vicariorum et Seminariorum Ehedonensium, Filiarum Sacri Cordis Matris Admirabilis de Paramé, cuius piae Societatis Serva Dei ad mortem usque moderatrix fuit, aliorumque, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt:** *Affirmative,* **seu** *signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subsignata die, Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione a subscripto Cardinali S. H. C. Praefecto, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Ameliae Fristel, Fundatricis Instituti Sororum SS. Cordium Iesu et Mariae signare dignata est.

Datum Eomae, die 13 Iunii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, ***Praefectus.***

L. % **S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

PECULIARES FAVORES SPIRITUALES PRO DEFUNCTIS CONCEDUNTUR

DECRETUM

Nihil antiquius in Ecclesia Christi, ut vetustissima monumenta testantur, nihil concordius, nihil constantius quam pia defunctorum fratrum recordatio officiosaque sedulitas hostias, preces, eleemosynas aliaque id genus pròpitiatoria opera Deo pro eis offerendi, ut a peccatis solvantur. Quod, ceteroquin, aliud demum non est nisi catholici dogmatis *Communionis,* **quam vocant,** *Sanctorum* **realis professio; dum** *militantes* **fideles propriam** *purganlibus* **ita opem conferunt, ut in Ecclesiam** *triumphantem* **quantocius cooptari mereantur.**

Et ad hoc, sane, non defuerunt Romani Pontifices pro eorum paterna sollicitudine saepe saepius, decursu temporum, plenisque manibus Ecclesiae thesauros profundere. Ut ecce Clemens XIII qui Missas omnes quae in annua Omnium Fidelium Defunctorum Commemoratione celebrantur, privilegiatas edixit; et Pius X qui indulgentiam plenariam *toties quoties,* **suetis conditionibus, eadem die lucrandam largitus est; et novissime Benedictus XV qui ter eadem ipsa die Sacrum faciendi facultatem omnibus sacerdotibus benigne concessit.**

Haud mirum igitur si, Decessorum suorum vestigiis inhaerens, Ssmus D. N. Pius Pp. XI feliciter regnans vehementissimam Suam erga purgantes animas caritatem peculiari quodam modo testatam et Ipse voluerit. Quem in finem in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 27 vertentis mensis impertita quae sequuntur benignissime indulsit, scilicet:

1. Ut, durante [Commemorationis [Omnium Fidelium Defunctorum octavario, Missae omnes injquocumque altari et a quocumque sacerdote celebratae habeantur tamquam privilegiatae, pro anima tamen cui applicantur.

2. Ut fideles omnes qui, eodem octavario durante, coemeterium pie ac devote visitaverint et, vel mente tantum, pro defunctis exoraverint,

lucrari Valeant, suetis conditionibus, singulis diebus, indulgentiam plenariam, sed defunctis ipsis tantum applicabilem.

3. Ut fideles omnes qui, ut supra, coemeterium visitaverint et pro defunctis exoraverint quovis anni die, lucrari valeant indulgentiam partialem septem annorum; hanc quoque tamen applicabilem tantum ipsis defunctis.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae die 31 Octobris 1934.

L. **Card,** LATTEI, *Paenitentiarius Maior.*

.L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 24 Luglio 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Congregazione dei Riti *Preparatoria,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Prelati Officiali e dei Consultori teologi, per discutere sull'eroismo delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Emilia de Vialar, Fondatrice della Congregazione delle Suore di San Giuseppe dell'Apparizione.

Martedì, 29 Ottobre 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, ha avuto luogo la Congregazione *Preparatoria,* sulle virtù esercitate in grado eroico dalla Venerabile Serva di Dio Filippina Duchesne, dell'Istituto delle Suore del Sacro Cuore di Gesù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 Giugno 1934. L'Eccmo Monsig. Arturo Hinsley, Arcivescovo tit. di Sardi, *Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

27 Ottobre » L'Eccmo Monsig. Carlo Margotti, Arcivescovo di Gorizia, e i Revmi Padri Martino Jugie e Raimondo Ianin, degli Agostiniani dell'Assunzione, *Consultori della Sacra Congregazione pro Ecclesia Orientali.*

NECROLOGIO

22 Luglio 1934. Monsig. Daniele Francesco Feehan, Vescovo di Fall River.

» *»* » Monsig. Ludovico Maria Raucaz, Vescovo tit. di Telepte.

23 » Monsig. Giorgio de la Boninière, Vescovo di Saint-Denis nell'isola La Réunion.

25 *»* » Monsig. Maurizio Francesco Crotti, Vescovo di Città di Castello.

An. et vol. XXVI 1 Decembris 1934 (Ser. H, v. I) - Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATAE LUDOVICAE DE MARILLAC VIDUAE LE GE AS, SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Misericordiarum Patri et Deo totius consolationis nescit humilitas Nostra iustas persolvere grates, quod piaculari hoc anno ad Caelitum honores non paucos datum est Nobis Dei Famulos provehere, qui a Sanctorum Matre Ecclesia divini illud Magistri *mandatum novum* **haud nequiquam edocti, non dilexerunt** *verbo neque lingua, sed opere et veritate.* **Quod quidem fraternae caritatis praeceptum ita sensit atque docuit divus ille** *caritatis heros,* **Vincentius a Paulo, ut quamplurimi, eximiis eius exemplis allecti, excelso animo eius prosequuti sint vestigia. Quos inter nullus prorsus hominum praeclarior discipulus, nullus devotior spiritualis filius^ nullus acrior laborum socius, quam fortis illa mulier, novum aliud Galliae decus et ornamentum, quae per Nos hodie, Deo opitulante, in Sanctorum agmen sollemniter adscita est. Una igitur cum viro illo sanctissimo, qui tantae feminae animi parens, moderator ac magister iugiter fuit, hacce die gaudeat in caelis electissima filia et discipula, Ludovica de Manilae, quae una cum ipso tantam meruerit excitare sobolem, illum nempe magis in dies saeculorum decursu florescentem Puellarum exercitum, quibus ab ipsa Caritate nomen factum est.**

Lutetiae Parisiorum, die duodecima Augusti mensis j anno millesimo quingentésimo nonagésimo primo, ortum illa duxit turbulentissimis quidem

ac luctuosis temporibus, in Gallia praesertim, vertentibus, in quibus cives in duas scissi partes, fraterno sanguine foedati peste ac fame borrendum in modum vexabantur.

Maternae autem curae vitam vix ineunti puellae defuerunt; matre namque, cum ipsa in tenella adhuc esset aetate, orbata est.

Pater vero, Ludovicus de Marillac, oppidi Les Ferneres dynasta, summo amore suavissimam filiolam est prosequutus; et forsitan sperans se, novo devictum coniugio, matrem alteram illi daturum, iterum uxorem duxit quamdam viduam, quae, eius ingressa domum una cum quatuor priori» connubii liberis, quum parum tenera visa sit erga puellam, huic paulo post pater consulere voluit, eam mittens in regium monasterium, a S. Ludovico' nuncupatum* apud *Poissy,* **in quo nobiles adulescentulae studiis ac bonis, artibus instituebatur. Ibi Ludovica, patris sui amita, cui et ipsi Ludovica de Marillac nomen erat, duce et magistra, diligenter quidem mentem excoluit, sed multo diligentius mira pietate atque angelica pudicitia ceterisque virtutibus animum ditavit.**

Paulo post, duodecim circiter annos agens, Parisios a patre revocata est, ut penes idoneam magistram iis omnibus disciplinis, quae nobilem iuvenem magis decent, instrueretur. Magistrae bonae ac piae curis optime respondit discipula sollers, quae, feraci ingenio praedita, philosophiae ac severioribus quoque studiis, nec non pingendi arti, non sine mirabili exitu,, operam navavit.

Iam a prima aetate, quae mundi sunt odio habens et a iuvenilibus oblectamentis se abstinens, nihil ipsi erat antiquius quam studiis et pietatis, exercitiis vacare; humilitatem, obedientiam et caritatem praesertim ita diligenter excoluit, ut pater de filia in suo testamento affirmare non dubitaverit maximam sibi illam in vita consolationem semper fuisse ac maiorum solacium.

Anno millesimo sexcentésimo quarto patre quoque desideratissimi orbata est; at alterum in patruo suo Michaele parentem, potius quam tutorem, invenit, qui ad neptis educationem eruditionemque implendam consilio et opera impense incubuit.

Iam adhuc vivente patre, Ludovica totam se Deo devovere exoptaverat; modo vero intimo huic ardentique animi desiderio satisfacere voluit, et inter moniales capulatas cooptari statuerat; verumtamen ab inito consilio, omnibus sedulo ac mature perpensis, auctore P. Honorato a; **Champigny suae conscientiae moderatore, humiliter recessit; contra, paulopost* anno nempe millesimo sexcentésimo tertiodecimo, familiae suae placitis obsecundans, Antonio Le Gras, nobiü viro, atque honestissimo, qui** a-

secretis erat Mariae de Medicis Reginae, nupsit. Ex quo iusto connubio puer est natus, Michael Antonius, quem mater diligentissima ad bonos mores et christianos sensus instituit, ipse tamen materias curis non semper respondit.

Duodecim fere annorum spatio, quos cum viro suo transegit, praeclarum Dei Famula se praebuit matris familias exemplum: quod quidem luculentius ostendit, cum vir eius gravem in morbum incidit, qui diu eum vexavíf ¿ et quo tandem, die nempe vicesima prima Decembris mensis, anno millesimo sexcentésimo vicesimo quinto, vita functus est. Hac ipsa die ill% coniugii vinculis absoluta, in paroecialem ecclesiam perrexit, sacra synaxi se reiecit, arctiore ac pretiosiore vinculo sese astringens, viduitatis voto, quod antea iam emiserat, totam se soli Deo dicavit, et pauperum calamitatibus sublevandis, quod semper ipsi cordi fuerat, se ultro addixit.

Illa igitur, quae hucusque sanctissimos viros, quos inter S. Franciscus Salesius, sui animi moderatores habuit, in divi Vincentii a Paulo disciplinam prorsus se commisit, qui id temporis uberrimam caritatis segetem, aptis ubique sodalitiis institutis, metiebatur. Tanti magistri vestigiis insistens, in illius virtutis imitatione adeo exarsit, ut non modo magno eidem praesidio fuerit, sed eum in exantlandis laboribus paene aequiparaverit. Non itinerum asperitas, non caeli inclementia, non cibi potusque defectus, non tenuis valetudo ab assidua caritatis operum exercitatione Dei Famulam avertere potuerunt.

Ad perquirendos et sublevandos pauperes ac miseros quoscumque plurima iam Vincentius caritatis sodalitia fundaverat, seu piarum mulierum confraternitates, cui *Matronarum coetus* nomen datum est, quibus praecipuum munus erat infirmos tum domi tum in nosocomiis degentes invisere et curare. Plures iam Parisiis et in multis Galliarum paroeciis huiusmodi sodalitates constitutae fuerant; quibus visitandis ut bene agerent Ludovica primum addicta est, quae pluries idcirco ad munus hoc implendum, nullique parcens labori, huc illuc se conferre cogebatur, omnis generis incommoda libenti ferens animo et saepe etiam morbo correpta, apud quamque Confraternitatem beneficam explicabat operam in aegrotorum visitatione eisdemque curis praestandis, in scholis instituendis, in christianae religionis doctrina, cuius compendium quoque scripsit, rudibus imbuendis, ceterisque misericordiae operibus praestandis. Quo in officio obeundo, perspectum est coetus illos Matronarum non posse, Lutetiae Parisiorum potissimum, apte semper proposito fini respondere, tum quia sodales domesticis detinerentur curis, tum quia earum viri saepe saepius haud sinerent uxores contagioni in nosocomiis contrahendae se obiicere;

quare factum est ut illae suas fámulas mitterent, quae aegrotos visitarent eisque omnigenam caritatis operam darent.

Cum igitur tum Divus Vincentius, tum Ludovica ipsaeque Matronae quam impar esset huiusmodi mercenarium auxilium pauperum necessitatibus perspexissent, et idcirco aliis prorsus auxiliis opus esse, feminis scilicet bonae voluntatis, quae spiritu caritatis ob Dei amorem, nulla allectae humana mercede, totas se miseris sublevandis addicerent* collatis inter se consiliis ac caelesti lumine diu implorato, statutum est opere frui radiorum ac validiorum virginum seu viduarum, pauperum quidem, etsi congrua ad religiosum statum amplectendum dote carentium, quas complures inter iuvenes colonas esse noverant, optimas matronarum laboris coadiutrices aliquando futuras.

Nonnullae itaque ex illis in urbem advocatae, matronis uti pauperum fámulas se addixerunt. Non omnes vero in arduo illo caritatis officio perseveraverunt: pleraeque eidem minus aptae videbantur; quam ob rem tum Vincentio tum Ludovicae manifesta fuit necessitas eas non modo excolendi, sed, opportuna praestituta disciplina, ad caritatis munus et suavitatem edocendi et formandi, ut idoneae *pauperum servae* **fierent. Aliquot igitur ex iis in communitatem coactis data est magistra, educatrix et moderatrix Ludovica, qua nulla ex matronis dignior habita est quae illis praeesset. Quae quidem fuit** *Societatis Puellarum a Caritate* **origo cuius incremento provehendo, pauperumque servitio per totum vitae suae decursum praestando, Vincentio permittente, voto se Ludovica obstrinxit anno millesimo sexcentésimo trigesimo quarto, die B. Virgini ab Angelo Salutatae sacro, qui dies solemnis in Instituto adhuc celebratur, utpote fecundissimae verum sodalitatis initium. Vota autem simplicia paupertatis, castitatis, obedientiae ac pauperibus inserviendi, quatuor post annos, una cum primis illis sororibus nuncupavit, ac die vicesima quinta Martii mensis, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo secundo, renovavit.**

Brevi temporis spatio, evangelici grani sinapis ad instar, longe lateque Societas ista diffusa est; illi namque tum ecclesiasticae tum civiles potestates quam maxime favebant, quippe quae eius sodales, verae *Caritatis Filiae,* **quo nomine ab omnibus sponte appellabantur, multiplicibus** *vincentianis* **operibus vehementer incumbebant: nam plura nova caritatis et misericordiae officia, praeter pauperum aegrotorum in domibus aut nosocomiis degentium curam, sibi ass umpserunt, videlicet: derelictos vel orbatos parentibus infantes alere, senes aetate confectos sustentare, carcere detentos solari, ad triremes damnatis et militibus in ipsis praelii locis solamen vulneratis afferre, aliaque id genus caritatis obire officia. Plures iam inter primas illas**

Sorores, *caritatis victimae,* ob Dei amorem quo fiagrabant, in proximorum curanda salute vel gloriosam mortem oppetiere, vel quam maxime exeelluerunt vitae sanctitudine; quas inter carere Nos nolumus Nostrae laudis testimonio, Margaritam Naseau, Barbaram Angiboust, Martham d'Auteueil, Ioannam Dalmagne, Margaritam Lauraine, Mariam Iosepham, Sororem Andreinam, de quibus divus Vincentius dicere non dubitavit S. Hieronymum, si suis vixissent temporibus, de ipsis profecto vitam scripturum fuisse, quod sanctae vere illae essent.

Ecquidem mirum? Fieri aliter non poterat, cum tantae Matris heroicas virtutes, caritatem in primis, acriter sequerentur. Quae quidem maximum omnium favorem optime meritae Sodalitati parabant, ita ut, adhuc Dei Famula vivente, complures iam fundatae domus exstarent; non enim in variis Galliae tantum provinciis, sed in quibusdam quoque dissitis regionibus, uti in Polonia, cito exortae mire floruerunt.

Ludovica interea, sive in societate regenda, sive in plurimis quae supra memoravimus perarduis caritatis operibus exercendis, etsi infirma atque aegra valetudine fere continuo laboraret, eo animi fervore, ea virium contentione, eo uberrimo fructu integras sui corporis, non vero animi, vires exhausit, ut, gravi morbo correpta anno millesimo sexcentésimo quinquagesimo sexto, lectum tenere coacta sit. Surrexit tamen, atque, ad suetos rediens labores, paratam, se omnibus vitae momentis ad mortem proxime obeundam ostendit.

Die vero quarta Februarii mensis quatuor post annos, aetatis suae nempe sexagesimo nono, rursus in morbum incidit, a quo amplius non est sanata. Gravissima in laevo brachio fluxione tentari coepit, quae diris infirmam cruciatibus vexavit, a se patientissime toleratis. Neque sanguinis detractio, neque alia adhibita medicamina ullum ipsi levamen afferre valuerunt. Cuius saevissimi morbi dolores usque ad diem sequentis mensis martii quintam decimam perducti sunt: qua die, hora fere undecima, extremis refecta Sacramentis et apostolica munita benedictione, valedicens filiabus suis, quibus regularum commendavit observantiam, maximis referta meritis, ac indubia exhibens sanctitatis argumenta, placidissimo exitu quievit in Domino. Eius exuviae biduo post in paroecialem S. Laurentii ecclesiam delatae, maxima quidem ex omni ordine hominum, pauperum potissimum, frequentia, absque ulla vero pompa., uti ipsa Dei Famula testamento iusserat, in capella B. M. V. Visitationis conditae sunt. Mox autem, post varias sacri corporis translationes, eius reliquiae in parisiensem domum principem, quam *Seminarium* vocant, anno millesimo octingentesimo vicesimo quarto, translatae sunt, et prope ecclesiae altare, ubi Immaculata

Virgo Maria Beatae Catharinae Labouré sex post annos, uti fertur, benignissime apparuit, religiosissime repositae.

Sanctitatis fama, quae toto suae vitae decursu, Dei Famulae, virtutibus in triplici virginitatis, coniugii et viduitatis statu clarissimae, iam comitata est, post obitum in dies vividior efralsit. Bina attamen per saecula, in propriis tantum aedibus, humilitatis spiritu actae, Puellae a Caritate sanctissimae Matris memoriam piissime coluere; eiusque vero Causa temporum iniuria praetermissa fuit, usque dum, sanctitatis eiusdem opinione in dies percrebrescente et miraculorum iugiter splendore accedente, apud Sacrorum Eituum Congregationem Causa ipsa agitari coepit de Beatorum Caelitum honoribus Dei Servae Ludovicae de Marillac Viduae Le Gras decernendis. Processus itaque super eius vitae sanctitate et miraculis anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto Lutetiae Parisiorum ordinaria potestate adornatus est, atque longissimae morae rationibus in ipso iudicii limine districte perpensis, nullum in primis rescriptum est esse impedimentum, quominus testium de visu defectui per subsidiarias suppleretur probationes, atque undecim post annos, probationibus legitime sumptis, a fel. rec. Leone Tertiodecimo, Decessore Nostro, die decima Iunii mensis, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto introductionis Causae commissio signata est.

Ceteris postmodum expletis, quae peculiares de non cultu ac fama in genere sanctitatis inquisitiones respiciunt, de virtutibus in gradum heroicum a Dei Famula exercitis Processus confectus est; quo absoluto ceterisque ad iuris tramitem peractis, s. m. Pius Decimus, Praedecessor et ipse Noster, die undevicesima Iulii mensis, Divo Vincentio a Paulo sacra, anno millesimo nongentesimo undecimo de heroico venerabilis ipsius Dei Famulae virtutum gradu decretum edidit atque ad quatuor miraculorum discussionem rite procedi posse sanxit. De tribus itaque miris sanationibus, quae, venerabili Ludovica deprecante, ab omnipotenti Deo dicebantur patratae, iudicium institutum est; quo quidem districte persoluto, cl. m. Benedictus Papa Decimusquintus die nona mensis Martii, anno millesimo nongentesimo undevicesimo, solemniter pronuntiavit: *Constare de tribus miraculis, Servae Dei Ludovicae de Marillac, Viduae Le Cras, intercessione patratis, nempe: instantaneae perjectaeque sanationis Iosephi Mariae Heleut ab otite media purulenta cum iympani perforatione aliisque* ***Osteitis*** *et periostitis in regione mastoidea sociata phaenomenis;* **de altero,** *instantaneae perjectaeque sanationis sororis Mariae Ferrer et Nin a mielite compressiva posttraumatica;* **deque tertio,** *instantaneae perjectaeque sanationis Rosae Curio ab ulcere fistuloso.*

Verumtamen cum pro indole probationum, quibus Causa ista reiciebatur, quartum necesse esset miraculum addere ac probari, *ut quod humano deerat, divino compensaretur iudicio,* **idem Decessor Noster, maiorum sequutus vestigia, qui eadem usi sunt indulgentia in religiosorum Ordinum seu Familiarum Conditorum causis, cum de amplissimae Societatis Confundatrice ageretur, cuius Sorores ad fere quadraginta millia toto terrarum orbe •sparsae, vere aliud** *hereditatis miraculum* **constituunt ac perennant, ab illius quarti miraculi onere dispensationem benignissime largitus est, ac -die sexta mensis Iulii, eodem anno,** *tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Ludovicae de Marillac Beatificationem* **rite decrevit, cuius sollemnia in Basilica Vaticana sequenti anno, die nona mensis Maii, Dominica quinta post Pascha recurrente, maxima cum populi frequentia celebrata sunt.**

Mox cum invalesceret in dies erga novensilem Beatam christifidelium fervor, cumque miserentissimus Dominus novis eius gloriam miraculis confirmare et augere dignatus esse diceretur, biennio post, Causa ad eiusdem Beatae Canonizationem impetrandam reassumpta est, et a dilecto filio Iosepho Scognamillo, Congregationis Missionis Procuratore et Causae Postulatore diligentissimo, binae propositae sunt portentosae sanationes, quae Parisiis una, Panormi altera, Beata Ludovica intercedente, a Deo patratae asserebantur, super quibus Processus Apostolici instructi sunt. Quum vero e duabus istis sanationibus altera, quae Panormi evenerat, post districtum iudicium seposita esset, de alia mira sanatione, quam Labaci Deus operatus esse ferebatur, processus constructus est.

Sanatio prima Lutetiae Parisiorum ita evenit. Soror Teresia, in saeculo Maria Catharina Darrac, e Puellarum a Caritate S. Vincentii a Paulo Sodalitate, iam inde ab anno millesimo nongentesimo octavo Pottiano morbo laborare coepit, qui per quindecim annos, meningite spinali tuberculari accedente, eam adeo dire vexavit, ut fiaccidis paralysi inertibusque cruriDus, lecto affixa, viribusque corporis in dies deficientibus, iam morti proxima videretur. Quum incassum omnes medicae artis curationes cessissent, Beatae Matris Ludovicae auxilium per binas integras novendiales preces infirma una cum sodalibus imploravit. Die autem vicesima octava mensis Maii, decima nona post eiusdem Beatificationis sollemnia, ipso mane in pessimis, uti antea, teterrimi morbi versabatur conditionibus; hora vero ante meridiem decima, Soror Teresia repente nullum amplius passa est dolorem, et illico, novam veluti vitam in se innuere sentiens, e lectulo surgit, ad domesticum sacellum nemine adiuvante, se confert perfecte sanata. In quem morbum, uti periti physici testati sunt, non amplius recidit.

Altera sanatio, quae uti diximus, Labaci facta est, ita evenisse refertur.

Soror Veronica, in saeculo Agnes Hocevar, miro modo, ab ipso Divo Vincentio, uti narratur, in Puellarum a Caritate Societatem vocata, ibique ingressa anno millesimo nongentesimo quarto, tres et viginti annos agens,, suae probationis tempore aegrotavit et a medicis diathesi tuberculari, primaria adenopathia hilari peribronchiali et mediastmica tuberculari una. cum pleurite pariter tuberculari iam ab adolescentia affecta, a medicis conclamata est. Exinde pleuropericardicae adhaesiones cum myocardica insufficientia accesserunt, quae in vitae discrimen Sororem perduxerunt, quaeque omnino insanabiles concorditer habitae fuere. Eo namque res devenerat, ut infirma anhaelo saepe pectore spiritum aegre traheret, frequentibus cordis pulsationibus moleste laboraret, ac prorsus debilitata corpore, in peius quotidie, absque ulla humana spe, rueret. Iamvero, vertente anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, tum aegrota tum Sorores ad Beatae Ludovicae patrocinium unice confugerint; die vero vicesima prima Ianuarii mensis insequentis anni novendiales preces ad ipsius Beatae implorandam intercessionem fervidae fusae sunt, atque ultima earum die, hora quinta post meridiem, Soror Veronica, etsi morti proximam sese persentiret, in domus oratorium, invisibili veluti vi adducta, ad eucharisticam benedictionem suscipiendam se conferre voluit, ibique in instanti ita perfecte sanata est ut gravia ac laboriosa officia, a quibus iam diu omnino impediebatur, absque ullo incommodo iterum suscipere valuerit et in optima a praegresso morbo recuperata valetudine perseveraverit.

Ex quibus omnibus uti supra enarratis miraeuli character clare in utraque sanatione elucet, prout tum a curatione medici, tum omnes a S. Bituum Congregatione adlecti periti unanimi sententia agnoverunt.

Districta itaque tum in antepraeparatoriis, tum in praeparatoriis, tum etiam in generalibus coram Nobis comitiis disceptatione praehabita, Nos tandem kalendis Novembribus, praeterito anno, *constare de duobus miraculis Beata Ludovica de Marillac, Vidua Le Gras, intercedente, a Deo patratis; scilicet: de instantánea perfectaque sanatione tum Sororis Teresiae. Darracq a morbo pottiano dorsuali cum spinali meningite tuberculari coniuncto, tum Sororis Veronicae Hocevar ab insanabilibus adhaesionibus pleuro-pericardicis cum insufficientia myocardica,* solemniter pronunciavimus. Denique generali Sacrorum Bituum Congregatione coram Nobis convocata, propositaque quaestione an, stante praefatorum miraculorum approbatione, ad solemnem Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationem tuto procedi posset; cum venerabiles fratres Nostri S. B. E. Cardinales, Officiales Praelati et Consultores eiusdem S. Bituum Congregationis unanimi suffragio in affirmativam convenissent sententiam., Nos tamen Nostram aperire mentem distulimus,.

ut interim divinum beneplacitum multiplicatis precibus magis patefieret. Arcessitis itaque ad|Nos duodecima die mensis Novembris dilectis filiis Nostris Camillo Cardinale Laurenti, Sacrorum Eituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Cardinale Verde, Causae Eelatore, necnon Alfonso Carinci eiusdem Congregationis a Secretis et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, sacrosancto Eucharistico Sacrificio pientissime litato, *tuto procedi posse ad Beatae Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, Canonizationem* ediximus.

Postea, ut a Decessoribus Nostris in re tanti momenti sapientissime constitutus servaretur ordo, primum venerabiles fratres Nostros S. E. E. Cardinales in Consistorium secretum die vicesima prima mensis Decembris, elapso anno ad Nos convocavimus; in quo praehabito per praefatum Cardinalem Camillum Laurenti sermone de vita et de miraculis Beatorum Ioannis Bosco, Pompilii Mariae Pirrotti, Confessorum Sacerdotum, et Beatarum Mariae Michaelae a SS. Sacramento Virginis et Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, ac recensitis actis, quae in ipsorum quatuor Beatorum Causis Beatificationis et Canonizationis Sacrorum Eituum Congregatio, accurato praevio examine, admisit et probavit, singulorum Patrum Cardinalium suffragia exquisivimus, iique singuli suam Nobis aperuere sententiam.

Quo secreto consistorio feliciter absoluto, habitum est in continenti Consistorium publicum pro solemni eorumdem Beatorum Canonizationum peroratione, quam dilectus filius Eobertus Mucci, Consistorialis Aulae Nostrae Advocatus, ad Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationem obtinendam de more habuit. Nos autem, etsi summopere exoptare Beatos illos Caelites sanctitudinis diademate decorare eosque omnibus christifidelibus ad intuendosi imitandumque proponere fassi simus, tamen, ut in re sane gravissima, quae cum intemerata catholicae religionis integritate arcte coniungitur, tradita a maioribus instituta nulla ex parte praetermitterentur, necessarium diximus, antequam inviolati magisterii Nostri sententiam pronunciaremus, semipublicum, quod vocant, haberi Consistorium, in quo tum venerabiles fratres Nostri S. E. E. Cardinales, tum omnes, qui adituri sint, sacrorum Antistites iudicium cuiusque suum de more Nobis aperuerint; et interea universos ad divinum implorandum auxilium Sanctum Paraclitum Spiritum adprecare monuimus.

Mandavimus igitur ut ad illorum quemque de singulorum Beatorum illorum vita, virtutibus, miraculis actisque omnibus in eorum Causis commentaria transmitterentur, ut, re perspecta ac mature perpensa, suam quisque posset sententiam dicere et Nobis patefacere. Porro ad quintamdecimam diem elapsi mensis Ianuarii in Consistorium illos omnes apud Nos

convenimus; eosque Nos allocuti, quid de Beatis Confessoribus Ioanne Bosco ac Pompilio Maria Pirrotti, necnon de Beatis Michaela ab Augusto Sacramento Virgine et Ludovica de Marillac Vidua ad Sanctorum Caelitum honores evehendis sentirent Nobisque suam aperire mentem vellent rogavimus. Exceptis autem singulorum adstantium suffragiis, ex mirabili eorum consensione haud mediocri affecti sumus laetitia, eo vel magis quod Nobis liceret totius catholici orbis explere vota¿ atque novis deprecatoribus ac patronis militantem Ecclesiam donare. Decrevimus igitur Caelites illos Sanctorum catalogo adscribere atque sollemnes id genus ritus, eo quo decet apparatu ac pompa, in Vaticana Basilica peragere; Beatae autem Ludovicae de Marillac Canonizationi diem hanc, undecimam videlicet mensis Martii, statuimus; ad quam rem fauste feliciterque exsequendam ut caelestem Nobis opem precibus conciliare ne désistèrent, omnes, quotquot aderant, enixe in Domino adhortati sumus. De quibus omnibus ut publicum instrumentum conficerent, dilectos filios Protonotarios Apostolicos adstantes sueta forma rogavimus.

Hacce itaque adveniente faustissima a Nobis praestituta die Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationi celebrandae, omnes tam saecularis quam regularis cleri ordines, Bomanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri S. B. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Patriarchalem Basilicam Vaticanam adiverunt, magnificentissimo ornatam apparatu et maxima fidelium stipatam frequentia, quos inter plura sodalium millia e Vincentianis Familiis ceterisque a Caritate institutis, qui ex omnibus terrae regionibus in Urbem advenerant; eamque et Nos solemni pompa ingressi sumus. Porro, divino Eucharistico Sacramento devote adorato, ad Nostram perreximus Cathedram. Tum dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Bituum Congregationis Praefectus et huic procurandae Canonizationi praepositus, perorante dilecto filio Boberto Mucci, Consistorialis Aulae Nostrae Advocato, postulationem *instanter* **Nobis detulit, ut Nos Beatam Ludovicam de Marillac, Viduam Le Gras, supremis Sanctorum honoribus decorare dignaremur. Quod cum iterum ac tertium,** *instantius* **nempe et** *instantissime* **ab eodem Cardinale per eumdem Consistorialem Advocatum postulatum sit, semel iterumque superni luminis gratia ferventius implorata, Nos, ex Divi Petri cathedra, supremus universalis Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pr onunciavimus :**

« Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu, Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione

praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam Ludovicam de Marillac, Viduam Le Gras Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die quintadecima martii, inter sanctas non Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Qua Canonizationis formula a Nobis edicta, precibus annuentes a praefato Advocato Consistoriali, Cardinalis Procuratoris nomine, Nobis porrectis, bas Decretales sub plumbo Litteras fieri expedirique decrevimus; Protonotariis vero Apostolicis ut ad perpetuam eiusdem Canonizationis memoriam publicum exararent instrumentum, mandavimus. Omnipotenti insuper Deo ob tantum beneficium hoc una cum universo clero et populo debitis actis gratiis, primum novensilis huius Sanctae patrocinium ab ipso aeterno Deo ferventer poposcimus. Ad Missam autem post evangelicam lectionem, quotquot aderant homilia allocuti sumus ac Sanctae Ludovicae laudes per praecipua lineamenta adumbravimus atque omnibus christifidelibus novensilem hanc Caelitem ad intuendum non solum, sed et ad imitandum exemplar proposuimus. *Cum enim,* **inquimus,** *ingravescentibus malis, quibus tam acriter nostra laborat aetas, neutiquam, per humana consilia, paria remedia adhibeantur, ad superna nobis est praesidia atque auxilia, precando operandoque, eonfugiendum. Quod legum iustitia, quod hominum curae sollicitudinesque saepenumero dare non possunt, hoc, ex nostra cuiusque navitate, divina praestet caritas; ea nempe caritas, qua incensa Ludovica de Marillac tot eximia patravit facinora; ea caritas, quae « patiens est, benigna est,... non aemulatur, non agit perperam,... omnia credit, omnia suffert, omnia sperat »; ea denique caritas, qua, Iesu Christi vestigiis insistentes, miseros omnes veluti fratres complectimur, fovemus, solamur.* **Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam peramanter adstantibus omnibus impertivimus; ac, Deo propitio, Pontificale Sacrum persolvimus.**

Praeclara itaque sanctissimae huius *caritatis heroidis et pauperum servae,* **nunc in caelo patronae potentissimae, memoria Nostris hisce Litteris consecrata, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus iterum confirmamus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae**

his presentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, **statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die undecima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno ter^ tiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego IANUARIUS **Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, **Decanus Sacri Collegii.**

£8 Ego MICHAEL **Episcopus Tusculanus Cardinalis** LEGA.

£8 Ego DONATUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SBARRETTI.

£8 Ego Er. THOMAS PIUS **Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis** BOGGIANI, **Cancellarius S. R. E.**

£8 Ego ALOISIUS **Episcopus Praenestinus Cardinalis** SINCERO.

£8 Ego HENRICUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** GASPARRI.

Ego PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **S. E. E. Camerarius.**

Ego OAIETANUS **tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis** BISLETI.

Ego ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis** LOCATELLI.

Ego ALOISIUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** CAPOTOSTI, **Datarius.**

Ego Er. ALEXIUS HENRICUS **M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LÉPICIER.

Ego PETRUS **tituli S. Mariae Transtiberini Presbyter Cardinalis** SEGURA T SAENZ.

Ego EUGENIUS **tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI.

Ego FRANCISCUS **tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. EiAPHAËL CAROLUS **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Eossi.**

Ego IULIUS **tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis** SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** DOLCI.

Ego PETRUS **tituli S. Crucis in Ierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI-BIONDI.

Ego CAMTLLUS **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

Ego ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

Fr. THOMAS PIUS O P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

C. Card. LAURENTI
S. R. C. Praefectus.

Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Lariss., *Prot. Apost.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die vigesima quarta mensis Octobris, anno tertiodecimo

Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Alfridus Marini, ***Scriptor Apostolicus.***

Reg. in Conc. Apost., vol. LI, N. 42. - A. **Trussardi,** ***a tabulario.***

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MARIANOPOLITANA

AB ARCHIDIOECESI MARIANOPOLITANA TERRITORII PARS DISMEMBRATOLI ET NOVA ERIGITUR DIOECESIS « SANCTI IOANNIS QUEBECENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae Universalis sollicitudo, Eomanis Pontificibus concredita, postulat ut novas ipsi in orbe catholico dioeceses constituant, quoties in maiorem dominici gregis utilitatem cedere videatur. Cum itaque ab Apostolica Sede expostulatum fuerit ut Marianopolitana archidioecesis ad maius christifidelium in ea commorantium bonum divideretur et nova inde erigeretur dioecesis, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quamobrem, praehabitis omnibus ad rem necessariis, consentiente venerabili fratre Archiepiscopo Marianopolitano et suffragante venerabili fratre Andrea Cassulo, Archiepiscopo Leontopolitano et in Dicione Canadensi Delegato Apostolico, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, ab archidioecesi Marianopolitana eam territorii partem, cuius fines inferius describentur, in perpetuum avellimus ac separamus; atque e territorio ita avulso novam erigimus dioecesim,. quam *Sancti I annis Quebecensis* **nuncupati volumus, mutatis proinde archidioeceseos Marianopolitanae limitibus. Eines autem novae huius Sancti Ioannis Quebecensis dioecesis erunt: ad occidentem flumen a Sancto Laurentio; ad septentrionem et ad orientem adiacentes Sancti Hyacinthi dioecesis fines: ad meridiem fines civiles inter Dicionem Canadensem et Foederatos Americae Septentrionalis Status; demum in parte meridionali-occidentali contigui dioecesis Campivallensis limites.**

Novae insuper huius ita finibus definitae dioeceseos sedem et cathedram episcopalem in urbe *Saint Jean,* **a qua dioecesis ipsa mutuatur nomen, constituimus, eamque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidemque.omnia tribuimus privilegia et iura, quibus ceterae civitates epi-**

scopales iure communi fruuntur. Ecclesiam vero paroecialem Sancti Ioannis Evangelistae, in eadem urbe exstantem, ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura omnia, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine in America Septentrionali fruuntur et gaudent. Item Episcopos ipsos eorumque cathedralem Ecclesiam omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri Antistites et illorum cathedrales iure communi adstringuntur. Eamdem praeterea dioecesim metropolitanae Ecclesiae Marianopolitanae suffraganeam constituimus, eiusque Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Marianopolitani subiicimus. Ad dotem autem huius dioecesis constituendam Sancti Ioannis Quebecensis Episcopis pro tempore ius tribuimus, imponendi, iuxta aliorum Episcoporum morem, qui in Canadensi Dicione cathedrales Ecclesias gubernant, taxas ad instar cathedratici aliaque iuxta sacros canones onera, quibus rite possit necessitatibus consuli ipsius dioecesis.

Quod autem attinet ad Capituli cathedralis erectionem, seu dioecesanorum Consultorum coetus electionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura ac onera aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones praescribunt.

Quod vero ad clerum praecipue spectat, statuimus ut simul ac novae huius dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant.

Mandamus insuper ut documenta omnia et acta quae hanc Sancti Ioannis Quebecensis dioecesim respiciunt, quamprimum fieri poterit, ab archidioecesis Marianopolitanae cancellaria ad novae istius dioecesis curiam tradantur ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae autem omnia exsecutioni mandanda quem supra memoravimus venerabilem fratrem Delegatum Apostolicum in Canadensi Dicione deputamus eique facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris receptis computandos authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis actorum.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provin-

çiaîibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo teTtio, die nona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno duedecirao.

Fr. TH. PIUS O. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco tfc Plumbi

***Reg. in Canc. Apost., vol. XLIX, N. 8.* - G. Stara Tedde.**

II

PRINCIPIS ALBERTENSIS ET SASKATOONE.NSLS
ATQUE ALIARUM

DISMEMBRATIONIS, UNIONIS ATQUE ERECTIONIS NOVAE DIOECESIS « SASKATOONENSIS » NUNCUPANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium cura Bomano Pontifici divinitus commissa illud praecipue a Nobis postulat ut quae christiano populo utilitati et incremento esse cognoverimus, ea pro viribus parare studeamus. Probe itaque noscentes animarum saluti et regimini non parum prodesse rectam dioecesium circumscriptionem quae temporum et locorum adiunctis aptius respondeat, cum ad christifidelium bonum, qui in archidioecesi Beginatensi, in dioecesi Principis Albertensis et Saskatoonensi et in vicariatu apostolico de Keevatin commorantur, supplices huic Apostolicae Sedi porrectae fuerint preces ut ecclesiasticae circumscriptiones ibi immuta-

rentur, novaque simul dioecesis erigeretur, Nos quidem, de consulto S. Congregationis de Propaganda Fide pro parte quae vicariatum apostolicum de Keevatin respicit, suffragante venerabili fratre Andrea Cassulo, Archiepiscopo titulari Leontopolitano et in Canadensi Ditione Delegato Apostolico, nec non praehabito illarum regionum Ordinariorum favorabili voto, atque supplet o, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, ea quae sequuntur Apostolica auctoritate statuimus ac decernimus: .1) A Principis Albertensis et Saskatoonensi dioecesi atque ab archidioecesi Reginatensi eas territorii partes in perpetuum avellimus ac separamus, cuius limites inferius describentur, et ex territorio ita avulso novam erigimus dioecesim, quae *S aslcatoonensis nuncupavit™?-,* **qua de causa dioecesis Principis Albertensis et Saskatoonensis, in posterum dioecesis Principis Albertensis appellabitur. - 2) Novae autem dioecesis Saskatoonensis ii qui sequuntur fines sunt:** *ad occidentem* **limites inter provinciam civilem** *Alberta et* **provinciam civilem** *Saslcatchewan; ad septentrionem* **linea dividens** *townsMp* **40 et 41, attingens in parte occidentali finem provinciae** *Saslcatchewan,* **et in parte orientali limitem abbatiae S. Petri apud Muenster;** *ad orientem* **linea dividens** *rangs* **XXVI et XXVII, iuxta agrorum mensuram officialem provinciae** *SasJcatchewan,* **usque ad intersectionem lineae dividentis** *townships* **36 et 37, deinde per lineam rectam ad orientem, usque ad lineam dividentem** *rangs* **XXII et XXIII, postea per lineam rectam vertentem ad meridiem, usque ad lineam dividentem** *townships* **30 et 31;** *ad meridiem* **postrema haec linea ad occidentem vertens usque ad intersectionem fluminis** *Saslcatchewan,* **deinde cursus meridionalis eiusdem fluminis usque ad limites inter provinciam civilem** *Saslcatchewan* **et provinciam civilem** *Alberta.* **- 3) Huius novae dioecesis, ita limitibus circumscriptae, sedem et cathedram episcopalem constituimus in urbe** *Saslcatoon,* **a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, eamque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidemque tribuimus omnia privilegia et iura, quibus ceterae episcopales civitates iure communi fruuntur. Ecclesiam vero paroecialem S. Pauli, in eadem urbe exstantem, ad Ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem evehimus, ac ipsi propterea eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine gaudent; simulque Saskatponensem Cathedralem eiusque pro tempore Episcopum omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Praesules adstringuntur. - 4) Ad huius novae dioecesis dotem constituendam Episcopis Saskatoonensibus ius tribuimus, iuxta Canadensium Episcoporum morem, taxas imponendi ad instar cathedratici, aliaque iuxta**

sacros canones onera, quibus rite ipsius dioecesis necessitatibus consuli possit. - 5) Hanc ve»o Saskatoonensem dioecesim suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Reginatensi, et eiusdem Episcopos iuri metropolitico Archiepiscopi Reginatensis subiectos volumus. - 6) Quod vero attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Capituli Cathedralis erectionem vel Dioecesanorum Consultorum coetus nominationem, ad Seminarii dioecesani institutionem; ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem; ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. - 7) Nova autem Saskatoonensi dioecesi a Nobis uti supra erecta, statuimus ut fines quoque, quibus archidioecesis Reginatensis et dioecesis Principis Albertensis modo delimitantur, iuxta qui sequitur modum immutentur: Quoad archidioecesim Reginatensem, a dioecesi Principis Albertensis dismembramus et eidem archidioecesi Reginatensi attribuimus territorii partem hisce circumscriptam limitibus; *ad orientem* **a finibus civilibus inter provinciam** *SasTcatchew.an* **et provinciam** *Manitoba; ad meridiem* **a finibus septentrionalibus archidioecesis Reginatensis, prout modo sunt;** *ad occidentem* **a linea dividente** *rangs* **XXII et XXIII usque ad limitem meridionalem abbatiae S. Petri apud** *Muenster,* **ac deinde ab eiusdem abbatiae finibus meridionalibus et orientalibus;** *ad septentrionem* **a linea dividente** *townships* **40 et 41 usque ad fines civiles inter provinciam** *Sashatchewan* **et provinciam** *Manitoba.* **Quoad autem attinet ad dioecesim Principis Albertensis, a vicariatus apostolici de** *Keevatin* **territorio partem meridionalem seiungimus ac separamus, illamque praefatae dioecesi Principis Albertensis adiungimus. Quapropter huius dioecesis fines orientales in hac parte et fines septentrionales posthac erunt prout mox describuntur:** *ad orientem* **linea gradus 103 longitudinis occidentalis a meridiano** *Greenwick,* **incipiens a modo exstante septentrionali eiusdem dioecesis limite usque ad'intersectionem lineae dividentis** *townships* **63 et 64;** *ad septentrionem* **haec secunda linea usque ad tertium meridianum; deinde idem meridianus, septentrionem versus, usque ad lineam divid entern** *townships* **66 et 67 ac demum haec ipsa linea usque ad fines civiles inter provinciam Saskatehewan et provinciam Alberta. - 8) Quibus itaque ut supra statutis, quod ad clerum praefatarum dioecesium et vicariatus praecipue attinet, iubemus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem mandatae fuerint, clerici omnes eo ipso Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime commorantur. - 9) Mandamus denique ut omnia documenta et acta quae tum novam dioecesim** *SasJcatoonensem* **tum quae supra diximus territoria dismembrata et unita respiciunt, a Cancellariis dioecesium, a quibus territoria illa avulsa sunt, dioecesium curiis, ad quas**

spectant, quam primum fieri poterit tradantur- Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda deputamus praedictum venerabilem fratrem in Ditione Canadensi Delegatum Apostolicum eique propterea ad id necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris acceptis authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis actorum. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexeogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus quoque et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notam publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, aggregationis, subiectionis, mandati, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die nona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr.TH. PIUS O. P. Card. BOGGIANÍ — *Cancellarius S. R. E.*

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI — *S. C. Consistorialis a Secretis.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Gagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., vol. XLIX, n. 9. - **G. Stara Tedde.**

EPISTOLA APOSTOLICA

AD EMUM P. D. EMMANUELEM S. R. E. PRESB. CARD. GONÇALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM OLISIPONENSEM: DE ACTIONE CATHOLICA IN LUSITANIA ORDINANDA.

PIUS PP. XI

DILECTE FILI NOSTER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ex offĩciosis litteris, in quibus ceterorum etiam Lusitaniae episcoporum nomine consilium communiter initum significabas aptiorem Actionis Catholicae constitutionem ordinationemque quam primum apud vos suscipiendi, eiusque in auxilium cetera apostolatus opera redigendi, haud mediocri Nos laetitia eo vel magis affecti sumus, quod datis a Nobis normis vos obsequi videmus, adumbratumque per potiora lineamenta *Statutum* **Nobiscum communicare. Quod vero spondetis ab iis quam diligentissime apparandis, qui consociationibus moderentur, inceptum huiusmodi vos esse inchoaturos, id admodum Nobis placet; quandoquidem experiendo est cognitum ex iis potissimum institutorum quorumlibet incrementa pendere, qui eadem dirigunt ac regunt. Ac profecto in Natione ista vestra, quae et christiano spiritu et catholicae religionis monumentis memoriisque floret, quaeque vel recens extraordinariis a Deipara Virgine beneficiis dignata est, haud graves officient difficultates, quominus probi cives habeantur, qui sanctissimae huic Iesu Christi militiae ultro libenterque adsciscantur. Quae tamen ut suos parere salutares fructus possit, prorsus necesse est sodales omnes ab optime instructis moderatoribus duci atque institui; ab idoneis praesertim** *ecclesiasticis,* **ut aiunt,** *Adsistentibtis,* **quibus quidem in manu sunt sodalitatum sortes atque fortuna. Ac tametsi Nos prospicimus, idque summo cum animi Nostri gaudio, frequentes eos fore, qui, Pastorum suorum dicto audientes, suum sint nomen apostolorum huic exercitu! daturi, opportunum tamen ducimus, primis praecipue temporibus, ad sociorum potius praestantiam quam ad eorum numerum animadvertendum esse; idque eos sedulo docendo conformandoque non modo ad religionis optimorumque morum praecepta quod attinet, sed ad apostolicam etiam navitatem: eo scilicet consilio, ut adiutricem ecclesiasticae hierarchiae operam actuose generoseque praestare queant. Hac sane de causa utiliter condocefiant oportet — quod multi adhuc e christifidelibus ignorant — apostolatum reapse officium esse christianae vitae necessarium; et in multiplicibus, quae praesto sunt, apostolatus rationibus, bene utique omnibus de Ecclesia meritis, Actionem Catholicam novis**

aetatis huius nostrae necessitatibus — tantopere letali *ladeistarum* **opera pessumdatae — satius aptiusque occurrere atque mederi.**

Ac revera, modo quisquis rem attente consideret, ipsa Baptismatis Confirmationisque sacramenta in variis, quae imperantur, officiis, apostolicum etiam studium praecipiunt; voluntatem videlicet proximis cuiusque suis spiritualem opem ferendi. Confirmatione nempe Iesu Christi milites efficimur; atqui militi cuique non tam pro suo quam pro ceterorum bono elaborandum pugnandumque esse nemo est qui non videat. Quod quidem officium Baptismatis etiam sacramentum suadet, quamvis id profanis non aeque pateat. Indidem enim Ecclesiae veluti membra evadimus, hoc est mystici Iesu Christi corporis. Haec autem, ut alia cuiuslibet corporis membra, quemadmodum eamdem vitam participant, ita necessum est communia commoda utilitatesque persequi atque provehere. «Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra».[1] Quapropter alterum auxilietur alteri; nullum sit iners membrum; sed singula, ut accipiunt, ita dent oportet.

Iamvero, ut christifideles supernaturalem vitam hauriunt, quae per mystici Iesu Christi corporis venas defluit — uberem equidem vitam, quam ipsemet Christus se nobis detulisse asseverat: « veni ut vitam habeant et abundantius habeant »[2] — ita in illos omnes transfundendam curent, qui eadem vel neutiquam fruantur, vel exigue, vel specie tantum.

Quodsi praecipuam hanc catholicae fidei doctrinam iidem pernoscant atque perpendant, non dubitamus quin novum apostolatus studium eos incendat et ad impense operandum compellat. Etenim, actione remota atque neglecta, quae vitam necessario indicat, metitur et auget, vita ipsa vix intellegi potest.

Ac faxit utinam Deus — quod in^optatis Nobis est Nostramque spem commovet — ut piacularis hic annus, divinae Bedemptionis memoriae sacer, christianam eiusmodi vitam in mortalium animis renovet atque redintegret. Quam ad rem assequendam summopere profecto conferet Actio Catholica, quam Nos haud mediocri cum animi solacio cernimus ubique terrarum — ac vel in ipsis a Missionalibus peragratis regionibus — non sine maximis Ecclesiae ipsiusque civilis consortionis beneficiis, auctiora cotidie incrementa capere.

Hinc facile colligitur Actionem Catholicam, eadem quippe ratione atque ipsam Ecclesiam, cui adiutricem operam navat, non ad terrestris huius vitae finem assequendum directo contendere, sed ad spiritualis potius atque supernae.

[3] ***Rom., XII,*** 5.

- Io., ***X,*** 10.

Quamobrem, quemadmodum Ecclesiae, ita Catholicae Actionis natura postulat, ut eadem a politicarum partium studiis alienam se praestet: quandoquidem hoc, de quo agimus, catholicorum militantium institutum, cum Iesu Christi regnum in privata hominum vita, in domestico convictu et in publica civium consortione etiam atque etiam provehat, non ad peculiares ordinum ac coetuum utilitates nanciscendas, sed ad animarum bonum procurandum spectat; itemque ad christifideles omnes, concordibus viribus animisque, consociandos, qui amplissimo sanctissimoque huic apostolatus operi prodesse cupiant.

Id tamen catholicos viros a politicis sodalitatibus singillatim non prohibet, modo eaedem fidem faciant se nihil esse in Dei Ecclesiaeque iura monturas. Quin immo rei publicae consulere eiusque participare munera, patriae caritatis idcirco officium est, quod quilibet civis Nationis suae bono prospicere, pro facultate, debet. Quodsi praeterea hoc publica negotia participandi studium christianae doctrinae respondeat ab eaque dirigatur, ad socialis religiosaeque vitae incrementum non conferre non potest.

Actio igitur Catholica, quamvis reapse districtaque ratione a rebus politicis moliendis se ipsamet abstineat, verumtamen sodales suos ad rectam Civitatis moderandae disciplinam, integra ipsorum conformatione, praeparat; quam quidem disciplinam christianis praeceptis obtemperare opus est, utpote quae una pacem prosperitatemque populis impertire queant. Ita enim nullo modo continget — quod, etsi foedissimum, non raro accidit — ut homines, qui catholicos se iactant, alium sentiendi opinandique modum in rebus publicis, alium in privatis profiteantur.

Alia praeterea, eademque non pauca, incepta habentur, in quorum utilitatem opportunum hoc catholicorum institutum totis viribus incumbat; immo etiam recte dixeris nullum opus, navitatem nullam, quae ad christianae religionis incrementum spectent atque conferant ab illius esse studio agendique ratione removenda. In quibus tamen, cum nonnulla occurrant, quae communibus ac praecipuis nostri huius temporis necessitatibus respondent, haec potissimum persequi atque urgere necessarium est. Hoc est operariae plebi opem praestare congruam; ac non modo ad spiritualis vitae rationes quod attinet — ad quam prae primis animadvertendum est — sed ad praesentis etiam; idque nominatim sodalicia illa provehendo, quorum est socialis aequitatis caritatisque evangelicae principia ac normas in usum deducere.

Quapropter iis in locis, in quibus sodalicia eiusmodi desunt, Actio Catholica eadem excitare contendat; in quibus vero habentur, eadem iuvare enitatur. Nihilo secius in rebus technicis, quas vocant, inque rebus oeconomicis eorum agendi rationem non in se ipsa recipiat, sed iisdem libere

remittat. Officii sui esto omni ope curare ut id genus instituta germanis catholicae doctrinae praeceptis obsequantur, datisque ab Apostolica hac Sede praescriptionibus pareant, quam divinus humani generis Eedemptor supremam constituit, ad spirituales res quod pertinet, populorum moderatricem; praescriptionibus dicimus, quas per Encyclicas Litteras *Quadragesimo anno* **haud ita multo ante impertivimus, quasque ¡nuper libenti animo vidimus** IIQU **modo a Catholica plurimorum regionum Actione, sed a quibusdam etiam Civitatum Rectoribus veluti normas accipi.**

Neque haec agendi ratio est profecto nova; Ecclesia enim, cuius divinum Caput ***f abri filius*** **e Nazareth putari et appellari voluit, opificibus semper praesentissima adfuit mater, eosque doctrinae suae praestantia assiduaque opera ex foeda redemptos servitute ad Christi fratrum dignitatem feliciter evexit. Hodie autem ipsa humilium turbas operariorum singulari prorsus cura prosequitur, ut non modo bonis, quae ex iure et aequo ad ipsos pertinent, uti fruique possint, verum etiam e dolosa pestiferaque eripiantur vi « communismi », qui, dum per orbem terrarum lumen religionis, quae in libertatem illos vindicavit, diabolica fraude exstinguere conatur, certo periculo eosdem obiicit relabendi aliquando in probrosam veterem servitutem, ex qua tanto labore erecti fuere.**

Idcirco Ecclesia omnes adhortatur filios, sive ecclesiasticos sive laicos, eos praesertim qui in Actionem Catholicam incumbunt, ut sibi praesto sint ad opus maxime necessarium peragendum, quo spiritualia ac temporalia beneficia, per Christi Redemptionem parta, universo hominum generi praecipueque tenuioribus, sarta ac tecta serventur.

Clericos vero peculiari quadam ratione, sicut iam praefatis Litteris Encyclicis *Quadragesimo anno* **fecimus, iterum iterumque exhortamur, ut, nulla interposita mora, hoc opus, animarum saluti perquam necessarium, alacri concordique voluntate aggrediantur, ita ut numquam ii e Nostris filiis, qui socialistarum agminibus tanto animarum discrimine adscribi non vereantur, dicere et causari queant: « ab Ecclesia et eis, qui Ecclesiae addictos se proclamant, locupletibus fa veri, operarios neglegi, curam horum haberi nullam; eam ob causam se, ut sibi consulerent, in acies socialismi instrui et inseri debuisse ». (Cfr. Litt. Encycl.** *Quadragesimo anno).*

Quo autem tam praeclarum propositum perfici possit, necesse quoque est, ut ingentibus populi turmis, quae saepe saepius propter rerum divinarum inscitiam callidis turbulentisque viris se facile tradunt, clarius in dies patefiat lumen et vis christianae veritatis, quae omnes mitigat dolores, dubitationes abigit, pietatis caritatisque opera et labores nobilitai, quaeque vias virtutis speique christianae Ubero cuique animo aequas expeditasque pandit. Hoc ergo praecipuum esto Actionis Catholicae munus, quod

in perillustri Natione ista obeundum erit, ut boni fideles, eum Pastoribus arcte coniuncti, eosdem adiuvent in ipso evangelii apostolatu, id est in christiana doctrina tradenda, ita ut idoneis modis rationibusque pueri addiscant prima religionis praecepta, quibus integram vitam tute conformare possint, iuvenes altioribus de Christo eiusque opere notionibus imbuantur, homines adulti magis magisque sibi persuadeant, se in omnibus rerum temporumque adiunctis tantummodo ex studio et meditatione veritatum, quas Christus docuit, lucem, solamen, robur, quibus opus sit, haurire posse. Hic sane egregius de institutione catechetica apostolatus et campus erit bonorum omnium industriae quam latissime patens, et peridoneum ad animas Christo adiiciendas adiumentum exstabit.

Aliud vero opus, in quo Catholica Actio istic — sicut in ceteris nationibus — summa cura studioque versari debet, ad bona pertinet scripta in vulgus edenda, libellos praesertim periodicos et diaria, quae, quum largius disseminentur, maiorem vim et efficaciam exserunt. Bona autem scripta ea quidem intelligimus, quae non modo religionem aut bonos mores minime impetant, sed ipsa fidei morumque praecepta atque instituta, tamquam praecones, proclament et illustrent. Neminem profecto latet, quum sit ex cotidiano usu comprobatum, quae et quanta efficacitas ad domesticam civilemque populi disciplinam ex bonorum librorum et ephemeridum lectione proficiscatur; sicut plane comperta sunt omnibus mala gravissima, quae praesertim inter adulescentes excitantur per improba scripta, maiore plerumque industria latiusque evulgata quam bona, iuxta illud divini Magistri: « Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt ».[1] Itaque veteris effati memores: « contraria contrariis curantur », iis, quae prave scripta eduntur, bona sunt omnino opponenda.

Quapropter Nos fore confidimus, ut per Actionem Catholicam bona scripta edenda, pro temporum necessitate, multiplicentur ac roborentur, atque in christianis praecipue familiis ea legantur diaria, quibus animi ad virtutum studia, ad officia erga Ecclesiam admoneantur atque infiammentur.

Quo autem id facilius consequi possitis, quum magnis hodie copiosisque opus sit auxiliis ad diarium quoddam recte ornateque conscribendum atque edendum, ita ut praevalidis ipsis adversariis suffici efficaciter possit, peropportunum sane ducimus, ut catholici homines in hac quoque palaestra *viribus unitis* **sese exerceant, atque adeo, in re tam gravi et necessaria nulli parcentes labori, peculiarium regionum privatorumque hominum rationibus posthabitis, omnia consilia et opes ad commune**

[3] Luc, XVI, 8.

bonum in unum conferre velint. — Ipsa namque concordia animorum viriumque conspiratio est prima veluti condicio, sine qua nulla prorsus Actionis Catholicae Ecclesiaeque incepta conatusve ad felicem exitum deduci possunt. Nonne hoc ipsum exstitit divini Redemptoris votum, suis tanquam testamento traditum discipulis: « Ut sint unum »? [1] **Nostrum porro facimus Domini ipsius votum, ita ut in ista natione, fideles aeque ac Pastores, omnibus rationibus posthabitis, quae animos in caducis rebus seiungere possint, ea, quae ad divinam gloriam animarumque spectant salutem, una eademque voluntate prosequantur.**

Quo autem haec vota Nostra — quae quidem et tua sunt ceterorumque Lusitaniae Episcoporum — auxiliante Deo, feliciter impleantur, tibi, dilecte fili Noster, tuisque in episcopatu Conlegis, clero et fidelibus istius nationis universae, iis praesertim, qui Actioni Catholicae quoquo modo faverunt vel favebat, **apostolicam benedictionem effusa caritate impertimus.**

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Novembris, anno MDOCCcxxxiii, **Pontificatus Nostri duodecimo.**

PIUS PP. XI

[1] IOANN., XVII, 22.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DUBIUM CIRCA CAN. 2367, PAR. 2, CODICIS IURIS CANONICI

In plenario conventu huius Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria IV, die 14 Novembris 1934, proposito dubio:

« An inter *indirecte inducentes,* de quibus in canone 2367, par. 2, Codicis iuris canonici, adnumerandus etiam sit confessarius qui sive intra sive extra confessionem sacramentalem, alicui persuaserit in turpibus inter se patrandis aut nullum aut certe non grave inesse peccatum eumque consequenter, de aliis tantum sibi postea confitentem sacramentaliter absolvit vel fingit absolvere ».

Emi ac Revmi Dñi Cardinales fidei morumque integritati tutandae praepositi, omnibus mature perpensis, respondendum decreverunt :

« Affirmative, facto verbo cum Ssmo ».

Hanc vero Emorum Patrum resolutionem, in audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii die 10 eiusdem mensis et anni impertita, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI adprobare et suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est ac publici iuris faciendam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 16 Novembris 1934.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

22 Octobris 1934. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Severini, cum administratione dioecesis Treiensis, praefecit R. D. Ferdinandum Longinotti,

Archipresbyterum parochum oppidi *Castelnuovo Fogliarli* in dioecesi Piacentina.

1 Novembris. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Laodicenae in Syria, B. P. D. Horatium Mazzella, hactenus Archiepiscopum Tarentinum.**

lé Novembris. — **Cathedrali Ecclesiae Cuneensi, B. D. Iacobum Bosso, Archipresbyterum-parochum in oppido *Dronero* in dioecesi Salutiarum.**

II

DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO APPELLATIONIBUS

Emus ac Revmus Dominus Georgius Card. Mundelein, Archiepiscopus Chicagiensis, ad normam can. 1594 § 2, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Campifontis in Illinois;

R. P. D. Ioannes Gregorius Murray, Archiepiscopus S. Pauli de Minnesota, item designavit tribunal Ordinarii Dubuquensis;

R. P. D. Franciscus I. Beckman, Archiepiscopus Dubuquensis, item • designavit tribunal Ordinarii S. Pauli de Minnesota.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatas designationes, die 4 Maii 1934, approbavit.

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Archiepiscopus S. Christophori de Habana, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Matanzensis. Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis, die 10 Aprilis 1934, approbavit.

R. P. D. Remigius Gandásegui et Gorrochátegui, Archiepiscopus Vallisoletanus, ad normam can. 1594 § 2 designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Salmanticensis.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem, die 26 Iunii 1934, approbavit.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Successivis decretis S. C. de Propaganda Fide, infrascripti nominati sunt Praesides Pontificii Operis a Propagatione Fidei *v* •

23 Decembris 1933. — **R. D. Otho Stanowsky, pro Bohemis in Czechoslovachia.**

27 Martii 1934. — **B. D. Yvo Collin, pro Republica de Haiti.**
21 Iunii. — **B. P. Dictinus de la Parte, pro Brasilia.**
21 Iulii. — **B. P. Aloisius Jurado, O. F. M., pro Bolivia.**
23 Iulii. — **B. D. Ioannes O'Bourke, pro Africa Meridionali.**
8 Septembris. — **B. D. Franciscus Xav. Iwashita, pro Iaponia**
20 Septembris. — **B. D. Iosephus Bergara, pro Uruguaya.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

NULLIUS SS. VINCENTII ET ANASTASII AD AQUAS SALVIAS

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI GALILAEI NICOLINI NOVITII CONGREGATIONIS SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Emisit **Noe post diluvium** *columbam, ut videret si iam cessassent aquae super faciem terrae. Quae quum non invenisset ubi requiesceret pes eius, reversa est ad eum in aream* **(Gen. VIII, 8, 9). Quae non inconcinne aptari posse videntur Galilaeo Nicolini qui mundo *magis ostensus quam datus a Deo, velutifpurissima columba ad Eum, mundi pertaesus, in ipso iuventutis fiore est reversus.**

Capranica in oppido, Sutrinae dioecesis intra fines, die 17 Iunii mensis anno 1882, ortus est et in sacro Baptismate Galilaeus appellatus. Aloisius Nicolini et Laureta Lucciola parentes ei fuere. Ab optima matre large pietatem hausit, quae in eo mire succrevit, opera praesertim consobrinae nomine *Amabilis,* **puellae, quae omnibus virtutibus ornata mature ad caelum evolavit, nec non pii sacerdotis ex ordine Minorum Conventualium, qui primis quoque litterarum rudimentis eum imbuit. Quod adeo prospere successit, ut super aequales sive in pietate sive in doctrina, sive in prudentia super aetatem facile princeps emineret.**

Quinquennem puerum vidisses non puerilibus iocis intentum, sed aut in ecclesia orantem, aut studiis incumbentem. Gratia, una cum aetate, proficìebat. Die 1 Septembris mensis anno 1888 sacro Chrismate est linitus. Novennis a patre et patruo in nonnullis negotiis adhibitus, munera sibi commissa, dexteritate summa ac prudentia est exequutus. Divinae gloriae zelo motus, non semel seu incrédulos seu in religionem blaterantes victor retudit.

Vix ei ad sacram synaxim accedere concessum, decem per dies sacris exercitationibus, tanto excipiendo dono, in S. Angeli prope Vetrallam recessu, apud Patres Congregationis Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C, animum praeparavit, dieque 26 Augusti mensis anno 1894 summo animi gaudio Eucharistico pane refectus est. Validioribus auxiliis roboratus, perfectionis iter alacrior arripuit, intimiore unione Deo se coniungens, ita ut angelicam potius vitam quam humanam vivere videretur.

Quare nil mirum si tantam animi pietatem insigni religiosae vocationis dono Deus rependere dignatus sit.

Quae vocationis germina iam a prima aetate eius animo insita post primam communionem, prudentium virorum iudicio, quum Galilaeus in aetate duodecim esset annorum, aperte in lucem prodiere. Ut Christi passioni intimius communicaret, Virginisque Matris dolores impensius recoleret, Congregationi Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. nomen dare constituit.

Adolescentis postulationi p. Provincialis, eius adhuc tenera aetate perpensa, morem gerere distulit. Nec minoribus difficultatibus ex parentibus et agnatis impetitus fuit; quas omnes, Deo confisus, orationibus et paenitentiis insistens, fortiter superavit. Itaque Martio mense anno 1895 inter adolescentes qui ad tirocinium se comparant, fuit adlectus. Tirocicinium incepit in Recessu S. Angeli prope Lucam anno insequenti, Maio mense, assumpto, una cum sacro religionis habitu, Confratris Gabrielis a Nostra Domina a Sacro Corde nomine, in professione confirmando. Servus, Dei P. Nazarenus a Maria Immaculata novitiorum erat magister.

Sapientissimus et prudentissime hic vir statim quanti divinae gratiae thesauri in Galilaei anima reconderentur perspexit, quos sagax magister multiplicari sategit. Animi demissio ac simplicitas, angelica puritas, perfectissima obedientia, paupertatis amor, suavis caritas in proximum, ardentissima caritas in Christum patientem eiusque Matrem perdolentem ceteraeque virtutes consummatam perfectionem, eodem magistro teste, prodebant. Nondum tirocinii annus explebatur, quum vehementissima phthysi conf rater Gabriel fuit attactus. Ut salubriore reficeretur aere, ad Argentarium montem fuit delatus. Morbo in peius rúente, religiosa vota privatim nuncupavit, summaque pietate morientium sacramentis susceptis, a cor-

poreis vinculis absolutus, veluti candida columba ad caelestem aream die 12 Maii mensis anno 1897 evolavit, annos natus quindecim nondum completos.

Licet paucos tantum dies, fere ignotus, eo in loco mansisset, mirus populi ad eius funus concursus est habitus, sanctum eum conclamantis: aream autem cadaver asservantem in coemeterio aperiri oportuit, ut populi optatis, sanctum corpus aspicere volentis, satis fieret.

Quae sanctitatis fama cum non decrevisset, Ordinaria auctoritate confecti sunt processus super sanctitatis fama, nec non super scriptis et super obedientia Urbanianis decretis de cultu Servis Dei non praestando. Servatis de iure servandis, die 17 Iunii anno 1930 S. R. C, scriptis perpensis, ut ad ulteriora procedi quiret, nihil obstare decrevit.

Itaque Rmo P. Aegidio a SS. Cordibus, Congregationis Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. generali Postulatore instante, in Ordinariis S. H. C. Comitiis die 10 Iulii mensis habitis Emus ac Rmus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen. Causae Ponens seu Belator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio intimoduotionis Caus-ae in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi ac Bmi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, et B. P. D. Salvatore Natueci Eidei Promotore generali, attentis quoque Postulatoriis litteris septem S. B. E. Cardinalium, Patriarchae Indiarum Orientalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, Capituli Ecclesiae Cathedralis Sutrinae, plurium generalium Antistitum religiosarum familiarum, nec non oppidanorum Capramcensium, apud quos Servus Dei natus est, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt:** *Affirmative* **seu** *signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem die decimaoctava Iulii Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione a B. P. D. Promotore generali Fidei, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servi Dei Galilaei Nicolini signare dignata est.

Datum Romae, die 18 Iulii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PARTSIEN. .

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRATRIS EXUPERIANI RELIGIOSI PROFESSI INSTITUTI FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ecclesia Christi sancta est materqne Sanctorum, quos Christo Sponso gignit, sumens de eius vulneribus sanctitatis principium. Re quidem vera nullo unquam tempore in ea animae defuerunt, quae, ad virtutum perfectionem, *spectacuhim factae mundo et Angelis et hominibus,* **naturae infirmitatem superantes, strenue pervenerunt. Mirandum sane spectaculum hominem videre omnia mundi oblectamenta spernentem, arctam paupertatem quaerentem, possessa relinquentem, pro maledicentibus orantem, honorari metuentem, corpus continentia refrenantem, mente semper ad patientiam paratum. Quod si carnalis sapientia mundi haec videtur despicere,** *Nos insensati,* **die irae et indignationis supremi iudicis, desperantes impii dicent,** *vitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honme: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei et inter sanctos sors illorum est* **(Sa/p. 5).**

Crucis stultitiam amplexatus, Frater Exuperianus talem christianam perfectionem est assequutus, ut non vana spes affulgeat eum ad altarium honores posse pertingere. Brevissime eius vitam delibare iuvat.

Die Iunii mensis septima, anno 1829 in oppido Poujol, in dioecesi Montis Pessulani, e Gervasio Mas et Felicitate Oassan natus est puer, cui nomina Adriani, Ioannis, Felicis imposita fuere. Vix pueritiam ingressus, Adrianus educandus assumitur ab amita, piissima femina, quae maternam curam eius egit, usquedum decennis in Fratrum Christianarum Scholarum disciplinam apud *Béziers* **datus miras tum in pietate, tum in doctrina progressus fecit. Sacrae synaxi anno 1841 primum accessit, sacroque chrismate fuit linitus.**

Singulari amore erga Beatam Virginem quum inter condiscipulos emineret, Mariali Sodalitio praepositus fuit: quo in munere exercendo consodales ad pietatem et ad mores reformandos hortabatur, ipsis magistris tantum zelum virtutemque adolescentis demirantibus. Quum in aetate decem et septem esset annorum prima religiosae vitae vocationis invitamenta persensit, at pietatis officia erga patrem graviter infirmum eum,

unum adhuc annum, domi retinuerunt. Patre vita defuncto, vocanti Deo obsequens, anno 1847 ad Fratrum Scholarum Christianarum Instituti Tolosanam tirocinii domum convolavit. Die Immaculatae Conceptioni B. M. Virginis sacro, religiosum habitum eodem anno accepit, Fratris Exuperiani nomine assumpto. Tirocinio sancte exacto, docendi munere usque ad annum 1859 in collegio Fratrum oppidi *Béziers* summa cum laude est functus. Interim religiosa vota triennalia primum, perpetua demum anno 1854 nuncupavit.

Parisiorum Lutetiam vocatus, prius Secretarii munus fuit ei concreditum, deinde Novitiorum Professor, sequentique anno 1860, tirocinii director fuit renunciatus, quod officium quindecim per annos maximo suorum alumnorum emolumento servavit, qui Sancti Ioannis Baptistae de la Salle virtutes in suo magistro reviviscere conspiciebant. Dum immane bellum Galliam inter et Germaniam flagrabat, fr. Exuperianus anno 1871 septuagintaquinque consodalibus, sauciatorum militum curae addictis, fuit praepositus, corporali et spirituali tum Fratrum, tum militum bono sollicite providens.

Exorta Parisiis seditione dum ab urbe discedere cum tironum manipulo tentabat, una simul omnes sunt comprehensi, et in carcerem, quasi malefici, coniecti. Praesenti Dei auxilio post decem et octo dies liber e carcere evadens, se martyrii palma decorari indignum fuisse deploravit.

Anno 1873 Generalis Assistens fuit renunciatus, quo in munere ad mortem usque permansit. Quanta Dei Servus pro Instituti bono fuerit molitus, impossibile est dictu: omnes seu consodales seu externi unanimes tanta egregia facinora mirabantur. Praeter enim domorum sibi commissarum solMcitudinem, S. Benedicti Iosephi Labre-consociationem quae biscentum seu sacerdotes seu religiosos Ecclesiae obtulit, ipse promovit: plura seu folia seu opuscula opportune utiliterque conscripsit.

Anno 1897 a civili Gubernio superiori publicae instructionis Consilio fuit adlectus.

Sancti Fundatoris perfectam imaginem in se retulit, eiusque vestigia sequutus, ad sanctitatem alacriter contendit.

Senio et laboribus fractus die 31 Ianuarii mensis anno 1905 placidissime decessit.

Sanctitatis fama, qua vivens decorabatur, eo demortuo non deferbuit. Quare annis 1922-1924 in Parisiensi Curia seu super sanctitatis fama, seu super scriptis, seu super cultu nunquam ei exhibito, processus sunt constructi.

Die 19 Iunii a. 1929 S. H. C. decrevit Servi Dei scripta non obstare quominus ad ulteriora procedi posset. Quare instante Fratre Alexio Fran-

cisco, Instituti Christianarum Scholarum generali Postulatore legitime constituto, in Sacrae Eituum Congregationis Ordinario coetu die 13 Iulii mensis anni huius habito Emus ac Emus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, Dubium proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae praedicti Servi Dei in casu et ad effectum de quo agitur.* **Emi ac Emi PP., audita Emi Cardinalis Ponentis relatione, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, scripto datis, nec non E. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, attentis insuper Postulatoriis litteris Emorum ac Emorum Cardinahum Dubois, Archiepiscopi Parisiensis, Luçon, Archiepiscopi Ehemensis, Andrieu, Archiepiscopi Burdigalensis, Maurin, Archiepiscopi Lugdunensis, Charost, Archiepiscopi Ehedonensis, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, generalium Moderatorum religiosarum Congregationum, respondere censuerunt:** *Affirmative,* **seu** *signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione a Generali Fidei Promotore, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servi Dei Fratris Exuperiani, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, signare dignata est.

Datum Eomae, die 18 Iulii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

AUGUSTODUNEN.

CANONIZATIONIS E. CLAUDII DE LA COLOMBIERE CONFESSORIS SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis' Causae Canonizationis Beati Claudii de la Colombière Confessoris in casu et ad effectum de quo agitur.

Postridie obitus B. Claudii de la Colombière, qui die 15 Februarii mensis anno 1682 Paredii evenit, S. Margarita Maria Alacoque, vix iustis funebribus pro illius anima persolutis et corpore sepulturae mandato, caeleste eum iam consequutum esse praemium edixit, propter Sacratissimi Cordis Iesu bonitatem et misericordiam, cuius cultum ille mire zelatus fuerat.

Huius sanctitatem christianus populus conclamavit, et miracula a Deo patrata confirmarunt. Quare die .16 Iunii mensis anno .1929 in Vaticana Basifica, Ssmi D. N. Pii Papae XI auctoritate Claudius de la Colombière, Societatis Iesu insigne ornamentum, Beatus fuit renuntiatus.

Fidelissimi Servi sui ampliorem glorificationem Deus ipse videtur promovere, quum nova prodigia eius interventione divine patrata ferantur. Fervidissimas itaque preces Ssmo D. N. Papae Emus Episcopus Augustodunen., in cuius dioecesi purissimam animam Beatus Deo reddidit, et exuviae servantur, porrexit, quibus non minus férvidas Orationis Apostolatus, quem vocant, Directores totius Orbis nec non Abbates B. M. de Aquabella et Septem Fontium addiderunt.

Hisce perpensis Emus P. Carolus Miccinelli Societatis Iesu generalis Postulator Beatissimum Patrem ut Canonizationis huius Beati Causa resumeretur exoravit.

Itaque in Ordinariis S. E. C. comitiis die 13 Novembris apud Vaticanas aedes habitis Emus ac Emus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, Dubium proposuit: *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae praedicti Beati in casu et ad effectum de quo, agitur.* **Emi ac Emi PP. Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus hisce perpensis, audito quoque E. P. D. Salvatore Natucci Fidei generali Promotore rescribere censuerunt:** *Affirmative,* **seu:** *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. Claudii de la Colombière Confessoris, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. Claudii de la Colombière.

Datum Romae die 14 Novembris a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DUBIUM SUPER CAN. 934 § 2. CODICIS IURIS CANONICI

Pluries a Sacra Paenitentiaria quaesitum est: Utrum verba can. 934 §2 C. I. O. *indulgentiae* **(orationibus adnexae)** *penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem* **rigorose intelligi debeant de quibusvis additionibus, detractionibus vel interpolationibus an potius de iis tantum quae earumdem substantiam altèrent.**

Et Sacra Paenitentiaria, re mature perpensa, respondendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam,* **facto verbo cum Ssmo.**

Pacta autem de praemissis relatione Ssmo D. **N. Pio divina Providentia Pp. XI in audientia habita ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 24 vertentis mensis, Sanctitas Sua hanc Sacrae Paenitentiariae resolutionem approbare et confirmare dignata est eamque, ad fidelium tranquillitatem, publici iuris faciendam mandavit.**

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 26 Novembris 1934.

L. **Card.** LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. .© S.

I. Teodori, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

Citationes ediclales

I

MEDIOLANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MASTROPASQUA-SAUDELLI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Aemilii Saudeiii, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 7 Ianuarii 1935, hora *1%* **ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :**

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti D. Aemilii Saudeiii, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. £8 **S.** **U. Mannucci,** *Ponens.*

Ex Gancellaria.Tribunalis S. R. Rotae, die 10 Novembris 1934.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Emile Saudeiii, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, aú siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 3 Avril 1934, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Emile Saudeiii, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

PISCIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MARTINI-CHIOSTRI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Caroli Chiostri, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 15 Martii 1935, hora 11-, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti D. Caroli Chiostri, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. © S. **H. Quattrocolo,** *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Novembris 1934.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Charles Chiostri, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 15 Mars 1935, à 11 heures pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Charles Chiostri,- devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SUPREMA SACRA CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso la Suprema Sacra Congregazione dei S. Offizio un concorso per due posti di Sòstituto-Notaro.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché abbiano raggiunti gli anni trenta di età e non abbiano oltrepassati gli anni trentacinque, dovranno esibire alla Cancelleria della Sacra Congregazione, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata del *nulla osta* del proprio Ordinario insieme ai documenti degli studi compiuti e ad altri titoli, che credessero opportuno esibire.

II concorso consisterà in una prova scritta su temi di S. Teologia e Diritto Canonico con speciale riguardo alle materie che sono di competenza della Suprema Sacra Congregazione.

Si terranno in particolare considerazione i gradi accademici e la conoscenza di lingue estere.

La data del concorso sarà notificata ai singoli concorrenti.

Dal Palazzo del S. Offizio, I° Dicembre 1934.

N. Canali, *Assessore.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 13 Novembre 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti nella quale, al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Riassunzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Beato Claudio de La Colombière, Confessore, della Compagnia di Gesù.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Francesco di Paola Tarin, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

3) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione dei Servo di Dio Francesco Gabriele Rivat, dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria.

4) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Enrico Battista Stanislao Verjus, Vescovo tit. Limiren., Vicario Apostolico della Papuasia, della Società dei Missionari del Sacro Cuore di Gesù.

5) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Marco Antonio Durando, Sacerdote della Congregazione della Missione.

6) Finalmente intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Brigida di Gesù, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Orsoline di Piacenza.

Martedì, 20 Novembre 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria,* sulle virtù esercitate in grado eroico, come si asserisce, dal Ven. Servo di Dio Vito Michele Di Netta, sacerdote professo della Congregazione del SS. Redentore.

Martedì, 27 Novembre 1934, nell'abitazione di Sua Eminenza Rma il Signor Cardinale Camillo Laurenti, Relatore o Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva, di Dio Maria di Gesù Crocifisso, Religiosa professa delle Carmelitane Scalze, si è adunata la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* con l'intervento dei Prelati Officiali e dei Revmi Consultori teologi, per discutere sull'eroicità delle virtù della stessa Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

8 Novembre 1934. Il Revmo Monsig. Giuseppe D'Avack, *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, *Preside della Pontificia Commissione per la Codificazione canonica orientale.*

» » » Il Revmo Monsig. Giuseppe Caprio, *Segretario per l'Economia della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

NECROLOGIO

7 *Agosto 1934.* Monsig. David Giuseppe Scollard, Vescovo di Sault Ste-Marie.

10 » » Monsig. Vincenzo Tymieniecki, Vescovo di Lodz.

19 » » Monsig. Carlo Alberto Giuseppe Lecomte, Vescovo di Amiens.

23 Agosto 1934. **Monsig. Giovanni Maria Alessandro Morice, Vescovo tit. di Tabe.**

31 » **Monsig. Onorato Halle, Arcivescovo tit. di Cabasa.**

18 Settembre **Monsig. Francesco Saverio Cloutier, Vescovo di Trois-Rivières.**

Monsig. Alessandro Pasquel, Vescovo di Ibarra.

30 » **Emo Sig. Card.** GIUSEPPE MORI, **del titolo di S. Nicola in Carcere Tulliano.**

1 Ottobre **Monsig. Luigi Amigò y Ferrer, Vescovo di Segqrbe.**

1 Novembre **Monsig. Simone Pietro Grassi, Vescovo di Tortona.**

5 » **Monsig. Guglielmo Spence, Vescovo di Adelaide.**

12 » **Monsig. Giovanni M. Barthe, Vescovo tit. di Parlais.**

17 » **Monsig. Gustavo Matteoni, Arcivescovo di Siena.**

18 » **Emo Sig. Card.** PIETRO GASP ARRI, **del titolo di S. Lorenzo in Lucina, Preside della Commissione pontificia per-l'interpretazione autentica del Codice di diritto canonico e della Commissione pontificia per la Codificazione canonica orienlale.**

An. et Vol. XXVI 31 Decembris 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 16

ACTA~AP^^

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

fi

I

CAELESTIS PATRONA OPPIDI « IBI », INTRA FINES DIOECESIS VALENTINAS HISP., DECLARATUR B. M. V. SUB TITULO DESERTORUM MATRIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dioecesis Valentinae in Hispania intra fines, in oppido quod *Ibi* nuncupant, veneranda exstat imago Beatae Mariae Virginis Matris Desertorum, quam a saeculo decimo octavo ad hunc usque diem eiusdem loci christifideles crescenti pietate venerati sunt. Ipsius oppidi incolae Virginem Deiparam sub titulo memorato sine intermissione invocant, ad eandemque veluti ad fontem gratiarum in calamitatibus omnibus sive publicis, sive privatis fidenter recurrunt, ita ut Beatissimam Virginem Mariam Desertorum Matrem ad hunc usque diem iam veluti specialem Patronam prosecuti sint. Episcopus sane Valentinus amplissime Nobis commendat vota tum parochi clerique loci eiusdem, tum auctoritati civili iudicialique praepositorum, senatui ac municipio, tum denique sodalitatum loci sociorum incolarumque omnium, qui enixis precibus Nos rogant, ut apostolica quoque auctoritate Nostra Beatam Mariam Virginem Matrem Desertorum caelestem oppidi memorati Patronam declarare dignemur. Nos autem, andito etiam Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali qui Sacrae Bituum Congregationi praepositus est, votis praedictis annuendum ultro libenterque censemus. Qua re hisce Litteris Nostris, apostolica Nostra auctoritate perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam Desertorum Matrem oppidi intra fines Valentinae dioecesis *Ibi* nuncupati,

caelestem Patronam singulis quibusque honoribus huic titulo propriis adiectis constituimus ac declaramus. Praecipimus propterea, ut festum Beatissimae Virginis Mariae Matris Desertorum sub ritu duplici primae classis cum octava, die nona mensis Septembris quotannis praefato in loco cele-: bretur, cum facultate sollemnitatem externam cum omnibus Missis (paroeciali tamen excepta Missa officio diei respondente) ad Dominicam transferendi, quae praedictam diem nonam eiusdem mensis Septembris immediate sequatur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas,, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive spectare^ poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXT **mensis Martii, anno** MDCCCCXXXII **Pontificatus Nostri undecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM S. MARTHAE IN COGNOMINE CIVITATE EPISCOPALI BASILICAE MINORIS INSIGNIIS DECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Befert ad Nos venerabilis frater Episcopus Sanctae Marthae in ditione Columbiana Americae meridionalis; intra fines, in episcopali sua civitate insigne templum exstare, quod certo unum ex antiquioribus sacris aedibus dioecesis putandum est, Deo optimo maximo dicatum ad honorem Sanctae Marthae virginis. Hodiernum aedificium, molis amplitudine eximiisque praestans artis operibus quamvis, decimo octavo saeculo erectum, tantum initiis saeculi decimi noni sollemniter consecratum est. Christifideles vero cuiusque coetus atque ordinis^ piis frequentius peregrinationibus ad hoc templum confluunt pietate permoti ac religione tum erga Sanctam Martham Virginem, titularem Ecclesiae dioecesisque, tum erga Beatam Mariam Immaculatam, cuius^ simulacrum a Carolo V rege donatum eodem in templo devote servatur. Cum propterea memoratus Sanctae Marthae Episcopus, Nuntio apostolico* Nostro in Columbia ultro suffragante, a Nobis enixis precibus exposcat,

ut perspicuum benevolentiae Nostrae testimonium eidem templo Sanctae Marthae tribuamus, quod dioecesis ipsius clerum populumque voti optatique compotes faciat, placet Nobis animo quidem benigno huiusmodi precibus concedere; propterea que auditis venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrorum Eituum Congregationi praepositi sunt, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, templum memoratum Virginis Sanctae Marthae, in civitate ac dioecesi eiusdem tituli positum intra fines Columbianae ditionis, Basilicae minoris dignitate tituloque perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus privilegia liturgica aliasque honorificentias, quae Basilicis minoribus iuxta apostolicas concessiones competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Martii, anno MDCCCCXXXH **Pontificatus Nostri undecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

FINES IMMUTANTUR INTER VICARIATUM APOSTOLICUM DE JEHOL ET PRAE-* FECTURAM APOSTOLICAM DE SZEPINGKAI IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Vicarius apostolicus de Jehol in Sinis e missionariorum Immaculati Cordis Mariae Congregatione, cui vicariatus apostolicus de Jehol concreditus est, Nos rogat, ut ab ipso vicariatu quamdam territorii partem distrahamus ac finitimae praefecturae apostolicae de Szepingkai adnectamus, cum, ob nimiam latitudinem, territorium vicariatus eiusdem ab uno apostolico vicario administrari nequeat. Hisce vero votis, quae suis quoque augent suffragiis tum Delegatus apostolicus Noster in Sinis, tum Praefectus Apostolicus de Szepingkai, Nos, bono missionum provehendo iugiter intento, ultro libenterque adnuendum censemus. Quare, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt,

omnibus rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, a vicariatu apostolico de Jehol territorium quod constat sex sequentibus sub -praefecturis civilibus, nempe de Loupei, Liuntung, Liumsi, Tienshan, Kailou, Soeitung, actualibus limitibus definitis, seiungimus sive dismembramus, idemque territorium praefecturae apostolicae de Szepingkai, quae Societati missionum ad exteras gentes provinciae Quebecensis est, ad Nostrum atque huius Sanctae Sedis beneplacitum, concredita, tribuimus atque unimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super Iiis a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Martii annoMD **ccccxxxn Pontificatus Nostri undecimo.**

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. et VOL. XXVI = SER. II, v. I)

I. - ACTA PII PP. XI

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

III. - ACTA TRIBUNALIUM

II

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA PII PP. XI

I - LITTERAE DECRETALES

II - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

III - MOTU PROPRIO

IV - LITTERAE APOSTOLICAE

V. - EPISTOLAE

VI - NUNCIUM RADIOPHONICUM

VII - HOMILIAE IN SOLLEMNI CANONIZATIONE:

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

II - SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

III-SACRA CONGREGATIO ORIENTALIS

VI - SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

III. - ACTA TRIBUNALIUM

I - SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

II - SACRA ROMANA ROTA

NORMAE SACRAE ROMANAE ROTAE TRIBUNALIS

IV. - ACTA OFFICIORUM

I - PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

II-COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

III

INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIS SUBSCRIPTA)

O

P

T

IL - INDEX NOMINUM DIOECESIUM VICARIATUUM, ETC.

A

B

E

F

G

H

I-J

K

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

IV

INDEX RERUM ANALYTICUS

A

B

C

L

M

R

S

Quaedam corrigenda in vol. XXVI (1934) Commentarii *Acta Apostolicae Sedis.*

Pag. 445,		lin. 1	*pro eo quod est*	Le Puy,	*legendum*	La Puye.
» 559,	leet. IV	» 8	» »"	operabatur	»	sperabátur.
» 560,	» VI	» 4	» »	baptismalis	»	baptismatis.
» »	» »	» 15	» »	Summo	»	Summus.

VIGESIMUM SEXTUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*
ABSOLVITUR DIE 31 DECEMBRIS 1934
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS